Unde q nō ē ibi venalitas cū ibi pro pecūia nichil fiat. Prelatus enim nō intendit coadunare pecuniam. sed dei cultū et honorificēciā amplificare. Ad hoc enim edificat^r ecclia vt dei cultus et honorificēcia amplietur. vt in ea illius sancti laudes digna veneratione celebrent^r. et vt per diuinū officiū remissiones sc̄ gr̄e, cetera q̄ bn̄ficia dei amplius impetrent^r. Sic ergo nō pro pecunia licet per pecuniam fit indulgencia sz pro sola dei honorificencia. Et q cū pecunia et p pecuniam fit illa indulgencia est ideo. qm̄ locus huiusmodi nō pōt edificari sine pecunia. Et ita ad illam dei honorificenciam ppter quam fit illa indulgencia nō pōt veniri sine pecunia. Et sic nō pro aqua. sz per aquā. et nō sine aqua in baptismo dat^r remissio peccatoꝝ. Vel sic nō pro crismate sz tm̄ per crisma. et nō sine crismate fit confirmacio. Vel sic nō pro pane et vino sz p pane et vinū. et nō sine pane et vino fit celebracio misse. Sic nō pro pecunia sz per pecuniam et nō sine pecunia fiunt huiusmodi indulgencie. Ad hoc aut q opponit^r de tardacōe rei diuine q ipse honor et decor. cultus ac seruicium diuinū, nō solū supplet q de peccatoribus per indulgencias subtrahit^r. Sz eciā superhabundat maxime cū sacrificium laudis oracōnum intensa et laude terminata plus deus diligat q̄ tormentoꝝ penalium afflictōes. ysay. lviij. Nunquid tale ē ieiunium quod elegi per diem affligere hominem aīam suam. Nunquid saccū et cinerē sternē. Septimo stulticia opinionis hereticoꝝ est qui nunquam credunt esse q ea q pro longe et grauis pnīe q breues relaxes redimūt^r q̄ ē iniquitas vt ipi putant in quo euident^r ostendunt se nescire virtute dei neq clauium ptatem. Sic enim nō maiore remissionē obtinet peccatoꝝ. qui in maiori aqua baptizat^r q qui in minori. Sic qui maiorem pecuniam offert. nō maiorē recipit remissionē q̄ q minorem offert. Et hoc ē qm̄ nō ex aqua fit remissio in baptismo sed ex virtute diuina q adest sacramento. Sic ibi nō ex oblacōe fiunt oblati sz ex virtute diuina que adest clauibus et ministerio platoꝝ. In cōmissione enim nō quid sz a quo dat^r inspicit^r. iij. q. vij. In graui. Ideo visum ē eis q hoc sit facere ymaginē spūs sancti genera venabilem ad quod ensum est supra per hoc q ibi nichil fit venalitatis. Pret eā dici q ex virtute magis fit commutacō q̄ remissio. Sz q longe leuius est aliquid offerre diuitibus et habundantibus q̄ pnīales labores atq molestias facere. Ideo remissio computat^r quantitate pnīalis afflictōis et minimis oblacōnibus. Ex. de pe. et re. c. Cum ex eo. Nono obiciunt heretici dicentes q huiusmodi indulgencie dant occasionem peccandi q enim constat ut ipi dicunt. Uis vt impune peccent homines si tam leuis immo eciam uilis sit peccatoꝝ redempcio. Et dicunt q stultissimi sunt. Cum p agenda pnīa tribulacōnes vel alias longas laboriosas peregrinacōes suscipiunt. Si tres oboli tm̄ eis prosint. Unde q illi. indulgencias huiusmodi suscipiunt per ignem qui mundi sunt et immunes a morbis peccatis. Nulli aut certū est. Ergo qui mundus sit et immunis et ab illis. Timor enim dei timere facit omnes. Quia bonarū mencium ē ibi culpas agnoscere ubi culpe nō sunt. Sz v. ad eius. Nulli igr certū ē q indulgencias huiusmodi percipiat. Certū aut debet esse vnicuiq se esse debitorem minoris vel pnīe. Cauare cū est veniens ipe huiusmodi pnīa debet cessare ab agenda pnīa. nec committat se periculo et irreparabilem

+ edificat^r ecclia sic nō p pecuniā lz p pecuniā

nō error hereticorum

ignem purgatorii merebitur pro negligentia agendi penitentiam. Et propter hoc multi pro certo
pretermittunt et parvipendunt indulgentias istas. Quia sub condicione illa si innumerabiles sunt et
inde a mortalibus. Ad hoc vero quod stultos eos dicunt qui laboriosas penitentias perficiunt
cum tres oboli secundum indulgentias tamen eis prosunt. Videtur quod propter excitationem et laboris
multum bonum est laboriosas penitentias agere facere. Et per hoc leves et viles non omitte
que non sine obulorum habent oblatione fiunt. Et cum hoc non fit obulorum virtute
sed ex clavium potestate ad quod dicitur hoc exemplum. Tercia sicut in baptismo plus prodest
una immersio in aqua sanctificata ad remissionem peccatorum quam centum vel quatercentum
alie oblaciones in alia quacumque aqua licet fiant penitentiales. Et plus valet huiusmodi
pelvis aqua baptismalis utentibus quam magna flumina vel etiam totum mare
aliter utentibus. Sic modica oblacio aut levis labor in operibus propter que indul-
gentie fiant plus prodest ad obtinendam remissionem quam magne oblaciones quecumque
labores aliter facti. Et hoc propter virtutem clavium non propter se sed propter virtutem clavium
Tercia considerandum est de sanctorum suffragiis specialiter quorum veneracio fit in locis
pro quibus indulgencie iste fiunt. Tercia venerantibus et cultoribus suis indul-
gentias et remissiones huiusmodi impetrabunt qui volunt ex benivolencia et
caritate et ideo vel impetrant. Item considerandum est de meritis ecclesie cuius
vox est. Item orationis vel divini servicii ibi fit et ex persona eius de qua
Considerandum est de meritis atque suffragiis omnium sanctorum quorum aut generalis aut
specialis veneracio et memoria est ibi facienda. Item considerandum est de magnitudine
et virtute divini cultus qui non potest esse non gratus apud deum. Cum que est honor
et gloria. Cum etiam ibi virtus adest abigendus demones ad vincendos insultus
eorum ad temptationes et ad debilitandos vires eorum. Deinde ad provocandam
gratiam contritionis et devotionis ad impetrandam veniam ad gratiam obtinendam augendam
et roborandam propter que omnia indulgencie et remissiones pro edificatione
conservatione et decoratione domus dei ac materialis ecclesie fieri consueverunt

Capitulum xv Contra illos qui ecclesiis materialibus et eorum dedicationibus contradicunt

Materialibus etiam ecclesiis et eorum dedicationibus contradicunt
heretici odientes decorem domus dei et locum habitationis glorie eius occidentes prophe-
tas, gravioris ultionis divine dignissimi quam vindicator qui manum suam
contra templum dei minatur extendit. ij. Mach. xv. Obiciunt autem contra materiales
ecclesias per illud Ioh. iiij. Venit tempus quando neque in monte hoc neque in Ierosolimis
adorabitis. Veri enim adoratores adorabunt in spiritu et veritate. Unde
dicunt quod locus adorationi non competit quia sicut deus est ubique. Sic potest orari
vel adorari ubique. Item enim orant parietes et dicunt ad supplicandum illi
qui ubique est. Ipse enim Christus in desertis oravit. Unde quod licet tempus vel locus
non sint de substantia orationis sunt tamen de circumstantia et ad instituta ut cum loci vel
temporis ad oraculum humana devotio excitetur. Christus autem in desertis oravit
ad demonstrandum quod ubique deus sit adorandus. Et ut ostenderet quod homo a tumultu
cogitationum secularium fugiat cum orat. Matth. vi. Tu autem cum oraveris intra
in cubiculum. Hostium mentis est carnalis sensus per quos enim sensus corporis
exteriora importune se ingerunt et intrat mors per fenestras meas et

Ideo claudend est ne vagent ad exteriora, pacu enim est intrare . . . turbitum
Ubi hostium patet cogitacionibus inportunis et fantasiis quibus oro impedit
Et tanto videt gravius quanto facilius est claudere et ante oculum vel aures
Ut sit huiusmodi fantasma repellunt. Item exponunt Act xvii. Deus non habitat in templis
manufactis. Unde quod non edificanda ecclias ut deus ibi contentus localit habitet
Et quod ibi colatur devocius iii Reg viii et ii paralip vi et vii. Item obiciunt quod apostoli ta-
les ecclias non habuerunt. Unde quod propter persecuciones in Judea et alibi ubi persecucio
ecclie viguit non poterant habere. Et statim ubi et quando persecucio cessavit regnante eccle-
siis regiones ut apparet in ystoriis hystoriis et legendis et adhuc ubicumque viget
fides catholica ibi construunt ecclie. Ubi vero persecucio viget eccle et fidei per
hereticos et sarracenos ibi destruunt et prophanant et ruunt eccle sicut patet
et docet hystoria presentis temporis. Et quod templum sive materialis locus oronis patet / ecclia sit
iii Reg viii et ix. Et ii paralip vi et vii. Et quod honestum sit habere huiusmodi ecclias
patet cum sane mentis sit enim licet habere locum deputatum et a ceteris usibus sequestratum
ad sumendum aliquem cibum corporis multo forcius ad sumendum talem cibum mentis.
Unde deus ondit Joh ii quod deus approbat materialem domum oronis et sic absolute quod
fieret locus negociacionis aut spelunca latronum. Et aut ostendi a . . . et
ementibus quod merito materialis ecclia propter figuram quia ipsa ecclia et ea quae in
ea fiunt et sunt figurant spiritualem ecclesiam et ea quae in ea esse debent et fieri
Hebre vi. Et ideo vocatur ecclia i. congregacio quia congregacionem fidelium continet
et ponitur continens pro contento. Sicut ibi Jerlm quae occidis prophetas Mt xxiii. Item
propter utilitatem quia ibi clerus et populus in fide et moribus instruuntur ad laudem
dei et ad oronem ibidem devocionis provocatur. Item propter [illegible] rememoracionem
beneficiorum dei aut aliorum mirabilium sicut est representacio diversae resurrectionis et
huiusmodi. Et qualis est representacio gestorum quae apparet in sculpturis et picturis
huiusmodi. Et decimus De g. d. iii per latam reverenabiles. Et sicut materialis
ecclia constat ex lignis et lapidibus quae prius per artifices dolantur et complanantur
et poliuntur. Sic spiritualis ecclia ex iudeis et gentibus a predicatoribus ubi dei co-
niungitur fideles et connectuntur in unum per dileccionem et ab erroribus corriguntur
et abraduntur et sacramentis imbuuntur et iustificantur. Cumque materialis eccle de-
dicacio sit spiritualis eccle dedicacionem et sanctificacionem prout late exponitur
super ubi . . . materialis eccle. Exemplis eciam et auctoritatibus patrum tam veteris
quam novi testamenti inferunt ad habenda materialem ecclam. Unde Moyses
ex precepto domini facit tabernaculum Exo xxv et xxvi. Salomon templum edificavit
iii Regum viii. Et iii reg vi et ix. Act xv dicitur Moyses "a" prolibus antiquis habet
in singulis civitatibus quod eum predicet in synagogis. Patres eciam novi testamenti
habuerunt materialem eccliam Mt xxi Mar xi. Domus mea domus oronis vocabitur
et ibi . . . Luc iii et xix. Item Mat xxi Cum intraret Jhesus in templum ver-
e per dicens Domus mea domus oronis vocabitur. Item Mt xxvi Cottidie eram
apud vos docens in templo. Luc in fine post ascensionem Erant semper in templo
laudantes et benedicentes. Item Joh ii Auferte ista hinc et nolite domum patris
mei facere domum negociacionis. Item xvi absque synagogis facient vos. Item Ezech vi

Convenientibus vobis in ecclesiam dei audio scissuras esse ibidem. Unde domus eciam aut
ecclesiam dei contempnitis. Item Act. iii. Petrus et Johannes ascendebant in templum ad horam
orationis nonam. Item Act. ix. Ingressus Paulus synagogam predicabat Christum
quia hic est filius dei. Item approbationem immobilium ecclesie a primo fundatore ecclesie
Rome imperatore Constantino usque hodie immobilium miraculorum et virtutum di-
vine operacione que fiunt in eis deus ipse confirmat etc.

Capitulum xvi. Contra illos qui ymagines Cristi et sanctorum in ecclesia dei destruunt et deponunt et in ipsis turpia condicunt

Venerabiles eciam ymagines et picturas quas tenet et approbat sancta Romana
ecclesia et in tantum reprehendunt heretici quod neque iudei neque gentiles eis tanta inferrent
infra obprobriosa iniuria sicut ipsi. Unde comburunt eas et secant et destruunt di-
centes esse ydolatras qui talia faciunt. Et esse contra preceptum domini Exod. xx. Ubi
videtur quod ibidem dicitur Non adorabis ea neque coles. Imagines ymaginum per ydolatriam ado-
rando prohibetur ibidem quia ad hec erant iudei promptissimi. Sed ymagines fieri
ad rem representandam deo non prohibetur. Nam eciam de mandato domini fecit Moyses
duos cherubim aureos Exod. xxv. Item Salomon sculpsit ymagines et cherubim
in tabulis cereis iii Reg. vii. Item in hystoriis habetur quod ymagines omnium regum sculpsi
fecerat qui futuri erant post Salomonem usque ad transmigracionem Babilonis.
Item Moyses de precepto domini servavit manna Exod. xvi. Item filii Israel servaverunt
serpentem eneum quem de mandato domini fecit Moyses Num. xxi. Et hec in figura
fiunt. Non ut adorentur sed ut esset in memoriam beneficiorum dei. Similiter
nos quamquam cruces ymagines et picturas servamus non ut adoremus ligna et
lapides sed veneremur ~~colentes~~ et volentes dei beneficia que representant de-
[?] in prelato [?]. Unde et Cristum depingimus residentem in throno
ad designandam sue potencie maiestatem. Item in gremio matris ad designandam eius
incarnacionis humilitatem. Item in cruce pendentem ad eius passionem ostendendam
et sic de modis aliis. Item obiciunt nobis per hoc quod adoramus crucem [?]
aliquam [?] crucem adoramus dicentes Et ibi crux adoranda per hoc [illegible]
latrie arguentes. Videtur quod duplex est adoracio prima qua plus creator adoratur
latrie et tamen non adoramus crucem domini [?] secunda adoracione
est que est adoracio latrie et [?] qui est super veneracionem creature et infra veneracionem dei. Tercia
quod dicitur yperdulie que est super veneracionem. Debet
est adoracio dulie sive veneracionis predicta adoramus scabellum pedum eius quoniam sanctum est
Item adorabimus in loco ubi steterunt pedes eius. Item adorabo ad templum sanctum tuum in
timore tuo. Item nunquam adorabimus te super terram Deut. vii. Item dux ymagines suas
in regno suo et in terris [?] habet obsequia de sic claret exemplo. Tunc eius
rex in omnibus sui regni finibus non vult sigillis armis et [?] sue maiestatis
insigniis que abierunt destruuntur sive ad iniuriam regie maiestatis. Ita rex omnis terre Cristus
instituit et reliquit nobis ymagines et signa humanitatis sue tamquam vexilla
sue regie maiestatis in omnibus regni sui locis et terminis erigenda veneranda et de-
fendenda et non tamquam regie adversarius deponantur et tamquam sigilla imperialis aule
et tamquam arma et insignia regalis clipei quibus si quis iniuriata fuit et

nos de //

Duplex est adoracio

magestati //

dus

et detrahunt tamen lesi maiestatis merito. Sicut ymagines domini nostri ihesu christi
digna veneratione priuauit deum offendit canonice sanctionibus et romane ecclesie
ritibus contradicit et tamen heretice pravitatis meruerit. Et tales ut sunt noui errores
inuectores qui veteris sectatores leguntur esse in cronica romanorum. Qualiter
circa annos domini DCCXL leo primus imperator hoc errore deceptus omnes ymagines christi
quas in roma dederunt transmisit in constantinopolim et igne combussit. Similiter
circa annum domini DCCXXX leo tercius imperator a quodam seductus heretico sanctorum ymagines christi
roma et vbique bella mouit igni tradidit et deponi mandauit. Ob hanc causam
plurimi viri catholici reuiuiscentes in eo tenati sunt pro defensione ymaginum. gregorius
qui per gregorium inmediatum sepultum est in urbe celebrato concilio mille episcoporum ipse imperator
iconoclastes cum ceteris aliis propterea exquiritur et tota ytalia roma et hyspania ab eius obe-
diencia absoluuntur et cetera vectigalia auferuntur ab eo. Similis error a philippo
et cetera circa annos domini DCCX imperium tenuit. Et constantino quinto circa annos
domini DCCXL legitur perpetrata. Et licet a sancta romana ecclesia et sacris canonibus
error talis sufficienter reprobatus fuerit tamen tamen huiusmodi heresis pestifera gestorum
rerum ignorancia tandem inualescit. O vesania tantorum tamquam pueri docentur
in statuis effigiem christi domini turbis semper adorare non tamen effigie sed que desig-
nat adorare. Unde eciam iohannes ianuensis in catholicon de hac adoracione de-
terminat ubi dicit sed quid propter ymaginibus christi exhibendus sit cultus latrie
ad hoc dicas quod ymago sit dupliciter consideranda vel prout est res quedam et sic
nullus ei honor debetur ymagini sed communiter loquendo. Et quod idem motus animi
est in ymagine inquantum ymago et in ymaginato ideo unus honor debetur ymagini
et ei cuius est ymago. Et ideo cum christus adoratur latria similiter et eius ymago adoranda
est latria hec ianuensis. Et sic habetur de con. di. iii. c. perlatum ubi dicitur quod non
adoramus ymagines intelligitur res illas scilicet preciosas sive materias ut deum nec ad-
oratione latrie aliud enim est adorare ymaginem secundum rem illam aliud est per ymaginem intel-
ligere quid sit adorandum. Unde illa ymago monstrata ab ymaginato per eundem motum
animi iuxta ianuensem adoranda adoracione latrie sicut ymaginatum. Et sic dicit ia-
nuensis quod ymago considerata ut res quedam nulla adoracione sit adoranda
intelligit nulla adoracione latrie quia de hac sola questio querit. Licet tamen ve-
neracione dulie ymago ut res insensibilis sit adoranda prout habetur de con.
di. iii. venerabiles ubi dicitur quod christi ymagines adoramus. Dicit quod glosa prima dt
adoracione dulie adoramus unde eciam reparantur et conseruantur ymagines sicut
alia diuini cultus instrumenta et alia vasa sancta. Quare deus visibiliter vult
adorari in humana effigie visibili ideo est quia deus homo factus est et carne
humanam assumens visibilis corporalis apparuit. Et autem in ymagine humana
apparere et adorari voluerit et ymagines sibi applicauit. Ex veteris et noui
testamenti claret hystoriis apparuit enim abraham dicens. Ego sum deus omnipotens
qui cecidit pronus in faciem suam genesis xvii. Et eiusdem xviii ubi tres vidit et
unum adorauit. Item apparuit ysaac genesis xxvi. Item iacob qui dixit vidi dominum
facie ad faciem et salua facta est anima mea genesis xxxii. Item moyses et aaron nadab
et abiu et septuaginta de senioribus israhel qui viderunt dominum deum israhel
et sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini et quasi celum serenum videbant quando
deum exodi xxiiii. Item loquebatur dominus ad moysen facie ad faciem sicut loqui

dicit glosa
ymago

vel sicut
ymago est ymago

Item moysi in
flamma ignis
rubi exo iii

//ysaiae//

solet homo ad amicum suum Exodi xxxiii. Item loquebatur dominus ysaiae vidi dominum sedentem super solium excelsum et elevatum et dixit ve michi quia tacui et regem exercituum dominum vidi oculis meis. Item Ezechiel primo vidi super firmamentum quod erat super caput animalium similitudinem throni et in throno quasi aspectum hominis desuper et haec visio similitudinis glorie domini et vidi et cecidi in faciem meam. Similiter in nocte natalis Christi apparuit Unde et cesari augusto ymago Christi pueri in ulnis matris virginis apparuit audita voce haec est ara celi augusto. Christi fidelibus ymaginem adoravit. Item legitur in speculo historiali Quod Christus ymaginem sue faciei propriis manibus impressam linteo regi abagaro destinavit que in edissa civitate miraculis claruisse dicitur. Item beate veronice ymaginem hanc toti urbi venerabilem linteo suo impressit quam usque hodie miraculorum gratia deus approbat et confirmat. Item Nicodemus Christus apparuit ut rex glorie pendens in cruce mandans et ei tale ymaginem prout videat fabricaret que in civitate liriana cernitur multis adhuc choruscat miraculis. Item beatus lucas plures ymagines Christi ac beate virginis depinxisse dicitur. Item in legenda de sancta cruce dicitur quod a iudeis ymago crucifixi affixa lanceis copiosum cruorem effudit. Ex quibus omnibus patet error illorum qui ymaginibus Christi et sanctorum tam improbe contradicunt Signum autem erroris illorum est manifesta probacio quia in universo mundo obiciunt hanc duam crucem tibi in civitatibus villis et strata publicas exigunt ymagines crucifixi tibi vero duant heretici pagani sive iudei aut alii inimici crucis fidei christiane tibi deponunt et destruunt cruces et vexilla fidei orthodoxe

al' crucifixa

Capitulum xviii Contra illos qui negant et non credunt esse purgatorium et nil prodesse suffragia animarum affirmant

Ignem purgatorium etiam non credunt heretici restare post mortem Sed animam soluta a corpore sufficere ad requiem vel ad dampnacionem et ideo dicunt suffragia orationum que fiunt ab ecclesia non admittunt unde inducunt pro se illud ii ad corinthios v Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi ut recipiat unusquisque propria corporis prout gessit sive bonum sive malum Hic dicit prout gessit non prout alius gessit pro eo quod non prodest defuncto quod alius gessit. Item ut dicunt unde quod eadem racione possit concludere quod non prodest vivo quod alius facit pro eo quod patet esse falsum quia ecclesia dei orat pro peccatoribus Et apostolus in multis locis petit orationes eorum quibus scribit ut ad Romanos xv et Colossenses in fine. Item dicit se orare pro eis sine intermissione ii ad corinthios Item Iohannes apostolus ibi loquitur de iudicio universali patet per litteram dicitur ut referet secundum sensus et proprie recipiat dampnacionem vel salvacionem ut dicit apostolus ut referet non diminuet quin aliquis possit iuvari ante dampnacionem secundum opera sua per hoc non diminuet Si quis decesserit in penitencia inchoata et non finita illud iudicium universale Sed quis decesserit in penitencia non sequuntur illos quasi dicit non ad idem obitum Apocalypsis xiv Opera enim illorum sequuntur illos quasi diceret non illos iuvant In hoc errore aliorum unde quod hoc non dimovet quin aliorum opera illos iuvant. In hoc errore sunt greci et armeni et fere omnes nationes transmarine. Contra quos est quod ecclesia catholica orationum et elemosinarum suffragia offert pro defunctis et sic tenet ecclesia catholica ut xiii q ii pro obeuntibus quia sancta et salubris est cogitacio pro defunctis exorare ut a peccatis solvantur ii Machabeorum xii. Non autem solvuntur qui sunt in inferno quia ibi nulla est redempcio secundum quod communiter habetur in libro Iob x Nec eis prosint suffragia xiii q ii Tempus. Nec illi qui sunt in gloria quia requirunt relinquitur ergo quod sit alius locus in quo adiuvantur qui hoc vincere

//obeuntibus//

"et c"

aut alioꝝ suffragiis meruerit xiiij q. ij Non ea estimaui[n]g. Tempus et ibi pur-
gant[ur] a[n]i[m]e et per suffragia eccl[es]ie adiuuant[ur] que multa impedit suffragia mal[orum]
purgand[orum] alit[er] enim despicerent eccl[es]iam sic eius suffragia eccl[es]ie esset superflua et vi-
na q[uod] e[st] incoueniens vide q[uam] detestabile et iniquum sit mortuis auferre suffra-
[gia] eccl[es]ie qui digne purgatorio vacabant Et concilio vii[i] mortuo no[n] p[ro]hibea[tur] gene-
raliter suffragia eccl[es]ie prosunt defunctis Joh[annis] xi vbi ad preces marie et marthe
d[omi]n[u]s lazarum suscitauit Item ad preces petri a morte fuit thabita suscitata Act[us] ix
vnde j Coꝝ xv Item j Joh[annis] iij fiduciam habem[us] ad deum vt quodcumque petierimus accipiemus
ab ipso Item ij mach[abeorum] iij ad preces summi pontificis heliodorus resurrexit et in multis aliis
ad aliorum orationem resuscitatus Et si deus prodest ad resuscitacionem corporum plus in
ad salutem a[n]i[m]aꝝ Et hec ecc[lesi]a vtile alias non fuisse in celo nec in inferno Constat
igitur locum purgatorij esse et orationes aliorum illis existentibus subueniunt Hoc patet
auctoritate p[ri]ma Coꝝ iij Dies enim igne reuelabitur gl[ori]a d[omi]ni i[d est] pena purgatorij Item super illud
j Coꝝ iij Si quis superedificauerit super fundamentum hoc aurum et argentum lapides pre-
ciosos lignum fenum stipulam &c vtriusque est in igne purgatorij quod vniuscuiusque
opus probabit Item Eccl[esiastic]i xxvij vasa figuli probat fornax i[d est] purgatorium de hoc
igne dicit Aug[ustinus] Ille ignis purgatorij durior est q[uam] quicquid in hoc mundo pot[est] videri
vel cogitari Et in ergo non timet digitum in igne ad horam ponere timeat ibi in
a[n]i[m]a totaliter cremari Maxime cum sit ibi dies vnus sic mille anni ij pet[ri] iij Item
Greg[orius] Ignis purgatorius est qui pro quibusdam leuibus culpis ante iudicium ex-
pendus est que post mortem grauant si in hac vita p[ro]pter non fuerint relaxate
Item Augustinus Quem in aliud seculum distulit scientem curauimus post purgat
igne purgabitur Item Gl[osa] Greg[orius] e[st] Mat[thei] xij Non dimittetur in hoc seculo neque in
futuro remittetur Dicit de quodam peccato esse quod neque in hoc seculo neque in futuro
remittetur Si nulla in futuro remanet remissio purgatione peccatorum Item reuelacionibus
ondit[ur] esse purgatorium vt patet exemplis multorum qui post mortem comparuerunt vel
premonentes eos vt a futuris periculis precauerent et petentes ab eis suffragia sua
vel vt ab amicis ea sibi procurarent Faciunt eciam ad hoc testimonia multorum
qui de morte corporis surrexerunt qui statum a[n]i[m]aꝝ piorum et alioꝝ in predictis purga-
toriis existentium narrauerunt vt in multis scriptis inuenitur Item Isidorus pot[est]
dici q[uod] purgatorium sit Quidam hic purgant[ur] omnino et hij statim vt moriuntur euo-
lant vt apparet in morte plurimorum martirum et aliorum sanctorum Alij nec purgant[ur]
hic Nec purgari incipiunt et hij cum moriuntur in infernum descendunt vbi nulla re-
demptio sed sempiternus horror inhabitat Job x Alij hic purgari incipiunt sed priusquam
per defectum vite purgationem non perficiunt ergo necesse est vt vadant in locum vbi per-
ficiat purgationem quam inceperit et ille locus dicitur purgatorium Item cum deus sit misericors
et iustus ex misericordia ignoscit penitenti non reseruans penam ad penam eternam Ex iusticia non
nullum malum impunitum dimittit Job x verebar omnia opera mea sciens q[uod] non parces delinquenti
Job
Et xx luet que fecit omnia Item Ro[manos] j reuelabitur ira dei de celo super omnem in-
iusticiam hominum Igitur Si deus hic non punit oportet q[uod] alibi puniat Cum homo non pu-
niet sufficienter peccatum suum Restat igitur locus purgatorij post hanc vitam et licet vere-
peccatis a[n]i[m]a occidi non credat[ur] Et dicit Aug[ustinus] tamen quibusdam pustulis in horrenda
stabie deformis efficitur Et in amplexus sponsi celestis vix aut cum grandi
confusione veniret nisi purgatorium eam ablueret de mendis Purgaret Ignis
enim purgatorius que purgatione digna inuenit facies pulchra sic fornax

aurum vel argentum Sapientie iii Tanquam aurum in fornace probavit electos dominus
et quasi holocausti hostiam accepit eos et psalmista Igne nos examinasti sicut examinatur aurum argentum Item
bonorum et malorum alii sunt simpliciter tales Alii non Summe mali descendunt in
infernum Non summe mali ad limbum Ergo a simili summe boni ascendunt in celum
Non summe boni vadunt ad ~~limbum~~ aliud locum et illud dicitur purgatorium Item dam-
natorum duo sunt loca limbus et infernus Ergo et salvatorum duo sunt scilicet pur-
gatorium et paradisus Item cum peccata actualia et venialia contingunt necessarium est ut con-
traria voluntate deficiant Sed in hiis qui subito moriuntur locum non habeant voluntas
contraria et pena digna quod secum deferunt ista peccata Cum igitur cum eis non tulerant
in celum in quo nullum inquinatum intrabit Nec etiam pro eis descendant in infernum
cum mortalia non sint Necesse est eas expiari antequam ad celestem gloriam transferantur Ergo
locus ubi hec purgatio fiet est et iste est purgatorium Item Si dixerit quod sufficiat
afflictio penitentie et dolor interior qua quis penitet pro eo quod peccavit Unde quod tanta
potest esse afflictio et vehementia doloris vel penitentie quod sufficiat Si prima fuit

cordis a

negligens et remissa non sufficit ad plenam purgationem Et unde necesse est ut ad-
inveniatur donec suppleatur quod deest Et si in hac vita factum non fuit Necesse est
ut post hanc vitam supplementum huius exponatur et sic erit purgatorium post hanc
vitam Et si dixerit aliquis quod piissimus creator non querit tormenta vel cruciatus
anime cum sit certe misericors Unde quod sic certum est misericors Sic et certum est iustus
et propter hoc non querit penas animarum Nec cruciatus per se Sed quia sunt malis iusti-
salutares Sic non querit purgatorias ideo quia sunt tormenta anime sed quia sunt
iuste et honori suo convenientissime Sequitur enim iuste bone sunt sic in istis iungitur

penas

iusticia bonitati Et quia deus est clementissimus iustissimusque facit opera clementie
ne puniatur eternaliter miserando et opera iusticie penitentialibus penis et pur-
gatoriis temporaliter puniendo Si autem dixerit quod sufficit quod peccatum suum dimittat
peccator et convertatur ad deum iuxta illud Ezechielis xviii In quacumque hora ingemuerit
peccator Unde quod sic non sufficit servo fugitivo sola reversio ad dominum suum immo insti-
tutissime exiguntur ab eo opera quibus tempore fuge dominum suum defraudavit Et sic
non sufficit sola reversio bellatori reducto a rege si rebellis eminentie a rege suo
immo exigitur ab eo satisfactio de federe vio-
lato et de dampnis ab eo illatis Sic etiam si spoliavit aliquis ecclesias vel personas
... et de dampnis ab eo illatis vel cum equo furato vel bursis abscisis deprehensus fuit sine alia
religiosas vel cum equo furato ... non sufficit quod peniteat vel petit veniam tamen immo oportet quod
dampna dederit non sufficiat quod peniteat Sic et in peccatoribus non sufficit sola re-
versio nisi pro posse satisfaciat de dampnis datis Sic et in peccatoribus non sufficit sola re-
versio ad regem dominum suum cum peccatorum Nisi et dampna substracte servitutis et
spoliationis restituat totaliter et iniuriam fuge sue et delictorum suorum iuxta legem
ipsius emendet Nisi forte tanta sit humilitas et devotio afflictio quod intelligatur et
regi et domino hiis placeat esse contentum Si autem non satisfecerit in hac
vita necesse est ut satisfaciat in futuro Et sic patet quod est purgatorium post
hanc vitam quod si non esset ratio sequeretur quod in deo aut non esset perfecta iusticia
aut perfecta misericordia quod nullatenus esse potest Et sic de aliis Dicitur c. xviii

volunta

Capitulum xviij Contra illos qui dicunt non esse confitendum sacerdotibus

Con[tra] sacramentum penitencie graviter aberravit heretici in eo quod dicunt quod ad agendam
penitenciam sufficiat soli deo confiteri absque oris confessione et sine iudicio sacerdotali
In hoc errore fuit iudei greci scismatici et naciones transmarine et Iacobite de
hac materia agitur de pe. d. j Quibus auctoritatibus dicunt quod solus deus dimittit
peccata Induratores illud ysaie ij et ysaie xliij v dicitur Ego sum qui deleo iniquitates
populi mei q. d. non alius Item dicit augustinus Nemo tollit peccata nisi solus christus qui
est agnus tollens peccata mundi tollit autem et dimittendo que facta sunt et ad
iuvando ne fiant Unde quod deus solus dimittit sive delet peccata nunc tamen
sacerdos ministerio deus invisibiliter operando sed sacerdos visibiliter ostendendo luce
xvij° Item non quia quos sacerdos ex confessione penitentes esse cognoverit
eos ipse apparuit absolutos per satisfactionem penitencie iniungende Item ideo quia
non imponunt aliam penalis satisfactio Nisi quem sacerdos vere novit penitere
et eo ipso peccatorum adeo iudicat relaxatum Item habes in allegata auctoritate cum
dicitur Ego sum qui deleo iniquitates tuas Statim subditur Narra si
quid habes sed per confessionem et iudicium simul sed a sacerdote qui est
quasi iudex inter deum actore et peccatore reum Item dicitur per prophetam
Sacrificium deo spiritus contribulatus cor contritum et humiliatum deus non despicies
per hec videtur eis quod non sit facienda confessio sed sufficit cordis contricio Unde
quod hoc requirit de necessitate iusticie Item sicut sunt tres partes peccati scilicet cordis oris et
operis Ita ad veram peccati penitenciam requiruntur per similiter tres partes penitencie necessaria scilicet
sed per cordis contricionem per oris confessionem et per operis satisfactionem Ideo
intelligitur Cor contritum et humiliatum videlicet humilitate confessionis et operis satisfactionis
alioquin esset ridiculum per tria peccare et per unum solum velle satisfacere aliis
preteritis tamen posset ea perficere Nam digne per ea per que homo peccat
per hec punietur Capitulo ij° Item dicunt per ysaiam .lv. derelinquat impius
viam suam et vir iniquus cogitaciones suas et revertatur ad dominum et miserebitur eius
Unde miserebitur ei Qui reddit et conversus huius scilicet corde ore et opere sicut
hiis tribus aversus fuerat Item Ezechielis xviij In quacumque hora ingemuerit
peccator salvus erit Non dicit confessus fuerit Unde salvus erit i. salus eius
incipit si vere ingemuerit sed Cum affectu cordis oris et operis si assit
facultas Si autem propter defectum sacerdotis vel propter debilitatem infirmi fa-
cultas confitendi vel satisfaciendi eundem non suppetit tunc invisibilis sacerdos deus
qui eum vult confitari et non potest absolvit a debito mortis eterne Alioquin iudeus
non esset pena tenenda Si vero facultatem habet confitendi tunc habet confiteri et
satisfacere Item dicit augustinus in li. de penitencia Ad agendam penitenciam non sufficit
mores in melius mutare et a malis factis recedere Nisi de hiis que
facta sunt satisfaciat domino per penitencie dolorem per humilitatem gemitum per
contriti cordis sacrificium per elemosinas per ieiunium et per oraciones Item ambrosius
non potest quis iustificari a peccato nisi fuerit peccatum ante confessus Sicut enim precepta est
nobis interior penitencia Ita et oris confessio et exterior satisfactio si assit facultas
Unde nec vere penitens est qui confessionis votum non habet oportet enim

penitere confitei si tempus habz et tamen antequam fit confessio in de si votum sit in corde
prestat ei remissionem psalmista dixi confitebor adversum me iniusticiam meam domino
et tu remisisti impietatem peccati mei dixi i. deliberavi ut facerem votum cum quo opere
haberetur Item allegant hebrei communem confessionem quam proverbium dicitur Non ultra
facere est vera maxima penitencia Unde quo filius dicitur quia non plus non est plaga / Fuer
quod solum interiorem penam et primam promictam prima est pene tenero ... in mente
pro parte corditis peccatum et confessio Ad distinccionem autem huius extrote premittes similibus
iusticie ac fincis Nota quod in causa qua deus habet erga peccatorem Non potest ee
iudex videri ipse causam audire cum sit quo ad hoc peccatori suspectus et eum potest re-
cusare ex quo paulo fuit ante inimicus Extra de officio de le. Insuper
et de app. In spirituali ergo precor de se ipso iusticiam deo facere voluit per primo
de iure in eadem causa alius quam ipse iudex esse Plus audiet et pronunciat
abit communem confitente conversa que ipse plus et maxime nenit Confessio i.
alii facienda est quam deo Item si soli deo fieret confessio ignoraretur quid ipse iudic
aut pronunciaret Item absolvit aut condempnat quamdiu aut ignoratur nec
pro absoluto haberetur aut condempnato se potest habere penitens sed permanebit du-
bius de prandio pendente sententia Quod ergo hoc reputabitur iudicium vel
iusticia dei ... appareret sententia qua nullus appareret absolutus vel con
dampnatus Item in penali iudicio necesse est ut iudex in medio sedeat et ac-
tor et reus ante iudicem alter alteri contradicens Quia igitur penitens quasi
reus est in eo iudicio quo cum deo iudicandus est et a deo tamquam ab actore
impetitur Merito ergo in eodem iudicio deus non potest esse iudex quia
de iure prohibitum est ut nemo dicat sibi ius in re sua ... ...
tareat ve ipsa xvi q. vi c. i. 2 q. i q. iiij c. vlt Sub alio i. et per alium
iudicandus est Nam deus velit subire iudicium nobiscum patet ysai xliij
iudicemur simul narra si quid habes ut iustificeris et Iheremie vi Iudicium domino cum
populo suo et cum Israhel iudicabitur Job xxxi Si contempsi subire iudicium
cum servo meo et cum ancilla mea cum disceptarent adversum me Iudicio ergo
necesse est intercessorem deum agere cum peccatoribus in hoc iudicio penali ubi in corde
confessoris sedet dei vicarius pro tribunali Absolvit reum a vinculis peccati
"arat"
commutat merita supplicia eterna in penitencias temporales restituet eum gratie pristine
et glorie debite In hoc iudicio licet appellare a dei iusticia ad dei misericordiam
tamquam ad maius tribunal Quia misericordia eius super omnia opera eius psalmista Et
condempnatus per iusticiam absolvitur per misericordiam Iudith x. et Ione iij ysai xxxviij
et Regum xxij et Ezechiel xviij Item Si iniusticie et iniurie temporales per tem-
porales sunt propterea iudices qui de hiis audiunt et pronunciant et iudicent et
absolvent Multo fortius spirituales iniurie iudicem habent qui de hiis iudicet
Sed notum est quod de hiis iudicare plene nequiunt nisi per confessionem cum sint
multa occulta et occulta Igitur confessio facienda est de hiis iudici qui est sacerdos
confessor Item cum non consequentur illius fructum spiritualis iudicii quod est reformatio pacis
nobilis cum deo Quia si confitens contempnit iniuriosus efficitur deo quia ius eius non
recognoscit et iudicium dei impedit et peccata sua iudicio futuro reservat ubi

no est ad iniciam appellandum Oportet igitur necessario esse iudices spirituales quorum iudicio
satisfaciat deo de homine Si enim peccator offert se iudici coram deo necesse habet illum deum
dare et auditorem si iudicio constituere alioquin iniuste agere videtur Si peccator
stare iudici et satisfacere negligit et evitat ultra quam [illegible] exigit et iusticia quibus (sub)
se offert Omnes peccatores offerunt se iudici et curie seu consistorio dei In hac
vita quere Cum si non habet hic iudicem sive consistorium et auditorem ubi tanta
multitudo reorum iudici se offerebant constat magnum esse defectum glorie iusticie
dei cum huius reos qui se ponunt hic iustificari affectant et tanquam dei ministri
et lictores iniuriam dei abcondisse vindicant in seipsis propriis afflictionibus castiga
cionibus flagellis ieiuniis mortificacionibus membrorum ut sic super terram et per hoc
possit penam vehementem evadere quam ultra tamen derogaret regie dignitati officio
Si in tanta parte regni sui non providisset quam petentibus iura reddant Ideo
et constituit deus hic in terra iudices et curiam sive auditorium ubi iusticiet iusticiendi
vita sua non potest nisi per eos qui peccaverit sed quia nulla sit accusatio Ideo multa
spontanea oportet esse accusacio et confessio in quarto q. 1 multi Cum enim ubi in criminali iudicio
criminalis iusticia totaliter futura iustificacio levaverit sic et per eos potest accusacio
prius accusacionem futuram testacio testificacionem allegacio allegacionem condemnacio con-
dempnacionem punicio punicionem confessio confessionem Cum igitur predictam iustificacionem [illegible] se (de iusticia)
propter deum hic sedebit complendum futurum iudicium iusticie evadet ¶ I Cor. xi Si nos
metipsos iudicaremus hoc est Si coram nos metipsos quasi iudices criminales hic ageremus
non utique iudicaremur hoc utique iudicium non perficitur nisi sit reus sponte confitens
coram iudice suo coram homine alioquin quid fecerit sit et quid iudicatur sit non constabit
Ideo est ipse dignum hoc sit de filio prodigo homini se humiliter prosternit et qui simili
modo noluit creator Ad tale in criminale iudicium hortatur dominus Luce xiii Nisi penitenciam
habueritis omnes simul peribitis Cum autem sit utilis quia appropinquat iii et iiii penitenciam agite
appropinquabit enim regnum celorum Mat. vi Ite Actus ii penitenciam agite et baptizetur
unusquisque in nomine Ihesu Christi et accipite donum spiritus sancti Ite Actus iiii peni
tentiam et delebit peccata vestra Ideo [illegible] Iohannis in Apoc. ii et iii Ite psalmista dixi con
fitebor adversum me iniusticiam meam et tu remisisti iniquitatem peccati mei Prov. v. xxviii
qui abscondit scelera sua non dirigetur qui autem confitetur et reliquerit ea misericordiam consequetur Ite Ezechielis
xviii Convertimini et agite penitenciam ab omnibus iniquitatibus vestris et non erit vobis in
ruinam iniquitas Ite Iacob v Confitemini alterutrum peccata vestra et orate pro invicem
ut salvemini Cum alibi confessio non soli deo sed sacerdoti sit facienda exemplis ta
libus edocetur Si ad curandum infirmitates corporales et vulnera et mortem
evadendam vel defendendam sunt constituti medici quibus eger tenetur detegere
et confiteri morbos et vulnera et iniuncta dieta et alia precepta medica diligenter
observare propter egendam sanitatem vel defendendam corpus morte quod vitari non potest
A forciori constituendi sunt medici spirituales quibus enim spirituales infirmitates et mortem anime
impedierunt quibus et omnia detegenda sunt per confessionem vulnera anime et arbitrio
eorum iniuncta penitencia dieta est diligentius observanda Cum maior sit cura deo
et maior debet esse sollicitudo maior de vulnere et morte anime quam corporis mortem mori
turi Ite sic de eo commisso spirituali necesse habet ille cui commissum est suo superiora specialiter
tantis ad hoc constituto de singulis reddere racionem incomparabiliter fortius reddenda esse ro

spiritualis spiritualium criminum et spiritualis villicacionis ab unoquoque maioribus sic dispensatoribus spiritualibus quam sacerdotibus per viam confessionis Item si servus domini dampnificatorem
sui videt aut furantibus sive latrone in domo sua abscondit et non revelaret
hoc procuratori et custodi domini sui tamquam reus dampni vel furti est merito condempnandus Item peccator qui videt seipsum dampnificare dominum deum in proprie aut proximum
et videt se rapere bona gratuita domini sui tenetur seipsum per confessionem prodere
procuratori domini sui id est confessori ut de tali iniuria satisfaciat et non minus
tenetur quod facit iniuria de seipso quam de alio tamen non fit regitur per ex hiis error et in-
iusticia illorum qui dicunt quod confessio soli deo facienda sit et minime sacerdoti esse

Capitulum xix Contra illos qui dicunt in sacramento altaris post consecracionem facta remanere panis et vini materia prefacientem

Ideo primum aut in statum ecclesiam et in potestate clavium errando peccant heretici vix ea in
fundamentum fidei illud videlicet venerabile sacramentum eukaristie corporis domini nostri Ihesu Christi multi-
pliciter errando delinquunt Et primo negantes hanc transsubstanciacionem mirabilem de qua ipsi
assumpto tali fuerint credimus de summo etc et si catholice Ubi dicitur transsubstanciatis pane in
corpus et vino in sanguinem dicunt aut heretici quod manet ibi post consecracionem pre-
iacens panis materia atque vini imitantes solius sensum qui expirunt ad sensum tamquam
minori indigencia et nullius meriti quam simplicitati fidei et intellectuali maiori
dignitati et virtuti infiniti Ista et in hoc a iudeis sarracenis atque gentilibus
nichil omnino differunt qui simul dicunt quod in isto sacramento sit panis materialis
vinum et quod hoc tamquam ydolum adorantur Et ideo dicunt multi sapientes iudeos sar-
racenos et ceteros incredulos christiane fidei non credit similiter tamen heretici
quod sub illis speciebus panis et vini vel sub ipso pane et vino sit ipse sit verus
deus qui ibi sit ubique totus est sic tota divinitatis essencia indivisibilis et
infinite qualitatis non per partes sed totus ubique Aliquin esset ibi sua quantitas
finita Sed ergo hic incredulis prestati causa quod ad hoc magis adorat divinam
essenciam in hoc pane sicut eos quam in alio pane vel saxo aut lapide Aut alia
re quacumque Sed per hoc incredulus minore habet causam adorandi saxum lapidem
aut panem vel aliam rem quam hoc in quo ipse credit remanere panem et vinum Si autem
heretici adhuc dicunt aliquam deam inter hunc panem et aliam rem quamlibet ex eo
quod credunt eciam ibi esse corpus Christi cum pane materiali Et per hoc tamen est aliquale
adhuc exhibet sacramento Et manifestum est quod in hoc non cessat dyabolus nec quiescit
donec ipsos ad hoc producat ut hoc faciat cum sacramento quod iam de ymaginibus
crucifixi dyabolo instigante fecerunt Inspicit aut persuadet hoc tali argumento fal-
lacie Homine maior est divina essencia quam Christi humanitas quia maior precessit
Homine maior est deus quam crucifixi corpus Si igitur non obstante deo
humanitate qui in virgine crucifixi crucifixori est Simul et ubique est ipsa ymago abicienda cremanda et destruenda est ne deo ydolatria committatur adorando ibi ubi lignum materiale
est Ita similiter non obstante crucifixi corpore quod numquam est abiciendum dicitur eukaristie
sacramentum id est ne plus committatur ydolatria adorando ibi ubi materialis panis est
Et hinc tanti sacramenti abiectionem et blasphemiam finaliter intendit dyabolus suos tales
discipulos producere tota posse Et heres iam in tantum profecit apud eos ut panem

ipsorum sacramentum et vinum indevote aliis praecipitant indignis quaerentibus in-
fantibus et adultis, nec purgatis per confessionem quam abiecerunt, nec probatis
nec dignitatibus semetipsos et hoc prodigaliter faciunt sicut caupo vel penesta
suos potus aut cibos venales praecipitant ad gustandum. Contra quos errores
intollerabiles firmiter credit fides catholica quod divina virtute in hoc sacramento transsubstantiatur
panis in corpus et vinum in sanguinem Jhesu Christi, id est quod transit substantia panis de esse
in non esse, et credit ~~creditur~~ creatura ab esse suo voluntate [creatoris] imperiosissima
incipit ibi esse verum corpus Christi verus deus et verus homo sub istis
speciebus prout cantat ecclesia in cantica: Sub diversis speciebus signis tantum et non
rebus latent res eximie ibi contente non ut locatum in loco sed ut signatum in
signo. Non eo modo essendi ibi sicut est in rebus aliis potentialiter deus sed
novo et singulari modo et bona spirituali gratia. Unde et eukaristia quasi
bona gratia dicitur. Et ideo dicitur sacramentum mirabile in quo mirabiliter accidens sine
subiecto [stare] creditur et per hoc fides habet meritum et sensus immunes a de-
ceptione redduntur per fidem qui de accidentibus iudicat secundum noticiam. Cum licet credere magis
sit. Tamen secundum Thomam de aquino incomparabiliter maius est quod deus factus est
homo ita quod non desiit esse deus quam quod panis ita fit caro quod desinit esse panis
hoc per incarnationem semel factum est. Istud in altari cottidie fit. Sed in erroris
sui probatione aliqua inducunt erronei magna testimonia scripturarum. Allegat id Johannis
vi panis quem ego dabo ~~pro mundi vita~~ caro mea est pro mundi vita. Ex quo inferunt
[ibi] quod sit panis et caro. Unde quod ibi nullatenus denotavit panem materialem
cum diceret panis quem ego dabo sed denotavit [denotabat] corpus suum quod vocabat pa-
nem prout dicebat ego sum panis vivus qui de celo descendi. Ibidem panis
verus est qui de celo descendit et dat vitam mundo quod non potest intelligi de pane materiali
quem duo dicta ~~denotavit~~ educat iuxta praedicta. Item obiciunt Christi id i Corinthiorum x
panis quem frangimus nonne participatio est corporis Christi. Et idem Matthei xxvi accepit
Jhesus panem et fregit et ibidem xiiii non bibam de hoc genimine vitis et sic
ex quibus arguunt quod ibi remanet panis et vinum. Unde quod in hiis et aliis
auctoribus sunt inducte qui eadem locutio et idem intellectus est. Verum cum dominus
accepit panis materialis erat et postquam consecrando benedixerat tunc fregit [sole species frangit] et tunc dat
aut quasi participat corpus Christi. Quia ita dicit apostolus panem quem fran-
gimus id est id quod fuit panis ante consecrationem cuius species frangimus. Nonne post
consecrationem participatio est corporis Christi est. Et similiter Christus accepit panem materialem
et benedixit et fregit species et dedit corpus suum. Et ubi dicitur de pane vel de
genimine vitis intelligitur de speciebus sub quibus fuit panis vel vinum. Aut
de eo quod nunc est sub illis speciebus post consecrationem verum corpus et sanguis Christi. Et
ibi cum dicit apostolus qui manducat panem hunc et bibit calicem domini indigne reus erit &
Sic dicunt heretici quod absit credere quod ibi manet materialis panis. Immo credatur
simpliciter ibi esse corpus domini glorificatum. Unde quod hoc credere multum obest quia
est diversitati communi et catholice fidei enervat. Cum nulla transmutatio fit sed
remanet panis et ut ante fuit. Quia transmutatione tota consistit ecclesia
Obest etiam hoc heretice saluti potissime. Cum per hanc opinionem apostata

tando abiunt hanc fidem quam in baptismo professi sunt que firmiter quod
credit expressius ut in sequentibus clare patet unde habetur extra de ce. iiii. Firmiter mat-
the Cum habetur transsubstanciatio fit panis in corpus et vini et aque simul in sanguinem
xpi. Et stat ista transsubstanciacio realis sive substancialis sic et magis in speciebus vel sub speciebus
forme cum accidentales panis et vini manent Hec dicta substancia transeunt fit autem
hec potestate divina quam xpus pro conferens et post formam conficiendi tradidit
apostolis nam ipse ipsa virtute benedixit Nos autem illa virtute quam indidit verbis quando
visibiles creaturas panis et vini in substanciam corporis et sanguinis et suis verbis
secreta potestate convertit de con. d. ii. Revera corpus Et non sic est ineffabilis
illa unio qua deus factus est homo Sic ineffabilis est illa conversio qua panis
fit caro et desinit panis Deo autem desinit ne sic videretur panis incarnari Aut deus
verbum impanari sive panem assumere Si panis manens fit caro sic verbum dicitur
incarnatum Revera verbum factum est caro Ita verbum manens quod erat ita factum est
caro quod carnem assumpsit, ~~Sed non assumit carnem quia non manet panis~~ sed non
transsumit in carnem sed panis desinens esse quod erat ita fit quod existit in carne Item 1[o] sed non assumit
quod deus factus est homo et verbum caro causa finalis subest scilicet ut redimeret homines ut
in adoptionem filiorum dei reciperet Sed quod panis ita fiat caro quod remanet panis
ut sic videretur corpus xpisti verbum et deus materialem panem assumpsisse tum nulla causa
subest Et ideo concludamus est quod ab esse cedat Ideo autem cedere necesse est ut locum
habeat hec veritas infallibilis que dixit hoc est corpus meum Veritas est quod dixit
quod omnino verum est quod dixit Sic quod non verum eo quod dixit Si autem remaneret ibi materia panis
esset et propter hoc velut dixisset hic est panis materialis et hoc est corpus meum
quia materia panis esset ibi presens et sub speciebus suis accidentibus sed corpus xpi esset
ibi prospectus et sub specie aliena quod non conveniret summe et perfectissime veritati
ibi propositus et sub specie aliena quod non conveniret summe et perfectissime veritati
Item Si remaneret panis cum corpore magisque dixisset hoc est corpus meum sed
proprius dixisset hic scilicet panis est corpus meum Credendum est igitur quod per verbum xpisti
potencia et virtute creata sunt prius panis et vinum eius verbo transsubstanciantur et ad
melius procreatur de con. d. ii. Revera panis est Sic enim virtus et omnis potestas
creatura mundali prudencia est eidem plenissime iure ac famulatu subest ad re-
strigendum et adhumandum auferendum transferendum supplendum et relaxandum Elucescat
virtutibus naturalibus extra patet quia virtus ignis suspensa fuit a combustione Danielis
Exod. iii. Et virtus aque affluxum inhibitione maris rubri Exod. xiiii. Et
virtus motiva solis et lune Josue x. Relata ergo magis in tanto sacramento creature
nature habent parere beneplacito invincibilissime voluntatis dei que totum ibi operatur
Sic enim ad verbum angeli filius dei factus est homo in utero virginis Luce primo
Sic ad verbum dei venit in sacramento altaris Et sic de virgine per operationem spiritus sancti vera caro
creata est sine coitu Ita per eundem spiritum sub specie tamen panis et vini idem corpus quod
consecratur sine commixtione panis materie de con. d. ii. Revera sub figura Et sic ad nutum pro-
prie ... dum veniente ex nichilo substituit ex terra celorum profunda fluc-
tuum et vasa terrarum Ita pari potestate in hoc sacramento gloriosa operatur virtus seruit effectus
de con. d. ii. In tractatu pie Negates autem hanc transsubstanciationem habere contra se plures rationes
exempla Cum longe maius est quod non est de nichilo creare quam id quod est in aliud transmutare
de isto nullus dubitat de hoc autem quis dubitabit absit Non autem possit pro tanti

sacramenti utilitate ac veritate panem transmutare in corpus suum qui filiis israhel pro
minori utilitate vz ubi corporalis ac minori veritate vz umbra et figura huius panis
vivifici primam transsubstanciabant in pane manente specie et forma pristine Reg xvi
Qui lumina celi transsubstanciabant in hominem et bestiam ade infernam Reg ii
Et veram feminam deus mutavit in statuam et convertit petram in stagna
aquarum et rupes in fontes aquarum posita Reg xix Et veram aquam convertit
deus in vinum Ioh ii Et moyses virgam in colubrum et econtra Exo iiii
et vii Item ipse dyabolus fatetur quod per Christi verbum lapides fiant panes Mt iiii
Item Iohannes ewangelista convertit virgas in aurum et lapides in gemmas ut legitur in vita
eius Maior est enim vis benedictionis quam nature quia benedictione etiam ipsa natura mutatur
Sic probat ambrosius per multa exempla de con d ii revera Item natura ad similitudines
huius inveniuntur exempla etiam in sibilis elementis interea quantum ad semina herbarum
et arborum ubi est mirabilis conversio seminis in arborem vel in herbam et in
cetera que sequuntur Item in aqua et aere quantum ad ova piscium piscium et avium
qualiter illa ova in corpora avium et apertim secundum ... in aves convertuntur Similiter
quantum ad conversionem metallorum Et qualiter herbe et arbores in cinerem Et cineres
in vitrum lapides in metalla Iob xxviii lapis calore solutus in es convertitur
Item maior est virtus verbi salvatoris quam stomachi hominis vz ille mutat fenum et pa-
leam in carnem et ossa Ergo multo fortius per verbum salvatoris mutatur panis et
vinum in carnem et sanguinem Ihesu Christi Item stomachus hominis cottidie mutat panem
et vinum in carnem et sanguinem Quid ergo mirum si hoc faciat verbum
dei Item per naturalem virtutem in furno calido panis convertitur in carnem et sanguinem
Quid mirum si hoc fiat potestate divina Sed si ad omnes istas similitudines inductas
heretici dixerint in illis sibi non evanescit principalis materia sed transmutatur forma et remanet
materia Ergo a simili in hoc sacramento debet principalis materia remanere Videtur quod in
naturalibus transmutationibus verum est ut materia rei mutande remanet quia materia rei
que fieri debet in rerum non est natura et inconveniens esset ut in transmutatione
naturali una materia destrueretur abesse et alia nova crearetur quia vivit ...
qui creavit omnia simul ... autem est in transmutatione sacramenti quia res que fieri debet
i corpus Christi in rerum natura est prius existit ipsum vz est et semper erat res est ...
necesse est ut ipsum corpus ... materia principalis panis abesse cedat in transsubstanciatione
huius mirabilis sacramenti Erubescant igitur infideles qui negant hoc posse
creatorem facere pro causa maiori Sed ne cuiquam hec transsubstanciatio videatur in-
credibilis videatur pro eo quod eadem accidentia remanent Attendat qualiter glorificatum
corpus illud quod nobiscum vult esse diebus omnibus usque ad consummacionem seculi a
nobis videri tractari et sumi non posset nisi sub hiis visibilibus speciebus Et sicut
corpus glorificatum miraculose non implet locum sic hee species panis et vini
miraculose implent locum et saciant et nutriunt Sicut in naturalibus quilibet ... ine-
briatur solo odore vini et pascitur solo odore ... cibi Sub hiis igitur speciebus
necesse latere cognoscitur et veraciter continetur sic latuit in utero virginis Et sic
filius dei latuit sub forma humana unde ysaias xlv Tu es deus absconditus ipse salvator
Et sic infans sub pannis involutus Luce ii Et sic sub specie peregrini Luce ultimo
Et sub specie ortolani Ioh penulti Et sic sub sindone Mt penultimo Et sic rex ni-
nive sub sacco et cinere Sed quod tam sub parvis speciebus et sub quantitate parva facta
speciebus totum Christi corpus veraciter continetur Non est mirum quia glorificatis corporibus
hoc non obstat Nam etiam secundum viam nature species corporibus glorificati mediante virtute
non

Margin: quod videt ipsum per creaturas huius facere pro causa maiori

Margin: humana

visiua per foramen strictissimum ad pupillam oculi deportentur. Non est dubi-
um quin corpus domini glorificatum virtute divina ad fidei oculum deportetur sub hiis parvis
speciebus in eukaristie sacramento cum corpus glorificatum incomparabiliter sit subtilius
quam corpus non glorificatum et intuitus fidei penetrabilior quam oculi corporis. Et sacramentum sit etiam
abilius quam foramen aque ad videndum. Et sic in tam parvo loco solis tanta claritas. Sic
in tam parvo utero virginis tanta maiestas. Sic in tam parvo lapide preciosa
tanta virtus. Sic in tam parvo speculo tam magna et multa rerum diversitas.
Sic in tam parvis et paucis litteris huius nominis deus totum signatum. Sic in tam
parvis signis totum signatum velatur continetur et videatur in sacramento. Sic sensus
manens in littera per litteram videtur. Et sic contemplatio tam magnum videt corpus
sub tam parva forma concludi. Ita in altari totus Christus totus in singulis partibus continetur
et totus in integro et totus in fracto De con. d. ii Singuli. Sic in speculo in-
tegro una tantum inspicientis ymago apparet sed eo fracto tot apparent ymagines
quot sunt illo fracture. Unde in qua re fiat fractio docet Augustinus De con. d. ii Cum
manducatur non partes de illo non facimus. Et quod
in sacramento fit sit forma cum panis frangitur sed corpus Christi sumitur. Unde Hic editur
illud manet totum integrum ergo Dicitur aut formula panis non quia ibi sit sed quia
ibi fuit De con. d. ii Omnia. Sic dicebatur Symon leprosus non quia existeret
sed qualis extiterat Mt. xxvi. Et Maria Magdalena peccatrix. Matheus publicanus
et Thomas incredulus. Et dicitur in hoc sacramento materia tota mutatur intelligitur
accidentibus exterioribus integre permanentibus huius similitudo videtur per qualiter
homo per sacramentum baptismi totus mutatur interius manentibus exterioribus accidentibus
quod tamen oculis fidei tantum non oculis corporis videri potest. Et non de filio perditionis factus
est dei filius adoptionis. Non ergo mirum si in sacramento eukaristie ad verba dei totum
mutetur interius licet in exterioribus non mutetur De con. d. ii Rerum corporis.
Et ideo si aliquis velit assumatur in regem vel imperatorem vel episcopum vel
papam aut in pacem per penitentiam fit iustus vel iniustus per mortale peccatum fit pec-
cator. Cum iudeus vel saracenus vel hereticus fit catholicus per mutationes
huius non mutatur eciam vel dispositio corporis exterius sed omnis remanet sic ut
licet homo mutetur omnis interius Ita in hoc sacramento et in eius transsubstantiatione
contingit de quo dicit Ambrosius panis iste qui est in altari ante verba sacra est
ubi accedat consecratio de pane fit caro Christi. Si enim tanta vis est in sermone
domini ut fierent ea que ante non erant quanto magis operatorius est ut que
sunt in aliud commutentur quia sermo Christi creaturam mutat. Et sic ex pane
fit corpus Christi et vinum cum aqua mixtum in calice fit sanguinis consecratione
celestis verbi De con. d. ii Panis est. Nam sicut Augustinus dicit de virgine per potentiam
verbi caro ubi sine coitu creatur. Ita per eundem ex substantia panis et vini corpus
Christi et sanguis consecratur De con. d. ii Utrum. Et hoc est quod veridica fides in hoc
sacramento docet et predicat. Sed quia panis cottidie transit in corpus Christi illa verbi
virtute qua verbum caro factum est et habitabit in nobis Ioh. primo. Et cum dixit et ipse
facta sunt mandavit et creata sunt ps. Hec transsubstantiatio fit ad verba illa que ipse
Christus instituit vel instrumentum conficiendi. In illis enim verbis consistit virtus
conficiendi ad quorum prolationem rite facta panis transsubstantiatur in corpus et
vinum in sanguinem De con. d. ii Nos autem. Ceterum utrum Cetera panis in alis etc.

"sic in tam parvo
tam regis imperatus
ut papa totum signatum"

"totus in magno totus
in parvo"

"invenit"

visibilis ad veneranda pane vinifico velut creatum honore deferens sacri sui ei
reliquit et formam visibilem sacramentalem sumas et misterio ipsius. Sed substancia panis et
vini vel in preiacentem materiam vel annichilatur resolvitur vel annichilatur. Et hec
est illius transsubstanciacionis [?] sed de substancia panis materialis [illegible] vivifici
panis servata forma i. veritate accidentium et proprietatum naturalium. Hoc est sapor odor
pondus color quantitas figura ad misterium sacramenti ad ritum misterii ad gustus fidei
et suffragium ut sic cedat natura miraculo et virtus super consuetudinem operetur.
~~Dicit de cele missa Cum Marthe~~ Ut autem rebus mirabilibus fide probeant
facta mirabilia ad confirmacionem catholice fidei huius transsubstanciacionis multa
huius exempla possunt [?] recitanda. Prima ad [illegible] dyabolus a sacerdote confessus
est quod post consecracionem erat ibi panis vite et foris ad [illegible] confessus est quod
ibi erat panis angelorum et foris ad [illegible] confessus est quod erat ibi deus et homo
[illegible] dei et hominis virtute ad [illegible] exivit a muliere. Multi etiam corporeis oculis
aliqui viderunt oblatam sanctificatam a sacerdote super altare veram carnem et verum
sanguinem. Alii viderunt puerum infantem super altare in manibus sacerdotis. Alius cum
frangeret hostiam vidit puerum sedere in corporali et non videbat ibi panem
nec vinum et iterum ipsum transmutatum puerum in figuram panis et vini. Alii
viderunt agnum portari in manibus sacerdotum et sanguinem eius in calice fundi.
Sacerdotibus autem qui sancta tractabant non aliud quam panis et vinum videbantur.
Ad confirmandum fidem ad preces Gregorii panis accepit formam digiti et post
[illegible] in carnem. Item de rustico qui eukaristiam in alveo apum posuit
ut proventus copiosius mel haberet et rediens invenit in vase illo beatam
virginem tenentem filium inter ulnas. Item. Cum sacerdos quidam sepius rogasset
beatam virginem ut ei ostenderet si panis ad consecracionem sacerdotis fieret corpus
Christi. Cum celebraret ante altare dicitur disparuit hostia et vidit beatam
virginem inter ulnas tenentem filium. Et perterritus sacerdos dixit Benedicta si tu
sustulisti hostiam meam redde mi. Cui illa. Iste [?] quem sacras quem super altare
tenes quem comedis quem bibis. Ego vero gemui modice fidei quare dubitasti.
Nonne legisti quod filius meus dixit Nisi manducaveritis carnem filii hominis et
biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem habet vitam et panis quem ego dabo caro mea est pro
mundi vita. Visi [?] esset cottidie sacrificatum in dubio esset [illegible] et firmato
sacerdote in fide tradidit ei filium dicens En panis quem queris perfice missam.
Et sic resumpta specie panis tempore fraccionis disparuit visio ex quibus ondit
quod transsubstanciatur panis. Cum tales apparent et fides in [illegible] non fieret si porrig[?] pane
in corpore eius [?] glorificato quod sub his [?] speciebus ~~comedit~~ verant [?] quod
confundatur igitur et reverantur heretici volentes modo panem materialem in
hoc sacramento cum carne Christi comedere quod prius sic et progenitores eorum per
fidem a qua nunc apostataverunt sola carne immaculati agni sub specie panis
manducasse noscuntur. Stulciores et maiori confusione et verbere digni quam populus
iudaicus in deserto qui in [illegible] nauseantes super pane illo levissimo con-
cupierunt comedere carnes. Isti vero tanta tempore consurrecti glorificata Christi carne
comedere nunc minime sedicose cum moisen et tota sanctam ecclesiam in hoc
sacramento nituntur et cupiunt materialem et levissimum comedere panem

Capitulum xx^m Contra illos qui dicunt pueros in cunabulis
nup natos sacramento eukaristie comunicare mitut. In eo eciam veritati
et ritui catholice fidei contradicunt heretici. Dicunt pueros eciam aliquando non dum
baptizatos sacramento eukaristie mitut et procurandos dicunt omnino allegando
illud Joh. vi. Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem
non habebitis in vobis vitam. Hec Quod vita eundem esse de lucra dicentes, quod dicit Nisi
manducaveritis dicunt greci quod hoc sacramentum est tante necessitatis quod eciam pueris debeat
dari sicut et baptismus quod est falsum quia in sumenda hoc sacramentum corporis christi requiritur //iam//
actualis devocio et diligencia que non potest esse in pueris. Et ideo hoc non im-
portat preceptum et huiusmodi intelligitur de adultis quibus est necessarium ad salutem hoc sacramentum
in voto si non potest habere saltem in re. Hec Luca. Et quod talis sensus grecorum et
hereticorum in hoc capitulo sit erronea et catholice fidei contraria declarant
auctoritatibus et racionibus eadem sic. Dicit enim christus in ewangelio Joh. vi. Spiritus est
qui vivificat caro non prodest quicquam. Verba que ego locutus sum vobis
spiritus et vita sunt. Glosa Luce i. spiritualem habent intellectum. Manducatur enim aliquando
corpus christi sacramentaliter tantum et non spiritualiter et ut sic dicitur caro i. carnalis et non spiritualis
manducacio non prodest quicquam. Aliquando vero manducatur spiritualiter et talis manducacio
est necessaria ad salutem. Et de hac dicit Nisi manducaveritis carnem filii hominis de
hac eciam manducacione glosat se dominus intelligere ubi dicit verba que ego locutus
sum spiritus et vita sunt i. de spirituali manducacione intelligenda sunt. Unde dicitur nisi manducaveritis
Duplex enim comeditur corpus christi quia dupliciter intelligitur esse corpus christi unum quod de virgine
traxit et in cruce pependit et de hoc dicitur Matth. xxvi. Luce xxii. Mar. xiiii.
i. Cor. xi. hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur et hoc comeditur sacramentaliter
i. sub specie panis. Aliud est misticum quod est ecclesia christi spiritu vegetata de qua
dicit apostolus i. Cor. x. Unus panis et unum corpus multi sumus qui de uno
pane et de uno calice participamus et hoc comeditur spiritualiter i. in fide cordis. Sacramentaliter
comedunt tam boni quam mali. Spiritualiter soli boni. In malis est cena non
meretur comedunt salubriter efficacia. In bonis vero utroque modo. Sacramentaliter comedit tam petrus
quam iudas. Unus ad salutem alius ad dampnacionem xxiii q. iiii. Ecce bonus spi-
ritualiter manducat qui manet in unitate christi et ecclesie quam significat sacramentum qui
credit in eum manducat eum. Augustinus Crede et manducasti. De con. d. ii. Ut quid
paras dentes et ventrem Joh. vi. Qui manducat meam carnem et bibit sanguinem meum in me
manet et ego in eo. De hac manducacione dicitur. De con. d. ii. Duplex et c. Crede
Unde de hac spirituali manducacione intelligitur inducta auctoritas Nisi manducaveritis
Non est necesse neque conveniens ut hoc sacramento cibentur pueri iam baptismate
sacro renati. Racio ut sic iam manducaverunt carnem cristi et eius sanguinem iam
biberunt quia in christo iam manent et cristus in eis. Et hoc exponit Augustinus
in quadam omelia dicens hoc est manducare illam escam et illum potum bibere
in christo manere et cristum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in
cristo et in quo non manet christus procul dubio non manducat spiritualiter eius carnem
licet dentibus premat sacramentum. Pueri ergo quia vere sic manducaverunt habent in se vitam
eternam ut dicit auctoritas. Racio non est in eis necessaria nec conveniens talis per

Spiritualiter manducat

//sacramentum//

tempore sacrificii. Sed prius quam baptismi sacramentum corporis et sanguinis percipiat et hec tamen modum
dum fiat hoc fit ad maiorem baptismi et intellectum puerorum qui manducant indigne
et iudicium sibi manducant et bibunt. Ex quo originali peccato quod a parentibus mortale
de lucta semper eosdem tales Iohannis vi huius opinionis error oriebatur. Ita dicebant quod sicut
cum in vita corporali cibus est necessarius ad vitam conservandam ita in vita spirituali
hoc sacramentum est necessarium qui vite spiritualis confirmatur. Quia sicut baptismus est quedam
spiritualis generatio sine vita ita eukaristia est quedam spiritualis nutritio sine cibus
spiritualis. Cum enim puero nato vita corporali mox cibi corporalis et solidus dari
non convenit. Esset enim ridiculum si vellet infantulo tenero carnes crassas
et pane porrigere quia sicut cibi vigorem assuetudine ita sicut puero nato et in
baptismo vita spirituali renato non convenit nec necesse est ut mox spirituali cibo
scilicet eukaristie sacramento cibetur donec in vita spirituali esuriet et languescat et
confortatione cibi indigeat id est donec ad usum rationis perveniat. Et ex tunc
sive propter fomite adolescentia hominis iam ad malum pronior, et quia iam languidus
per abusum arbitrii liberi gratia baptismali eadem potest. Tunc pueros illo
spirituali corporis Christi sacramento cibari et in gratia confortari convenit et etiam ingit
conformari. Tertia ratio. Ex verbo Iohannis iii capitulo dicitur nobis dicitur quod nisi quis renatus fuerit
ex aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum dei. Et quod Marci ultimo. Qui crediderit
et baptisatus fuerit salvus erit. Et in simbulo Niceno. Confiteor unum bap-
tisma in remissionem peccatorum. Si igitur secundum opinionem illorum in pueris baptisatis esset
necessaria perceptio sacramentalis corporis Christi et sanguinis ad consequendam vitam eternam sequeretur
quod sacramentum baptismi esset insufficiens ad salutem et praeallegata evangelia
et simbulum loca essent vitam contraria quod erroneum patet esse. Sexta ratio
contra errorem illorum est talis persuasio. Si ad vitam vite eterne non sufficeret
baptismi gratia spiritualis manducatio carnis et sanguinis ihesu Christi per unionem mem-
brorum sui mistici corporis. Si nemo reciperetur sacramentalis perceptio eius esse
sacramenti. Quia nemo dubitabilius damnaretur et gehenne
nature subiacens crederetur abiciens sacramento fidei veri.
In quo xx annos sexies infantum post baptismum et ante perceptionem huius sacramenti
decedentium omnium fidelium et eos qui in eisdem quibus Romana ita ut ecclesie sic
sacramentum porrigere non conservent. Ergo quod draco talis "erroris" huius inheritis / erronee
ecclesie emulus tertiam partem stellarum abstraheret. Et cum talis saluti de-
rogat pro tales adinventores excaveat a seculo non audeatur. Quarta ratio.
Cum deus hoc sacramentum summeret instituere conditionem et modum sacramenti sumendi illud
perceptio subinferret ita dicens ut lex. In cena mistice. Hoc quotienscumque feceritis
in mei memoriam facietis I Cor xi. Quotienscumque manducabitis panem hunc
et calicem bibetis mortem domini annunciabitis donec veniat. Cum igitur pueri in cunabulis
neque memoriam passionis Christi neque possent annunciandi mortem domini habere potuit
sacramentalis perceptio corporis "Christi" esset eorum saluti necessaria sequeretur quod pro hoc ad quandam
impossibile ipsi urgerentur. Et si antequam usum rationis decederent necessario damnarentur aut
pro transgressione precepti huius sacramenti sumendi aut pro carentia huius necessarii sa-
cramenti. Sexta ratio. Beatus apostolus paulus quod a domino accepit ita

tradidit nobis formam necessariam sumendi hoc sacramentum id est ita dicendo j Cor xj probat
autem se ipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat Qui enim non diiudicat
corpus domini id est discretionem habet inter hunc cibum et cibum alium iudicium sibi manducat
et bibit Unde igitur omnes infantuli amentes frenetici ac ratione carentes arcentur
ad sumendum sine dampnationis iudicium Ubi ipsis preter voluntatem et ipsorum quod non dum est hoc
sacramentum quasi pro violentia traderetur ex quo diiudicare non potuerunt corpus domini Hec pro-
babat ipsos ecclesia Unde Cum dominus noster tanquam humani generis natura docuisset dice-
bat discipulis suis Joh xvj Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo
Cum autem venerit ille spiritus veritatis Ille docebit vos omnem veritatem Cum igitur neque
per Christum neque per apostolos Neque per successores ipsorum Romanos pontifices usque ad presen-
tia tempora edoctum determinatum et tentum sit quod parvulis recepto baptismate communio
eucharistie debeat tradi sacramentum et quod hoc sit saluti eorum necessarium manifeste sequitur quod Christus
spiritus sanctus non tradidit ecclesie sue huiusmodi necessariam veritatem Et quod illud venire tenent
dum causa dampnationis extitit infallibilium atque promissa minime adimplendo
Secundo divina providencia ordinavit Ut sicut cibus corporeus vir-
tutibus corporalibus effectualiter conferat vz appetitive retentive et digestive
virtutes confortando et in operationes naturales et necessarias dirigendo Sic et cibus ille spiritualis
Christi corporis sacramenti virtutibus spiritualibus et potentiis rationabilibus atque vz memorie
intellectui et voluntati anime conferat ipsas effectualiter dirigendo Ut memoria
iugiter Christi beneficia meminerit Ad quorum memoriam iussit sumi hoc sacramentum
Ut intellectus discernens digne diiudicet corpus domini et ut voluntas velit et di-
ligat quod in hoc sacramento percipit et in dilectionis probacione exhibitione operis
mandata eius observet Nam dixit Christus qui diligit me mandata mea servabit
Si igitur cibus spiritualis sacramenti corporis Christi necessario dandus esset parvulis et aliis non
utentibus ratione Sequeretur quod cibus corporalis esset prestancior nobilior et efficacior
et dignior in operationibus quam cibus spiritualis in suis spiritualibus operationibus effectum enim
ille in operationes efficaciter posset Iste vero spiritualis cibus in parvulis quo ad operationes
suas inutilis sit et cassus Cum in parvulis non dum sit voluntas libera que
huius sacramenti virtute sit remedium trahenda a viciis et in virtutibus confortanda
Tercio expressius relinquitur hunc cibum spiritualem carnis et sanguinis Christi
in sacramento non esse necessarium infantibus et lactantibus non dum spiritualia memorare intel-
ligere et velle potentibus Sed eis sufficere per baptismum spiritualiter carnem Christi
et sanguinem spiritualiter manducasse Nona tanto infallibilis [illegible] evidencie [illegible]
sue doctrine necessariam saluti perceptionem eucharistie sacramenti in parvulis gratia baptis-
mali renatis Cum non solum in novo verum etiam in veteri testamento originalis
culpa per circumcisionem abolita preter huius sacramenti perceptionem ad regnum etiam insti-
tutum parvulorum talium sit regnum celorum aperta tamen ipsis per mortem Christi ianua
regni celorum sicut ut dicitur Matthei xix Oblati sunt illi parvuli ut eis manus
imponeret Discipuli autem increpabant eos Quibus ait Ihesus Sinite parvulos ve-
nire ad me et non prohibueritis eos talium enim est regnum celorum Non dixit pro-
pter ipsos necessaria sacramenti perceptio quoniam salvabuntur prout sancta Romana ecclesia
universalis ecclesia hactenus tenuit et tenet

Capitulum xxj et ultimum
Contra illos qui communionem sub utraque specie sacramenti procurant

Nove item singulariter arrogancia nititur heretica sancte Romane ecclesie ritibus in-
sultare in eo quod populus utriusque sexus sub utraque specie sacramenti panis scilicet et vini co-
mmunicant ea tamen solemnitate, et per aliquos auctores licet impertinenter inductos
videtur sanctam Romanam ecclesiam de errore notasse. Inducunt enim hoc quod habetur de
con. di. ii. Comperimus quia non solum in Christi corpore sed etiam in sanguine sacro sit co-
mmunicatio facienda. Item quia Christus cum dedisset discipulis corpus suum de pane et calice
dedit eis Accipite et bibite ex hoc omnes, videtur. Sed glosa ibidem et eciam tales quod hoc est intelligendum
de solis sacerdotibus et conficientibus hoc sacramentum, quibus sine non licet in una specie sola
conficere sed perficiat institucionis misterium. Sed non licet eis nisi utramque speciem
sumere sacramenti. Secus est de populo qui ex institucione Romane ecclesie sub sola
specie panis verum corpus et sanguinem domini credat manducat et bibit. Et per
hoc ad omnes auctores quos pro se inducere possunt, et eciam ad consuetudinem
ecclesie primitive est breviter respondendum. Item quoniam panis transsubstanciatur in corpus
Christi et vinum in sanguinem tamen sub utraque specie est corpus et sanguis Christi
et integer Christus. Sed non enim corpus Christi est sine sanguine et anima. Sed species
panis est sacramentum, id est sacrum signum, et proprium solius corporis est. Et species vini est
solius sanguinis sacramentum. Sed utrumque sumunt sub utraque. De con. di. ii. Sed
itaque populus utrumque sumens sub sola panis specie, per hoc non facit contra auctores
in oppositum allegandas propter consuetudinem ecclesie factam ex causis certis ut nulla
vitanda pericula. Cum eciam est obediendum per vim qui est consuetudinibus Romane
ecclesie contendere hereticum est ... censendum ... i heresi est fides. Insuper
et in proximo tunc sacro Constanciensi concilio determinatum est quod omnes qui
populares homines sub utraque specie provocare suppositi tamquam heretici habeantur.
Si qui vero ecclesie constitucionibus non obedierint neque ad obediendum et accedendum auctoritatibus
racionibus et exemplis induci potuerint contra tales procedendum est prout in duodecimo
capitulo huius tractatuli superius continetur. Sic eos ad unitatem ecclesie redire volentes
cognitum de pravitate heretica error respuendi sunt et amplectandi conscripcionibus ...

Utrum iudex qui scit accusatos ad penam dampnari per capitulis vel aliud crimine
periculi ... imponitur dictante et ... dicta acceptum ... condempnare.
Ad hoc dicitur quod iudex ex officio debet testes volentes procurare ... repellere a
testimonio eciam si accusatus taceat vel quia sunt ignoti vel infames vel
tamquam episcopo 2 q. 7 ... Si vero non apparet quod voluit dicere ut
est ei obiectum quia apponat tunc cum testis debet esse persona que potest
iurantibus eorum recipere ... tunc si dinarracione facti invenit eos deviare a vero
subtiliter examinet et investiget ut perpendere deviaciones possit possit
veritate causa repellendi eos sicut fecit Daniel capitulo xiii de duobus senibus
Susanna accusantibus. Si vero nullus possit eos repellere et probat sunt forte
... sufficienter hic dicunt doctores canonum quod potest ... sunt allegata
et probata quod sunt confessa quia licet ut iudex debet iudicare secundum ... contra
quod assistant de domo sed sunt alia allegata et probata coram ipso dum sedebat
pro tribunali ut patet 2 q. 1 iudicet ... iudicare et ... Alanus et
Hugo quod tunc consulendum est iudici quod delegat alteri sed ... aut committit
ad superiorem ut sic ille iudicet sed ... allegata et probata ... sua

Quoniam omni confitenti notum est
dicere generalem confessionem quia
cautum est vetus stilus. Innocencius
li. iiii. di. xxv. c. v. quia venialia pecc-
ata venialia delet mortalia vero et criminalia
quorum non recordatur tollit. peccata vero que
scivisti ad memoriam revocat. Et ideo utili-
tate in confitendo Ego magister Andreas
Hispanus Romane curie penitenciarius
civitatensis vocatus pauper episcopus ordinis
sancti Benedicti requisitus ut in confitendo
hanc generalem confessionem a multis scriptore
patris dictis collegi breviter verbis
paternis quia diffusius in alia mea ma-
iori confessione professus. Facto signo sancte
crucis dic ut Ego reus et peccator miser
Confiteor omnipotenti deo et beate marie
virgini sancto michaeli archangelo et sanctis
apostolis petro et paulo ac omnibus sanctis dei
et tibi patri meo spirituali quia peccavi
nimis ab hora qua magis peccare scivi usque
in presentem horam mortaliter criminaliter
venialiter. Cogitacione consensu delectacione
Consilio locucione visu negligencia omissione
et opere contra deum patrem omnipotentem per
maximam infirmitatem Contra deum filium per
meam ignoranciam et cecitatem Contra spiritum
sanctum per malicias et obstinacionem desideriorum
et voluntatum peccandi consuetudinem
cupiditatem et amore inordinato temporis
rerum secularium et mundanorum Confiteor me
peccasse contra deum meum tam cogitacione et
locucione quam opere et omissione Et primo
ego miser peccator peccavi cogitacione quia
carnis delectaciones, gule luxurias, seculi pom-
pas, honores et divicias habere cogitavi
et easdem concupivi turpibus cogitacionibus
consensi et tam impressam speciem in
eis habui et delectacionem quod multas meas
cogitaciones opere perfecissem nisi timor et
verecundia mundi me retraxissent Corde
et ore horas meas non dixi Nec
deum laudavi Nec de ipso qui futurus est
sed de die iudicii cogitavi Primo temp-
taciones carnis et diaboli et mundi voluntate
suscepi eis consensi. Vindictas desideravi
iniurias … in meis adversitatibus pacienciam
non habui in affectum cordis … et
opere perfeci quamquam cogitata …
Et qualitercumque ego per cogitacionem peccavi
reddo me culpabilem et dico mea culpa
Secundo per peccavi locucione quia sepius
superflue et inepte locutus sum Deum meum
et sanctos eius blasphemavi Deum de suis
operibus reprehendi peccata mea … defendi
et excusavi … et proximis
meis detraxi et murmuravi contra eos
vita et opera sinistre iudicavi Eos de-
famavi Iuramenta et promissa non

servavi sepius peieravi multos verbis de-
cepi testimonium falsum dixi contentiosus
sum fui proximis maledixi Eos vituperavi
et scandalisavi, maioribus adulatus sum
et eis verbis mendaciis eorum favorem procuravi
Contenciones et litigiosas causas procura-
vi et discordias seminavi … consilia
et bilinguis fui Me ipsum laudavi et
secreta revelavi Indiscrete vovi et
vota honesta non adimplevi Dissolutus
in risu fui et cachinnaciones de aliis feci
Verba scurrilia et turpia dixi et offendi
verbis meis extiti Verba dei tacui Non do-
cui, non correxi, proximos non monui
Non horas meas debite legi Non
confessus fui Non gracias egi deo meo
de beneficiis acceptis de mane et in mensa
et in nocte gracias reddidi Nec alia sancta
officia … ad … verba
viciosa laxavi Et qualitercumque ego miser
peccator locucione peccavi dico mea
culpa et reddo me culpabilem. Tercio
per peccavi opere et accione multiplici.
Ideo confiteor me contra deum et primum
septem peccata mortalia commisisse Super-
biam enim commisi quia singulariter
excellencia aliis preesse volui …
posui et presumptuosus fui in meis
operibus … vanam gloriam habui de
diviciis honoribus de genere nobilitate
et pulcritudine corporis me iactavi et
… aliis …
Inobediens prelatis extiti Censuras
ecclesie et synodorum non curavi …
… fui rebellis ac obstinatus in
consuetudine peccandi Confiteor etiam
… parentes …
et inferiores despexi … familia-
res et amicos verbis superbie a me
effugavi Invidus et levis verbis
meis fui … voluntatem … adim-
plere volui Singularitatis esse verbis
ac factis decrevi … credidi
et ingratus deo et hominibus de bene-
ficiis extiti Peccavi in peccato cu-
piditatis et avaricie quia inordinate
divicias et bona temporalia concupivi et
amavi Res alienas abstuli et
retinui iniuste et dissipavi Parcus
… in … exhibicione et primo
de elemosinarum largicione fui Per
pecunias honores et … multa
falsa testimonia, falsas … pro-
… adulteria … [illegible]

De superbia

De avaricia

usuras symonias, deceptiones fraudes
rapinas furta mendacia cautelas [illegible]
opes iniustas et iniquas sentencias officia
tirannica mercancias et adulationes
[illegible] iniustas falsos testes falsas [illegible]
per [illegible] et [illegible] promissiones
et in [illegible] dei ludos [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible] feci et peccavi

De luxuria

Item de luxuria peccavi in fornicatione
et luxuria quia delectatione et cogitatione
pollutionis in corpore meo habui [illegible] lux-
uriosis tactibus amplexibus et osculis et
aliis actibus inhoneste mulieres [illegible]
cognovi et dilexi Et si non opere tamen mente
adulterium incestum raptum et peiora contra
naturam exercere desideravi Item de invidia

De invidia

peccatum committendo invidie Nam honorem
et famam ac [illegible] proximi propter
invidiam destruere et impedire peccavi
De eorum damno et infortunio gavisus
fui et de eius prosperitate valde dolui
et eam depressi quando potui [illegible]

[illegible] gule

Item peccavi in peccato gule quia hora
comedendi et bibendi sepius preveni
Ebrietate me replevi Cibum et potum
avide sumpsi et [illegible] comedi et
bibi in die [illegible] tabernas et [illegible]
ad delectationem carnis peccavi Tabernas
frequentavi et in sapore ciborum et potuum
semper et nimis delectatus extiti Item peccavi

De ira

ire Iram meis subditis et proximis sine
causa iratus fui propter iram me vindicavi
et iniurias illatas in [illegible] [illegible]
In ira deum meum blasphemavi homines
vituperavi Nocere proximis in persona et
in rebus deliberavi Odium inveteratum
in corde servavi timore meo per iram
habui Clamores feci discordias
seminavi et in veniam [illegible] non pepe[rci]

x opere
De accidia

Item peccavi accidie Nam bona que
tenebar facere, gaudere et amare nec
feci nec [illegible] mala autem que tene-
bar fugere non fugi sed [illegible] ista [illegible]
et opere [illegible] non [illegible]
laboribus et tardus ac longus ad con-
fitendum et penitendum fui Animas et
bona per me [illegible] non [illegible] et
opus dei negligenter feci Remissus in
dicendo divinum officium et laude dei [illegible]
fui Et ignavia atque [illegible] res meas
destruxi et perire feci In horis atque ser-
viciis divinis nullam habui devotionem
et [illegible] feci [illegible] opus bonum [illegible]
et [illegible] [illegible] desiste me a [illegible]

posse penitus desperavi Et indiscreto
[illegible] deos [illegible] [illegible] corpus [illegible]
[illegible] [illegible] sibi [illegible] ut tenebar [illegible]
non potui Et [illegible] vita [illegible]
Generaliter quia [illegible] in septem peccatis mortalibus
peccavi a quo [illegible] [illegible] [illegible]
sunt dico meam culpam et reddo me
culpabilem coram deo et vobis Et etiam
verba promissa non complevi nec [illegible]
[illegible] feci nec servavi Item de decem

De x preceptis

preceptis [illegible] peccavi [illegible] [illegible] decem
precepta domini mei transgressus sum opere
et voluntate Primo deum meum ex toto
corde non dilexi Nec timui nec servivi
nec adoravi nec [illegible] fidem nec spem
de ipso et in ipso habui sed potius
divinationibus auguriis sortibus incan-
tationibus [illegible] et [illegible] [illegible] deo
meo et [illegible] [illegible] fidem dedi et
de eis magis confidi Secundo Nomen dei
vanum assumpsi [illegible] [illegible] et si
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] super
[illegible] iuravi [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible]
deum [illegible] et deum ac sanctos eius ne-
gavi et blasphemavi Sabbata sancti-
ficare diem dominicum et festivitates
[illegible] cum [illegible] [illegible] et predicationibus
et elemosinis non [illegible] In illis diebus
debitores meos [illegible] me et familiam
meam [illegible] feci [illegible] vacavi et
[illegible] gaudiis [illegible] et [illegible]
diebus magis deditus fui quam aliis diebus
Honora parentes peccavi quia patrem et
matrem corporalem non honoravi nec eis
[illegible] subveni sed ad iracundiam
provocavi prelatis et patribus spiritualibus
et matri mee sancte ecclesie debitas [illegible]
non feci nec eorum precepta et censuras
[illegible] Primo [illegible] [illegible]
ecclesie, excommunicatis [illegible] et hereticis
participavi et decimas et primicias
quas tenebar dare ecclesie non dedi Non
occides peccavi quia [illegible] meum et si non
actu [illegible] [illegible] et voluntate [illegible] et vul-
nerare ac in persona et rebus ledere con-
cupivi [illegible] [illegible] in eum et in
[illegible] posui et pene [illegible] officio
iusticie crudelis fui Non mechaberis
quia mulieres coniugatas adulterandum
ad eis [illegible] verbis promissionibus et
minacionibus eas adulterandum [illegible]

et diuersis cogitacionibus et actibus per ad vlterium me coinquinaui Item non furtum facies peccaui quia res alienas iniuste de locis sacris et non sacris abstuli officia ad capiendum bona pauperum procuraui Res ecclesiasticas diuinis suis non dedi patrimonium domini ihesu christi debite non expendi Res ex me ablatas vnquam restitui Res voluntates vltimas defunctorum in testamentis adimpleui

Item Non dices falsum testimonium contra peccaui quia contra proximum meum ex proposito et malicia publice et occulte falsum testimonium dixi Testes falsos et scripturas falsas contra eum produxi vita et mores quantum potui denigraui Et maledictionem contra eum protuli et scandala seminaui Non concupisces vxorem proximi peccaui quia proximi mei vxorem et religiosam sanctimonialem illicite concupiui et decorem pulchritudinis captus fui et ea ad videndum oculis et eam ad ludum corporis deliberaui Nec rem alienam peccaui quia domos agros vineas diuicias ac beneficia proximi mei per dolos fraudes violencias et vexaciones habere concupiui Contra eum propter hoc causas iniustas mouui verbis et factis quantum potui Cum rebus suis iniuste processi Sic ergo contra aliquod preceptorum decem peccaui deo mea culpa

Item de quolibet membro corporis peccaui preter capitalia contra deum meum cum omnibus membris et sensibus corporis mei Racione capite meo deo et maioribus meis reuerenciam non feci Collum meum ad obedienciam inclinare non volui Capillos meos propter lasciuiam ornaui Supercilia mea composui Aures meas ad audiendum verba luxuriosa et detracciones cantica et instrumenta musicalia dedi Oculos meos coloribus decoraui ac impudice cum eis mulieres ac modo voluptatis inspexi Os meum ad loquendum iniurias blasphemias et vicia deputaui Linguam meam ad gustandum suauia ordinaui Guttur meum crapula et ebrietate repleui Manibus meis aliena rapui et tetigi cum eis corpus meum et alia membra tetigi Membra ad generationem deputata fornicatione deputaui maculaui Genua mea coram deo et sanctis eius ac maioribus meis ut debui non flexi Meis pedibus ad luxuriandum furandum sanguinem effundendum cucurri Ventrem meum luxurie et ebrietatibus dedi In lumbis ardorem libidinis excitaui In corde cogitaciones vanas et temptaciones habui quas opere perfecissem nisi timor mundi et propria verecundia me retraxisset Qualitercumque ergo cum aliquo mei corporis membro deum creatorem offendi dico meam culpam et

de membris corporalis

Item Sex opera misericordie corporalia contra que peccaui scilicet obmissione Elemosinam pauperi indigenti et miserabili constituto sex opera misericordie corporalia et spiritualia non exercui cum potui Esurienti panem manducare non dedi Sicienti potum non tribui hospitem peregrinum et errantem ad meum hospicium et ad viam rectam non introduxi Infirmum et incarceratos non visitaui Nudum vestimento non cooperui Incarceratos iniuste non redemi nec liberaui Mortuum defunctum non sepeliui Item sex opera misericordie spiritualia que tenebar non impleui Errantes a via salutis anime non docui Destituto lumine auxilium consilium non dedi Errantem et peccatorem non castigaui nec correxi Tristem et desolatum non confortaui Michi malefacientibus non peperci Iniurias et contumelias michi illatas non sustinui paciencia pro saluatore meo et amore dei non oraui Qualitercumque opera misericordie facere neglexi confiteor meam culpam et reddo me culpabilem

De sex operibus misericordie

Item de articulis fidei preter peccaui obmissione quia xij articulos fidei firmiter corde non credidi Nec ore ad instanciam confessus fui Corpus domini christi ipsos et sacramenta altaris dubitaui et fidem meam cum operibus iustis et bonis sicut bonus christianus non habui nec contra iudeos infideles et hereticos meam fidem defensaui et predicaui Immo errores contra fidem libenter audiui Qualitercumque in istis peccaui dico meam culpam et reddo me culpabilem

De articulis fidei

Septem sacramenta Item peccaui obmissione quia septem sacramenta ecclesie ut bonus christianus preterij et neglexi Postquam sum baptisatus et dyabolo et pompis eius ut promisi in baptismo non renunciaui Confirmatus sum et fidem christi et veritatem propter mundi timorem laudi et iudicium exhibui nec non neglexi Ordinem matrimonij non honoraui nec custodiui Ordines ecclesiasticos indigne accepi et inhoneste eos exerui

De septem sacramentis

Sancti spiritus donum leviter servire
mostra non feci. Item oris confessionem et
corporis orationem ... frequenter et saepe ne-
glexi ... cum devotione suscepi. Sacramentum
unctionis cum fui infirmus petere distuli
et saepe non tractavi. Item quarto ... per
sacrilegia deum offendi doleo et dico
mea culpa. Item tres virtutes theologicas
peccavi cum obmissione quia tres virtutes
theologicas et quatuor cardinales ser-
vare neglexi. Item in me non est vera fides
... cum operibus. Item in me non est certa spes
de futuris bonis caelestibus. Non est caritas
qua super omnia diligatur deus et ad me
ipsum et proximum meum. Item in me non est prudentia
quia actus meos et opera quid quod et
qualiter debuissem agere non attendi. Item cuius
voluntatis desideria actus meos in-
consulte porrexi. Item in me non est temperantia quia
vitia impetus ad non cohibui. Item
delectationes corporales quoque sensuum
non rexi. Item in me non est fortitudo quia
passiones interiores et exteriores viri-
liter subiugavi ac turpia et verecunda
agere non timui. Item propter passiones et
labores erumnas et tribulationes sustinere
volui. Item in me non est iustitia quia non
declinavi facere bonum neglexi. Item uni-
cuique quod suum est et ... non dedi et
per meas utilitates bonum commune ...
... neglexi. Item quinto peccavi
Septem dona spiritus sancti. Item peccavi
obmissione quia septem dona spiritus sancti
non curavi habere. Item in me non est sapientia
ad divina contemplanda. Item in me non est in-
tellectus ad ... mortis mee et
penas inferni ac diem iudicii considerandum.
Item in me non est consilium ad bonum eligendum.
Item in me non est fortitudo ad me
malum expellendum. Item in me non est scientia
... confitendo ... mea ...
Item in me non est pietas pauperibus et afflictis
... Item in me non
... et timor dei ad malum fugiendum et ad
salutem ... mee ... ergo
peccavi cum ... peccavi obmissione quia
fructus spiritus sancti neglexi ...
non est caritas. Nec gaudium in ...
dei ... nec pax cum proximo nec pa-
tientia ... Nec longanimitas in
... Nec bonitas vite mee Nec
benignitas erga proximum. Nec modestia
in gestu et habitu ac meis moribus
Nec mansuetudo in tribulationibus. Nec hu-
militas in operibus seu ... Nec
... in verbis et ... Nec
continentia aut castitas ... affectibus
... peccavi contra praedicta ... sequitur
... non est ... et dico mea culpa

Item septem beatitudines contrarie peccavi ob-
missione quia septem beatitudines contrarias
... et ... neglexi primo voluntariam
paupertatem ... non habui
... et illa ... et
... 3o peccavi mea
non ... nec ... ulla ... qua
debui ad confessionem accessi. Item
iuste ... non esuriui et ...
... neglexi
... et alius non
extiti ac bona ... non
... Item ... corde quo
ad deum et proximum non vixi ... duplex ...
... et ... extiti. Item septimo pacificus
non fui ... ambitiones ...
discordias et scismata feci. Nec propter
... et ... maledictiones sus-
tinui ... potui vindicavi. Item ...
... et quotidie ego infelix peccator
contra deum peccavi et contra dictas octo
beatitudines et contra omnia praedicta et ...
aliqua aut in ... aut ... vel
in aliqua ... Item
vel ignoranter dormiendo vel vigilando
stando vel sedendo deliqui reddo me
culpabilem et confiteor deo et vobis
et dico mea culpa et peto a deo
meo veniam et indulgentiam et a
vobis ... absolutionem et penitentiam
Hanc quidem confessionem composuit
... civitatensis ... de ...
... Anno domini ... xvj

Rami superbie

Superbia mentis	
Superbia corporis	Avaricia habet ... ramos
Inobediencia	...
Iactancia ...	...
Arrogancia	...
Vana gloria	Usura
Vanitatum ...	Spolium
...	Furtum
...	Emptio
...	Mercatura
Habere virtutes ...	Venditio
Ingratitudo	...
Inanis gloria	...
Elatio ...	Exactio ...
Insolencia	...
Contencio ...	...
Contumatia	...
Contemptus ...	...
Presidencia ...	... iudicium
...	...
...	

De tribus virtutibus theologicis

De septem donis spiritus sancti

gendarum
prorum venditio
symonia vorsalis
latrinium rapina
munera dolus
abstinatia
pertinatia liberis

Rami luxurie

luxuria
- simena
- nectura

pollucio sompnialis
fornicatio meretricum
defloratio virginum
stupratio vidualium
adulterium
raptus puellarum
violentia mulierum
incestus consanguineorum
paternitas viderdum
commixtio quiugatorum
libido laicalis
concubitus bestialis
stando sedendo
contra naturam per se
sodomia masculorum

Rami ire

homicidium
- corporale
- spirituale
- cordiale

odium etc.
iniuria rixa
rancor iracundia
contumelia
inimicitia
terror
impaciencia
protervitas
nequicia
malitia
furor
pertinatia
discordia
clamor
contencio
intoxicatio
indignatio
blasphemia

presumptio
expressio
fletus suffo
Rami gule
curiositas
lecacitas
crapula
ebrietas
immoderata
inabstinencia
prodigalitas
multiloquium
inepta letitia
immunditia
effectus seminis
sagacitas cibi
ingluviositas ventris
dormitas

Rami invidie
odium fraternum
detractio occulta
adulatio
exultatio in adversis
afflictio in prosperis

Rami accidie
impurus
pusillanimitas
desidia pigritia
negligencia
imprudencia
tepiditas
ignavia
stupor corporis
evagatio mentis
omissio boni
incompletio officii
ignorancia
tarditas
penitendi
inconstancia

Item peccata
clamancia in celum
interfectio hominum con
naturalis mercedis detentio
veritatis suffocatio
Item septem virtutes theologice
spes fides caritas

Item quatuor virtutes cardinales prudencia temperancia magnanimitas iusticia Item septem sacramenta baptismus confirmatio eucaristia penitencia extrema unctio ordo sacerdotalis matrimonium Item septem peccata contra spiritum sanctum desperatio venie spes peccandi fiducia supne gratie impugnatio veritatis agnite in fraterno suo invidentia obstinatio impenitentis mente presumptio impunitatis Item de peccatis oracionis et speciebus latria dulia hyperdulia reverencia sacrificium sacrosancti casis ydolatria sortilegium sompnium divinatio Item sex opera misericordie ad corpus pertinentia vestire nudos cibare esurientes potare sitientes visitare infirmos sepelire mortuos liberare captivos hospitare peregrinos Septem opera misericordie spiritualia ad animam dare bonum consilium petenti consolari tribulatos docere indoctos orare pro inimicis gaudere pro bonis alterius dolere de malis alterius parcere pro aliis

Septem dona spiritus sancti

- spiritus sapientie
- spiritus intelligentie
- spiritus scientie
- spiritus pietatis
- spiritus consilii
- spiritus fortitudinis
- spiritus timoris domini

Septem aliena peccata Primum commis inventio Alieni peccati impositio Prava consilia Dei deserere operibus reprehensio Alieni boni ascriptio in peccato collaudatio Alterius boni suffocatio Fidei percussio Item novem peccata aliena iussio mali consilium peccati consensus delicti Talis i(d est) visio mali tractatus id est deceptio malorum Participatio in crimine mutus non obstans vitiis Non manifestans scelera De xii consiliis proprie Contemptus propriis Obediencia castitas silentium minimorum largitio simplicitas verborum vitatio orationis puritas tacitudo intentionis conformitas operibus cum doctrina vitatio sollicitudinis vitatio scandali Correctio fraternalis Septem virtutes contrarie septem peccatis mortalibus Humilitas

Largitas prudicia pax abstinentia ador
dei et proximi dilligentia Eterna dotes
corporis glorificati agilitas levitas impas
sibilitas nullius loci occupatio

Octo beatitudines

Beati — Pauperes spiritu / Misericordes — Beati — Mites / Qui lugent

Beati — Qui sitiunt iusticiam / Pacifici — Beati — Qui persecuti / patiuntur propter me / Mundo corde

Septem virtutes que dantur per pater
noster Prudencia sanctificetur nomen tuum
Adhesio dei adveniat regnum tuum
Submissio dei fiat voluntas tua
Abiectio superfluitatis panem nostrum cottidianum
Concordia celestium terrestrium et dimitte
nobis debita nostra Dispensat dona dei per
et ne nos inducas in temptacionem Securitas
eterna per sed libera nos a malo
Item virtutes delentes peccata Indulgentie
Visitacio eciam Adoracio Eligmatum
Item fructus spiritus Caritas dei et proximi
et inimici Gaudium confessionis Oleacio
paciencia Longanimitas Bonitas Benignitas
Mansuetudo modestia discrecio
Continencia Castitas anime et corporis
Item homo debet habere in corde
de istis primo quod doleat de peccato propter
horrorem secundo quod desiderat timere propter
mortem tercio quod timeat propter divinam
iusticiam Quarto quod ne desperet propter
dei misericordiam Quinto quod contrito corde
confiteatur Sexto quod confitetur ore septimo quod satisfaciat
ope Octavo quod non credat a constancia
virtutis sed maneat semper in bono proposito

Quod semper flammo flamma quod flamme
vetus quid vento mulier quid nihil
ipsa

Mulier non potest esse testis Varia et
mutabilis semper femina producit ex 3 vers
Mulier statim post partum potest intrare
ecclesiam et generare si sit ut serva si
vero abstinet ex devotione laudanda d v in
primo et fine ex decretali vestra
Mulier quamvis docta et sancta viros
docere non presumat d xxiii aliter
Mulier utens veste virili vel per hoc

viri habitu mutetur anathema sit d xxx si qua

Hospiciolum tuum aut raro aut nunquam
mulierum pedes terant quia non potest habitare toto
corde cum deo qui feminarum accessibus
copulatur Neque de rubore feminis
disputes Sed nomine tuum sciant sed
vultum nesciant Omnes quia videlicet
bene conspicere mente dilige non corporali
frequentia d xxxiiii hospiciolum

Multitudini parcendum est

Non aspere non imperiose sed magis
docendo quam iubendo magis monendo
quam minando agendum est cum multitudine
peccantis aut excessa in paucorum peccato
d xliiii comessaciones

Non potest salubris a multis corripi esse
nisi cum ille corripitur quod non habet socia multitudine
cum vero idem morbus plurimos occupaverit
nihil aliud bonis restat quam dolor et ge
mitus ut per illud signum quod ezechieli dicitur
ille evadere ab ipsorum vastacione mereantur
xxiiii q iii Non potest

Visum est quibusdam devotis religiosis michi imponere onus solutionis quarundam dubitationum ex fonte pietatis constie emanantium quibus et michi persuadere videor me frangi non debere operis eorum desideriis exequendis licet forte a pelioribus hec fuisset postulanda quibus et ego potius aure quam lingua accomodasse debuissem. Cuncta tamen que velle inclusus in qua et verbum domini non est alligatum quia michi probabile sententie debere videor simpliciter pandam sine preiudicio aliorum.

Nunc de anno iubileo seu plenarie remissionis de quo oportet hoc tempore quilibet liberat aliquid speculari. Habuit iste annus exordium in veteri lege ex ore dei per moysen precipientis levitici xxv. Et in eo dicitur annus remissionis in quo multa beneficia homines consecuti sunt in relevationibus debitorum in libertatibus a servitutibus in regressibus ad alienatas seu obligatas possessiones etc. Et ille annus dicebatur quinquagesimus nec poterat anticipari nec differri ultra per hominem. Ad cuius similitudinem in nova lege homines pro dolor crebrius peccantibus et pigerius penitentibus instituitur annus plenarie remissionis visitantibus limina sanctorum petri et pauli apostolorum aut alia de causa pro conversione infidelium aut extirpatione heresum aut scismaticorum seu pro defensione fidei katholice contra paganos crucem assumentibus etc. Non inquam soli romani pontifices sed fortius sacra concilia generalia in spiritu sancto legittime congregata universalem ecclesiam representancia Cuius tamen duobus totus thesaurus spiritualis ecclesie militantis est commissus ad distribuendum fidelibus in toto vel in parte propter opera pietatis. Cuius tamen annus remissionis per predictos potestatem habentes potest anticipari vel differri secundum causas rationabiles per eos moderatas. Non obstante quod absit si annum instituerent pro exhaurienda fidelium pecunia aut propriis marsubiis replendis divino autem sit causa legittima que principaliter attendatur et divino fideles ex ea recta intentione agant pro quibus

est annus institutus et appellatus est annus plenarie remissionis. Non ut quidam dicunt a pena et a culpa sed solum a culpa a pena quia culpa non dimittitur vigore illius indulgentie sed presupponit culpam iam dimissam virtute sacramentalis contricionis et confessionis prius facte. Ideo hec indulgentia datur virtute clavis iurisdictionis non vigore ordinis. Cum et electi pontifices ullum ordinem sacerdotalem possint indulgentias conferre. Ideo si que bulle emanarent sub absolutione pene et culpe merito esset suspecte de falsitate. Dicetur premissa ex diffinitione indulgentie. Nam secundum henricum de gandavo in suo quotlibeto Indulgentia sic describitur. Est remissio pene temporalis pro peccatis actualibus debite non remisse in absolutione sacramentali facta a prelato ecclesie rationabiliter et ex causa rationabili in recompensatione de pena indebita instituta. In qua descriptione causa efficiens formalis materialis et finalis tanguntur. Pena enim post culpe remissionem relicta quadrupliciter relaxatur secundum quadruplex forum ut dicit idem henricus de gandavo. Primo magna pars dimittitur per contricionem in confessione virtute clavium ecclesie non ex vi passionis christi et hoc appellatur forum christi. Secundo remittitur ex pena iniuncta a sacerdote et hoc appellatur forum hominis. Tercio relaxatur per penam in purgatorio et hoc vocatur forum dei. In primo foro multum dimittitur pro pena punienda. In secundo minus dimittitur pro maiorem penam. In tercio minimum dimittitur pro maiorem penam. Super penam sed purgatorium prelati in ecclesia militanti non habent auctoritatem quia hoc non est de foro ipsorum. Et intellige directe sed bene consecutive. Quia dimissa omni pena debita per indulgencias iam dimissa est omnis pena ignis purgatorii. Dicitur enim extra de ... xxiii Quecumque ligaveris super terram etc. ubi tu habes potestatem erunt ligata et in celis etc. Sicut dimissa ubi ego habeo potestatem. Unde indulgentie non valent directe hiis qui sunt in purgatorio ut quidam doctores dicunt nisi per modum suffragii quia ligare vel solvere potest nisi hos qui sunt de sua iurisdictione. Et ideo dicitur in bullis plenaria remissione omnium peccatorum. Ubi peccatum dicitur tamen sicut omnium penarum. Dicitur luc. vii dicitur dimittuntur

Quid sit indulgencia hic habetur

ei peccata multa, id est pene multe quia iam in
gratia erant ei peccata dimissa. Ex primis
sequitur qui has indulgentias plenarias
rite consequatur, quod ab omni purgatorio
liberatur ceteris paribus ut sequitur. Secundo
quod dicunt quod doctores famosique sacre
theologie tantum valent indulgentie
quantum sonant dummodo assit et in deferente
auctoritas et in recipiente karitas et ex parte
cause pietas. Et per hanc etiam concordatur
salvatur indulgentie generales in articulo
mortis ubi licet nullum opus penitentiale utile esse
sit adiunctum ipsi tamen egrotanti tamen in fide
ecclesie et contritionis et clavium credunt
sibi tales indulgentie valiture. Ita
cautissimum esset tale ut opus aliquod
penitentiale prestitisset quod dantem movisset
ad tam largas indulgentias concedendas
sicut fuit in concilio Basiliensi pro reductione
grecorum. Unde infertur quod conveniens
datur talis plena indulgentia in qualibet cor-
confessione et in omnibus conditiis. Nec
plus nec minus datur quam in una carud se-
bisum ad penarum relaxationem quia que
dicit omnis nichil excludit. Sed ait
quidam plures tales sibi obtinet indul-
gentias generales. Videtur ad hoc dicendum
quo ad penarum relaxationem pro peccatis debitarum
non plus una operatur quam alia tamen quo ad augmentum
fidei contritionis gratie et glorie
nulla censetur superflua sed auget premium
accidentale primo et essentiale quod in augmento
karitatis consistit tamen intento utentis re-
spectu ad quamlibet clave donatum. Tales
indulgentias sicut non secundum hoc opus kari-
tatis meretur sufficeret vita eterna igitur
alia opera karitatis forent superflua. Unde
legitur revelationibus Brigitte de demonibus
quod duorum Romanorum pontificum meruit
obtinere plenariam remissionem quibus et
usa fuit in articulo mortis. Et idem confessor
potest absolvere pluribus auctoritatibus sibi concessis
in mortis. Contingeret me habere decem tales
licentias ego nullam illarum vellem amittere
sed confessori meo omnes intimare et cum
auctoritatibus absolvere ab solvi referendo
intentionem ad quamlibet illarum quia nullam earum
iudicarem superfluam. Unde licet forte
per circulum anni in urbe Romana predicentur
habentur indulgentie generales in ecclesiis
locis de quibus concursus fiunt non tamen sup-
fluum videri debet quod isto futuro anno iubi-
leo maior est est concursus ad
urbem quia labor in karitate factus

in recreatione et cetera pia opera tam de
via quam in itinere non premiantur. Sed tenendum
est quod ibi auctoritas ab omnibus peccatis est
reservatur pro absolutione dispositum penitentes
ad perceptionem harum indulgentiarum. Et
est aliud multum gaudiosum et omni hi-
laritate amplectendum. Sunt multe et
magne auctoritatis viri quod in qualibet
tali absolutione tam in articulo quam
extra articulum mortis ipse sacerdos
absolvens absolvit ab omni pro omnibus
peccatis debito non solutis sibi confessis
sed ab omnibus etiam a tempore quo
peccare incepit contractis de quibus
dudum confessus et contritus fuit licet non
satisfecit. Et huiusmodi fundamentum firmiter
tamen ab auctoritate concedentis indulgentias
sicut a conciliis seu Romano pontifice
quam a tenore huius confessionis. Et ratio
dicitur quia in talibus literis quia ille
confessor quem quilibet eorum duxerit eligendum
omnium peccatorum suorum de quibus corde contriti
et ore confessi fuerint etc. plenariam etiam
remissionem concedere valeat etc. Non
restringit hanc absolutionem ad peccata
que eidem confessori solum fuerint con-
fessa. Hoc sensit magnus theologus
Johannes Gersonis cancellarius pa-
risiensis et plures alii grandis
auctoritatis. Nec obstat si quis dicit
quod potest absolvere a peccatis que sibi non
confitebuntur cum claves se solum extendant
ad confessa etc. Videtur quod non absolvit
a culpis preteritorum confessor que iam plus
sunt dimissa sed a penis iniunctis seu
a iure vel ab homine iniungendis etiam
si non fuissent iniuncte. Nam raro vel
numquam iniungitur sufficiens penitentia a confessoribus
propter fragilitatem humanam aut propter ignorantiam.
Sed ipso supplentur virtute indulgentiarum
a sede apostolica vel a sacris conciliis concessarum
ergo et hoc quod non est reperibilis facilior
via ad satisfaciendum pro penitentiis iniunctis
quam via indulgentiarum. Ubi homo parvum opus
facit et pro eo solvitur magnum debitum
ex thesauro meritorum ecclesie qui numquam
est exhauribilis propter multum passionis
Christi et merita aliorum sanctorum innocentium qui
superrogaverunt in operibus penalibus quibus
non indiguerunt. Ex illo etiam non irra-
tionabiliter potest elici quod illi qui hodie ultra
suam indigentiam opera penitentie superaddunt
quorum tamen ut timendum est paucus est
numerus, sic augent thesaurum ecclesie mi-
litantis pro aliorum distribuendis indulgentiis
sicut primi sancti fecerunt. Ex alio etiam sequitur
quod qui plura opera agit pro quo singula

remissione plenariam consequitur. Item ex
concilio Basiliensi pro reductione grecorum. Et sic
si id hodie anni iubilei consequitur, si utrique
non indiget ex quo utrobique est plenaria
remissio. Alioquin illorum dictis in thezaurum
ecclesie unde est receptum salutis meritis
essentialibus ex fide devotione et karitate etc.
ut prius est dictum, que ipsis ex operibus cumulantur.
Modo videndum est de forma promerendi
has indulgencias generales seu remissiones.
Primo enim credendum est quod omnes ad re-
bem venientes effectum earum consequantur.
Nam non nisi penitentibus et confessis
dantur, putamus nec omnes fore tales. Ut
Io. an. in glo. cle. de reli. sup. verbo
confessis. Et unus est hic et laudabilis
eo. Et preterea pauci percipiunt indul-
gentias, et causa hec quia non omnes
reperiuntur vere penitentes, id est vere contriti.
Nam contritio secundum sanctorum doctorum fit quando
effectus peccati secundum omnem sui partem in
homine totaliter destruitur. Et hoc fit
quando voluntas perfecte a desiderio peccandi
recedit cum detestatione preteritorum et futurorum
cum proposito non recidivandi et confitendi
et dolore divine offense que bene sunt
pensanda. Et timendum est ne omnes
pro indulgenciis venientes sunt tales. Cur-
runt enim usurarii concubinarii simo-
niaci iniusti raptores etc. Quorum tamen illos
volunt restituere iniuste ablata nec a
fraudibus nec ab aliis consortiis cessare
proponunt. Quia si veniret cessare vellet
ad presens non tamen finaliter resiliret si
occasiones sibi advenerent per quas
ad peccandum sunt relapsi. Remittat ergo
tales remitti volens indulgentias in-
iurias sibi factas ex corde. Reconcilietur
ei cui fecit iniurias. Restituat ablata
iniuste facto vel voto. Et cesset ab usura re-
cepta et restituat iam recepta. Dimit-
tat concubinam neque ad eam rever-
surus. Resignet beneficia symoniace ac-
cepta. Restituat omnes fructus inde recep-
tos et quos percipi potuerit. Suspendat
se ab ordinibus simoniace et a simo-
niaco receptis. Abstineat se ab iniustis
et fraudulentis mercantiis, primationibus
theoloneis exactionibus pignoraticiis con-
tractibus ubi fructus computavit in
sortem, quia recepta restituat pignora
dominis propriis libere sine pecunie capitalis
perceptione. Desistat ab officiis sive
secularibus sive spiritualibus que vix

aut raro sine peccato mortali exerceri possunt
sine periculo. Et laycus resignet ius de-
cimarum quod papa possit. Et monachus
aut religiosus est renunciet proprietati
fiat obediens promissa fide et casti-
tate. Conformet se in regula sue
conservatione. Pomposos ornatus vi-
ciosus contractus pravas consuetudines
relinquat totaliter. Secundum hominem in-
duat qui secundum deum creatus est. Veterem
abiciens a voluptatibus viciosis curiositatibus
et scandalosis consuetudinibus se alienans
toto corde. Et quis singula enarrare
sufficiat quibus lex divina et humana
plena que omnia requiruntur ad vere penitentem
et contritum. Inspiciat quis et videat si
omnia compleantur in quolibet veniente pro
indulgenciis. Et recte presumitur quod tales sunt
participes earundem. Nec tales pcliniores
tendant ad peccandum sub spe harum
indulgenciarum percipiendarum. Et hec
omnia fieri necesse est tempore unionis ecclesie in
fide et karitate fundatis prout per divinam
graciam iam esse promittatur. Item quod
hoc silencio preterire debeo quod expedit
habere plures tales indulgencias de ple-
naria remissione in articulo mortis. Nam
articulus mortis est duplex. Quidam
verus. Quidam presumptus cuius cognitio
pendet ex eventu si moriatur aut non.
Et recolo me legisse in quodam scripto quod
papa interpretatus est privilegium suum quod hoc
efficatia sive in vero sive in presumpto
mortis articulo sit quod ideo per religiosis
bis uti illa gratia apostolica si expiravit sed
ipsa secunda si supervixit cui datur. Et non
valet illa condicio adiuncta si supervixeris
hac vice reservo tibi hanc graciam in
vero mortis articulo quia absolutio sub
condicione secundum doctores non habet locum in
confessione. Ubi ergo sic est quod dubium in facto con-
sistat tunc expedit uti sola una gratia et
alia reservata si supervixerit ad verum articulum
mortis. Hec enim non parum contristat solum
unam graciam habentem cum homo quisque
se putat esse in articulo mortis et non
est ut subsequens probat vite eventus. Neque
enim michi certe audeo iudicare cum talis
articulus mortis putatur non est verus
mortis articulus de quo papa ut puto
intendebat. Deo audire pocius vellem
de hoc quam audivi. Habet etiam condicionem
quod absolucio in anno iubileo obtenta
sive indulgentia remissionis multo

De indulgenciis in articulo mortis

pinguior est absolucio obtenta a quolibet
in alio mortis articulo sine talibus in
dulgenciis. Nam licet quilibet presbiter
in articulo mortis imminente aliquo casu
necessitatis absolvere potest ab omnibus et
sentenciis excommunicationis interdicti et su-
spensionis et lex autem dicitur quo ad hoc
absolutam ex iure. Tamen non potest absol-
vere ab omnibus penis satisfactoriis. Et
absolutum eum presbiter in foro ecclesie potest con-
venire et potest iterum stare mandatis
ecclesie si supervixerit et se debet presentare
illi superiori qui alias habet eum absolvere
si non fuisset in articulo mortis et parti
lese aut partibus lesis et creditoribus
satisfacere alioquin reincidit ipso facto
in easdem sentencias prout hec convaluisset ut
c. Eos qui de sen. ex com. li. vj et
extra Parochiano de sepul. ibi in glo.
Tamen puto de peccatis confessis eciam
ad episcopum spectantibus secundum aliquos non te-
netur de novo iterare confessionem licet
secundum Her. de Gan. tamen tali esset
vel restituta sanitate iterum confiteri
illi qui alias confessio fuisset facienda.
Sed absolucio facta in anno iubileo
aut super graciam plenarie remissionis
sicut habet ordo Cisterciensis et Cartusien-
sis includit primo remissionem omnium
peccatorum a tempore quo incepit homo pec-
care et confessus fuit et contritus. Se-
cundo includit remissionem omnium penarum secundum
canones iniungendarum licet non fuerint
a presbitero iniuncte actu. Item ut reducit
eciam de peccatis oblitis de quibus
tamen in genere fuit contritus et promptus
fuisset confiteri si habuisset memoriam.
Item includit absolucionem a sentenciis ex-
communicationis suspensionis et interdicti
et irregularitatibus ab homine aut a iure
generaliter latis licet si sunt aliqua
contra que nominatim essent lata a iudice
aliquo ab illo postulare debet absolucionem
et dispensacionem. Hec videntur vera
ex stilo indulgencie tempore concilii Basilien-
sis concesse pro reductione grecorum Anno
domini mcccc xxxvj. Et hoc videtur michi
de omni plenaria remissione sive in
articulo mortis vero sine prescripto
ut quod operetur talis plenaria remissio
super aliud particulares remissiones.
Dubitatur an inchoantes iter aut
tirantes iter ad limina sanctorum Petri et
Pauli consequantur talem plenariam re-
missionem ex tenore bulle potest
et debet concedere hoc tamen attento quod
principalis intencio itinerancium sit
consecucio indulgenciarum non curiositas
vel amicicia aut consecucio beneficiorum
aut mercancia aut alia causa
saltem principaliter movens ad iter incho-
andum et continuandum et alias non
esset facturus iter, licet consecutive
et per accidens sibi si aliquid superveniat aliquod
commodum afferens hoc non excludat
principalem intencionem. Circa eciam iudico
esse itinerantibus ut se muniant licencia
proprii plebani ad sacramenta percipienda
tam in via quam in termino pro confessiones
faciendas et absoluciones consequendas.
Et quod non sint proniores ad peccandum
occasione huius gracie quia scirent sibi
hanc graciam non suffragari sicut solitum
est in bullis talibus. Arguit quidam
sic bulle iste papales que solent concedi
super plenariam remissionem sive uni
singulari persone sive pluribus solent
in curia ex parte domini benedici (?) pro certa
summa pecunie una pro maiori summa
pro pluribus personis et alia pro paucioribus
personis promittendi pecuniam sub pacto
et pecunie exactione et convencione igitur
ibi committitur simonia temporale pro spirituali
dando. Ergo videtur quod tales non sunt
alicuius efficacie ex quo committens
simoniam suspensus est quo ad se
et quo ad alios tam emens quam ven-
dens. Ad hoc idem … dicit quod
papa non ligatur canonibus sive lege
positiva et licet potest esse simoniacus et
gravius quam alii inferiores prout patet secundum
sanctum Thomam tamen non est pro hoc suspensus
quin acta per eum teneant. De hoc non
audeo quicquam dicere iudicare sed aliorum
iudicio committo. Tamen estimo quod
posteri illorum qui non commiserunt simo-
niam hec sunt culpabiles in hoc vio-
late … tali bulla in articulo
mortis cum culpa suos solum debet tenere
actores. Hec proposita volo pro iudicio
sanius sencientibus. Hec etiam volo
late pericula legentem conferre (?) constare
potest ex bullis Romanorum ponti-

ficat annum iubileum instituendo Bonifacii octavi Clementis sexti Gregorii undecimi et modrni pape Urbani quinti quod bonifacius anno domini ccc^o instituit annum iubileum de anno centesimo in centesimum Sed clemens sextus considerans brevitatem humane vite reduxit ad quinquagesimum in quinquagesimum Gregorius et Urbani sunt duo posteriores pronominati Romani pontifices qui ordinaverunt in hac concurrent ut de quinquagesimo anno in quinquagesimum currat annus iubileus quoque visitantes almam urbem pro indulgencia illa consequenda sunt vere penitentes et contriti et confessi Tres basilicas scilicet apostolorum petri et pauli et lateranensem et marie maioris si Romani ad minus xxx diebus Si forenses seu peregrini xv continuis vel interpolatis visitaverint Addendo ut hii eciam qui pro ea indulgencia consequenda ad easdem basilicas accedentes post iter arreptum impediti legittime quominus ad urbem illo anno valeat pervenire aut in via vel dierum prefatorum numero non completo in dicta urbe decesserint vere penitentes ut premittitur et confessi eandem indulgenciam consequantur

Exhortatio magistri Otezlai ad arabes et hebreos de carnatione ihesu cristi in memoriam felicis regis Wenceslai secundi

Tam querentibus veritatem non est maior difficultas ignorancia medii concludentis passionem de subiecto Inest enim medio demonstrationis virtus etc. Ut^{?} quia omnia de medio demonstrantur Sicut pupille oculi inest virtus visiva qua omnia visibilia videntur Non igitur mirandum si ebrei et arabes dubitant de christi nativitate eo quod medium incarnationis ihesu cristi humano ingenio nolunt attingere fidem katholicam vilipendentes Et hii similes facti sunt cannapinibus cecorum et potatorum qui dicunt se colores audisse sonos experisse et virtutem sonis lamentabilibus et horrendis odoribus vescatur

qui volunt videre videnda audire audienda credere credenda ut igitur incredulis vestigium aliquod incarnationis ihesu cristi persuadeam memoriam gloriosi regis Wenceslai prohibere feruiorem dictis subsequentibus acquiescant Huius memoria bonorum manet in benedictionibus iustorum sicut forma in speculo relucet felix utique homo ille cuius memoria probitatis vestigia refulgent Est enim memoria priorum exemplar subsequencium et spes felicitatis eterne

Si fides habitus est de quo est rerum mathematicalium non utique lex mathematica prius pullulat Sed fides magis sacra veritate nove legis adornata auctore novi testamenti sequitur Ergo fides transcendit modum demonstrationis Quod sit supra rerum scandarum argumentum apparencium Ad hoc igitur genus hominum legibus differentibus regulatur Et si quicunque subiceremus leges et precepta utique transcendit fides Racio omnibus dignior existens quod utique regulanti in vita presenti felices effecti actibus virtutis statum felicitatis eterne consequentur felices existunt

Capitulum de possibilitate incarnationis

Racionabilissimum si credimus deum esse omnipotentem credite etiam eius potestatem transcendere virtutes rerum omnium ut sunt virtutes angelorum virtutes corporum celestium virtutes elementorum virtutes terrenarum virtutes inferiorum Quia nulla creatura repugnare potest potencie illius qui omnia in esse produxit tribuens unicuique rei propriam virtutem secundum libitum sue voluntatis Ideoque indita comprobatio et obediat omnis creatura ut sit subiecta eo modo suo creatori Et quod ille qui potest prohibere potencia divina quod transcendit processum rerum naturalium et supernaturalium Si ex olliva producat angelus ex virtute creatura ex rosa botrum et oleum Racio Ratio quod deus ex pugillo terre formavit hominem virtute divina et ex costa viri mulierem et sic poterat producere hominem continuare eadem virtute Quia tamen poterat imparare nature Ideo indidit viro et mulieri virtutes diversas habuit quedam virtute activam habuit autem virtute passivam ad salutem speciei per eternam generationem multorum hominum Non ergo mirandum si deus sua virtute auferens naturam proditas virtutes que sunt principia generationis influat ei virtutes singulares et ex nihilo producat effectus singulares

Ille igitur qui agit ad timos infinitos et
ultra timos deviatos potens fuit qualis
ex quo si nunquam non potest facere deviatum
et determinata et hoc ex hoc illo Ille namque
qui secundum potentiam super omnes potentias naturas
creaturas et virtutes nunquam non potest unire
naturam quamcunque nature cuicunque et creatura
creature et virtute virtuti cuicunque unio
quod plus est potest unire creatorem creature
Communius enim et vehementius influit
creator virtutem suam creature quam creata
creature Creatura enim creatrix virtutem quam
tribuit creature non influit ei nisi
virtute creatoris Creata virtute quam secundum
creatura recipit ipsam a creatore Cum
igitur unio creaturarum naturarum virtutibus
sit impossibilis potest virtus divina uniri
virtuti humane et natura divina nature humane
Ex qua unione verus deus factus
est homo perfectus ex anima rationali et hu-
mana carne subsistens

Obiectio infidelium contra predicta

Sed contra hec invehitur secta de-
testabilis cupiditatis concede[?] nec-
ta dicens potest deus potest super omnia
non autem super detestabilia Detestabilissimum
autem est deum nasci ex virgine
hec enim derogat divinitati nec convenit
quantitati Ille etenim qui precessit omne
eum ei non competit generatio Etenim generatio
est processus de non esse in esse precedens
esse que ostendit formam naturalem non
competit nec etiam nichil agit ultra sua
fermia[?] Et cum sciatis quod natura est vis
rebus ex similibus nata procreans deus
autem et homo non conveniunt et forma et specie

Solutio predicte obiectionis

Ad tollendum dilectissimi ut deus auferat
caliginem ignorantie a cordibus vestris
et lumine vere fidei illuminati generationem eternam
filii dei agnoscere valeatis Non enim
sin subiecta natura magis depuratius ad
esse sed tamen ex potestatis sermones arbitrari
oportet Eterna ratio ea que transnaturalis sunt
attinget Cum intellectus noster modo sortitur
corporis habeat se ad ea que manifesta
sunt in natura Consurgit enim intellectus
in cognitionem ex aliquo apparenti Modus
autem divinarum personarum latet nos includens ||| ad ||
difficultatem de impossibilitate

Distinctio generationis divine

Generationum alia naturalis alia super-
naturalis Naturalis generatio est proces-
sus a non esse in esse Et hec generatio
includit prius et posterius et hoc post
hoc Hanc generationem destruit dicens
Iohannes de generatione et corruptione dicens Rursum
est quod hoc totum transmutatur in hoc
et hec generatio includit formam cum materia
Generatio autem supernaturalis est simplex
emanatio huius ab hoc non subiecto
separari sed subiectione generanti Et hec generatio
non includit prius et posterius Nec fragmentum
cum materia et esse post non esse includit
enim coequalitatem coexistentie coeternitatem
permanentie identitatem essentie Illa enim
que super tempus dimensionem et instantaneitatem ||
tatis existunt et generationis essentialis ideo
cum tempore sue generationis Et quamvis generatio
naturalis sit nobis nota supernaturalis vero occulta
veritas generatio supernaturalis est realior
generatione naturali Etenim sicut motus celi
est causa omnium motuum sic generatio super-
naturalis est causa omnium generationum

Causa generationis supernaturalis

Aberramus autem in cognitione generationis
supernaturalis propter generationem naturalem dum
enim cognovimus in generatione naturali processum
filii a patre presupponimus ut non patrem preextitisse[?]
fuisse filio desiderantes essentialiter patrem
a filio sunt generans et generatum Et hoc
cognoscentes videtur nobis contra formam
generationis in divina generatione Et quorum
ratio non ostendit sensum dictat im-
possibile filium coequalem coeternum coessentialem
esse patri Cum tamen filius dei sit ideo
essentialiter cum patre et coeternus Et taliter
autem in divina generatione et trinitate generationes
sunt ideo esse plus fide quam ratione est per-
scrutandum nullus autem latet circa profunda
nec ingenium humanum valet perscrutari
vitium indubitabile ferrum ab adamante
divinorum lumine a talpa visibile Cui tamen
dicatur ei qui potest approximare actiua passiuis
sunt possibilia et potentie quod creature diminutum
rationis dum sunt lesa impediunt rationem Cum
autem naturalitatem sua provenimus Cuius vero modo
indicat de hiis que agnoscit Eodem modo
indican[?] nec rationis in vita presenti
et lesis in cognitione divinorum Cum autem
transcenderimus metas naturales utique ea que
nobis nunc videntur impossibilia cognoscemus

Quo 1° mo gnacon excellentissima et valissima que debet filio dei inestimabilem ingenium humanum presentem poterit cum sit elongata a nostra cognitione. Tum enim secta detestabilis iudeorum negare possunt propter ignorantiam suam. Cum sit realissima licet incognita. Et hic illos sic finit illis qui dicunt alia non esse entia preter sensibilia. Et hic loquentes possunt negare locutam dicentes etiam deum posse super omnia preter detestabilia. Cognitum pone in origine omnibus ipsi cause sua deviare. In actore aut dei nullus cadit error nec ulla fallacia incognitione cognita. Cum fidelis deus in omnibus verbis suis et sanctus in omnibus operibus suis. Non hoc detestabilis secta dicere dulcis dicens deum nasci ex virgine. Qualiter possunt hunc actum excellentissimum detestari. Hoc namque cognovit summo opifici quod repugnat omni virtuti. Et quod transcendit metas nostre possibilitatis. Hoc includitur infra eos. Ille prestat ille igitur qui processit a substantia patris ineternitate nunquam repugnat ei produci a matre in tempore. Non enim decebat eum progredi ab angelo qui sub forma humana illuxit in seculo. Materia lapsus enim cum stella ex filiis procedat. Hoc igitur quod transcendit de genere superiore huic non repugnat. Et quod procedit de genere terrenorum. Et virgo gloriosa deo dedicata. Nam precellit omne genus humanum sua vinctura sed homo enim est dignior creaturarum in hoc mundo receptarum. Excellit de genere regum cum de stirpe davitica sit exorta decore sue speciei superat de genere virginum. In humilitate aut et benignitate benivolentie cetos actibus virtutis ei quis coequari poterit. Quadmodum in qualitate naturali agens disponit materiam ad forme introductionem. Sic in hac qualitate fructuosa virtus altissimi absque nulla contagione incarnationem disponens. Ad ubi generationem produxit deus pater filium unigenitum abeterno natum misit in aulam virginalem qui conceptus de spiritu sancto assumens humanitatem natus ex beata virgine in tempore factus homo verus deus perfectus homo. Cum abiciens divinitatem assumpsit humanitatem permanens quod erat assumpsit quod non erat. Erat aut deus ab eterno non aut erat deus homo abeterno et tamen factus est homo deus in tempore.

Solutio racionum

Hus habitis solvamus rationes hereticorum qui si quid veritatis mente paganus cupiditatis et negligentie velamine obumbrant. Ad primam igitur rationem qua dicitur id quod processit de genere eius ei non competit generatio vera est ut sic. Et quia dicitur deus processit de quo eius vim deus nequit deus. Hoc est deus secundum divinitatem processit de quo eius tamen sit factus et operatus eius ex virtute. Deus autem in quantum homo non processit de eius ymo assumpsit humanitatem ex matre de virtute spiritus sancti et cepit esse in tempore et non ei non repugnat quia qui prius fuit incepit esse postquam non esse. Ad racionem qua dicitur quod quod repugnat actioni naturali non non competit nec concedo. Et quia dicitur deum nasci ex virgine repugnat actioni naturali nego et quia probatur quod nichil agit ultra suam formam et speciem verum est de agente virtute in virtute aut agentis superioris potest agere infra et supra suam speciem ut patet de motu corde quod movetur motu spirituales et dyasolis non de virtute propria sed de virtute aut hoc et species patet de elementis que continue admixti humores non de virtute propria sed in virtute corporum celestium. Et fruges non pullulant de virtute agricole pullulant aut de virtute solis. Sic virgo beata protulit filium non in virtute propria sed in virtute spiritus sancti. Dignum namque est ut hic cum virtute conceptus in virtute eiusdem generaret. Benedixit itaque virgo deum et hominem quando quod dictus est tibi sit gloria et laus honor et potestas virtus et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

Nota de censibus Cum eciam proveniunt ex contractu empcionis et vendicionis Cuius triplices reperi sz perpetuos ad vitam et ad reempcionem De primo videndum e de censibus perpetuis Census enim perpetuus seu redditus hereditarius precii vel aliarum rerum humano usui convenientium pro pecunia emere dummodo non interveniat fenus vel aliquid aliud quod viciat istum contractus e licitus et prelatis ecclesiis et principibus militibus et nobilibus et aliis qui possunt similiter in temporalibus Similiter episcopis et sacerdotibus doctoribus et predicatoribus et aliis qui possunt salubriter in spiritualibus Cum nisi gratis et sine recompensatione fideli providencie suorum subditorum de laboribus eorum vivere presumpserint in die iudicii deo erunt raciones districtius reddituri

Secundo videndum est de censibus ad vitam Iste contractus empcionis et vendicionis ad vitam tam ementi quam vendenti vel saltem est periculosus et illicitus est ut tenet Gaufredus in summa sua hoc provenit ex eo quod unus facilius speret in morte alterius Item canones prohibent de testamento unde eciam statuerunt quod beneficia non vacancia nulli conferantur nec promittantur ne unus speret in morte alterius in cuius beneficium credit successurum ut ex de concessione prebende vel ecclesie non vacantis c nulla Tale contractus ille videtur illicitus ex parte ementis quia emens intendit plus recipere quam dat quia sperat diucius vivere quod possit id precium sufficere et si credet se cito moriturum nequaquam emeret Item sepe contingit in tali contractu emens se fingit desistere egritudine et vendens hoc facit lucrum suum Et postea emens apparuit robustior vendens desistere ex habet de vita eius volens pocius esse mortuum quam vivum et ex una parte est de intencio et ex alia parte est invidia tamen tepetur Et ut ubique sit tamen proximi caritate Et generalis usus ecclesie talem contractum admittit tamquam licitum ideo nolo derogare hunc quamvis tucius esset simpliciter abstinere propter consilio fidelibus quam ad huiusmodi contractum accedant precium nisi causa racionabili de qua iudicium sapientum stare possit quia omnia ex parte ementis et vendentis qui contractum talem viciare possunt excludendum contractibus

declarabuntur Tercio considerandum est de censibus ad redempcionem Circa istum contractum doctores diversas opiniones tenent Una quidem tuciores consciencias habentes dicunt hunc contractum scrupulosum et esse illicitum eo quod dimittere per tales contractus semper liberatas sine redimentes sive non Et enim redimuntur habentes pecuniam qua dederunt et solutos census interim levatos Et si non redimuntur sunt census perpetui nimium valore Tales enim redditus videlicet per talem non expedit policie et rei publice quia ad hoc sequeretur intollerabilis bonorum immobilium congregacio et pauperum exheredacio Hereditatis contractus et ordinariorum naturalium que omnia a lege doctoribus teneri debent et admitti nequaquam hic autem contractus contra habet et impediunt quod divites erunt in pauperes tamen cum nemo divitum pauperis angustiatis subvenire velit mutuando sed inmutando lucratus propter deum sed hunc modum quod tamen vel plures date precium pecuniam super pignore a paupere contra vel illas sibi mutuaret ad usuram Alii autem sciencie doctores habentes dicunt predictum contractum esse licitum dummodo servetur debite et racionabiliter sive substancialia contractus et condiciones ad eum requisite Sequentur quatuor condiciones ad hoc quod iste contractus sit licitus Primo requiritur quod vendatur super certa re sz super domo agro vel huiusmodi que bona sibi obligentur et non persona que est libera Secundo requiritur quod talis census habeatur possessio in bonis illis quia si quis vellet vendere in bonis eius decem marcas et vix habere posset quod contractus est illicitus Tercio quod ibi sit iustum precium quod secundum communem estimacionem et terre consuetudinem ut hic decem marce pro una hoc tamen est de consuetudine huius terre et si pro minori precio emeretur non esset licitus contractus Quarto requiritur in eis sollempnitas in vendicione et empcione tali servanda iuxta consuetudinem loci laudabilem ut fiat publice in decreto seu ante dominum bonorum Et hoc fit per epistolas confirmatas vel sub sigillo autentico roborata aliter est illicitus contractus Hec omnia de usuris in glo. magistri super confessionibus Ex hiis autem diversis opinionibus quid sit tucius sapienti committo seu relinquo investigandum

Contra violatores virginum stupra
tores neque sceleratissimos. Cum
verbis allectivis virgines et promissis
donis et muneribus [illegible] se
ducunt, verba fingentes exponentes et re
promittentes quibus ipse cum eis matrimonium con
traxit trahere credent ipsorum libidini parent
Quasdam gravidant et impregnant
quasdam sic velut fatuas corruptas
et immunitas delinquunt Hic grati
dolor mille [illegible] cogantur. Vere dilecti
aliqua scribere decrevi [illegible] dilatorum ex
hortor et quos verbis in exhortationibus
dum maior ipsi adest multitudo et
cum se loca et tempus obtulerint. Contra
tales flagiciosos neque agentes et pa
cientes exurgatis in ipsorum correctionem
Cum vero ulla causarum coram me
ventilata me plus movet virginibus
ad condolendum quam illa, tum quia molles
et fragiles ad decipiendum. Cum quia
integritate carnis et aureolam pro ea ipsis
debita amittunt quas numquam recuperabunt
De virginitate pauca premitto virginitas
ergo dupliciter [illegible] sumitur uno modo
pro integritate carnis et sic quelibet mulier
nascitur virgo et sic non est virtus quia tota
essencia eius [illegible] virtutis est [illegible] Augustinus
primo de civitate dei 11 Alio modo sumitur virginitas
pro habitu quo mens volabilis voluntas assistit
servandi corpus carnali delectatione vo
luntatis [illegible] resumendum promittit et
finaliter omnem delectationem venereum illi
citam ut mens liberius spiritualibus va
cet. Carnia ut dicitur i Cor. vii Virgo cogitet
que dei sunt corpore et spiritu et sic dicit
Augustinus li. de nupciis et concu. quod virginitas
est in carne corruptibili incorruptionis
perpetua meditatio per meditationem intelligitur
propositum racionis quod debet esse perpetua quia
ad hoc quod sit vera virgo debet hoc habere
in proposito ut in hoc perseveret perpetuo et hoc
modo virginitas est virtus. Ex predictis
patet quod integritas carnis non est de
essencia virtutis virginitatis sed est

quidam eius decor actualis extrinsecus
existens propter quod perdi potest sine diminucione
virtutis virginitatis ut patet in virginibus
violenter oppressis secundum Augustinum de civitate
dei 11 et 19 ubi dicit expresse quod sine
violencia oppressis pudicicia corporis animi
in virtus non esset. Vide habetur 32 q.
5 c. Tollerabilius ubi dicit textus Tol
lerabilius est mentem virginalem quam car
nalem habere. Non solum dicitur virginitas
est virtus sed etiam maxima virtutum in genere
castitatis et quia castitati attribuitur decor
Ideo perspicue attribuitur virginitati ex
cellentissima pulcritudo unde Ambrosius li.
de virginitate pulcritudine maiore quis
estimare potest decore virginis que amatur
a rege probatur a iudice dedicatur domino con
secratur deo et ubicumque dei virgo est
templum dei est De virginitate scribit Ambrosius
fulgida virginitas est gemma virtutum ex
imia angelorum lampas eternorum
lux aurea rosa calcat libidinem
vincit dyabolum contemnit seculum de
primit oblectamenta corporis Non possidet terre
terre scilicet membrorum sed sociatur in
uno templo Item virginalis dicitur
esse scilicet tam esse corpore et spiritu quam in
corrupta carne habere virgine sed
mente quod imposuit virtutem eius me
lius est [illegible] quia virginitas re
plet paradisum ut 32 q. 1 Nupcie Et
castitas sola est que tu fiducia potest deo
animas presentare. Ihesus autem de lenonibus
secundum Cyprianum coll. ii Cum sitit vocat et
bibat Ioh. 7 Cum potest capere capiat
Mt 19 Non dicat velit nolit bibendum
nobis est atque currendum sed qui voluntate
qui potuerit currere atque potare ille vincit
ille satiabitur ab eo et ideo plus amat
virgines Christus quia Christo sponte tribuunt
quod non fuerat imperatum Maioris gratie
est offerre quod non debes quam reddere quod
exigeris in carne enim preter carnem vivere
virtus est angelorum quam hominum Scriptura
ad edicta scribit inter eunuchos
illi in placent quos castravit non

[illegible marginal gloss]

virginitas sed voluntas liberet eos in meo corpio fferm qui se castraverunt propter regnum celorum et obtinere cultu non licere esse quod natum sit 33 q 6 Cum stit so s[ecundu]m Jeronimum attribuitur virginitati fructus centesimus viduitati lxmus et matrimonio tricesimus propter excellentiam virginitatis ad illa duo Sed aut dicit augustinus li° de bono coniugali quod virginitas solum non prefertur meritis coniugio abrahe Intelligitur primo respectu premij substantialis non accidentalis videtur aut virginitas homo suptum a vitae quia sic illud virtus dicitur in suo vigore persistere quod non est extensu caloris consistit sic etiam virginitas importat quod persona cui inest sit immunis a corruptione adversione que videtur esse in consummatione delectationis veneree Unde ambrosius li° de virginitate dicit quod virginitas est experts cogitationis integritas de carnali delectamento Sed heu virgines nostris temporibus pauce reperiuntur virtuose sed magis loquaces et lingualubrice et vulgares magis in foro quam in choro, in plateis garrulose Gressu lubrice auditu faciles aspectu viles, visu infrunites et adorne mali ut timetur perrone Et quia virginitati debetur aureola Notandum igitur quod aureola est quoddam premium privilegiatum rudens victorie privilegiate Et ideo s[ecundu]m quod tres sunt victorie privilegiate eo quod sunt certamina excellentiores in tribus pugnis imminentibus cuilibet homini dantur tres aureole Carnem potissima victoria obtinet virgo contra mundum doctor contra dyabolum martyr Sed non tamen a se sed etiam ab aliis removet propter hoc hiis tribus data aureola debetur Debetur aut aureola hiis virginibus que proposito servandi virginitatem habuerunt Et hoc s[ecundu]m Richardum sive propositum illud aliquando fuit interruptum integritate tamen carnis manente Dummodo in tali proposito inveniatur in fine vite dummodo vere penituerit Debetur etiam violenter vel non voluntarie corruptis sola carne non manente Debetur etiam s[ecundu]m Richardum hiis qui sunt ex nativitate et sunt maleficiati frigidi et eunuchi si voluntatem habuerunt incorruptionem perpetuo servandam etiam si facultas coeundi adesset Circa amissionem virginitatis sciendum quod tunc virginitas solum perditur cum voluntaria et premeditata delectatio carnalis in actu pollutionis completur Et tunc etiam corpus corrumpitur corruptione inequitatis sive passiva scilicet ex laxatione venarum et viarum per quas reatus voluntatis completur Sequitur aut quod talis delectatio sit voluntaria scilicet ex voluntate appetente vel consentiente vel non dissentiente vel non quantum potest renitente Sed ut et si corpus non potest defendere non consentiat delectationi concupiscentie ut si qua pateretur pollutionem dormiendo vel aliquo turpe ymaginando vel cum tangitur a viro non tamen ad hoc data opera sicut expositum est primam virginitatem recuperare potest et inter virgines consortium licet etiam post huiusmodi pollutionem ei placuerit talem esse pollutam Secundum vero alios virginitas perditur non tamen quando voluntarie pollutio completur sed etiam quando sine ea coitus perficitur sicut fecit qui ante tempus senium per suum tangentem tactu huiusmodi delectationi in se perficit vel ab alio in se fieri permittit Et huiusmodi sine videtur fuisse huiusmodi Item cum dicitur aliqua involuntaria cognosci involuntarie non est hoc intelligendum s[ecundu]m aliquas ipsa delectatione ubi ratio absorbetur sed ante et post huiusmodi cum que violenter corrumpuntur virginitatem non amittunt dummodo propositum servandi eam perpetuo custodiunt actui non consentiunt Sed castitas eis duplicatur ad coronam ut legitur de sancta lucia Non est dubium quin tales duplex premium reportabunt Primum pro virginitate servata Aliud pro iniuria illata Huic concordat Augustinus de civitate dei c. 19 dicens de violenter corruptis quod proposito animi manente per quod etiam corpus sanctificari meruisset non aufert ipsi corpori sanctitatem violentia

[illegible marginal gloss]

Quid de illa talis fuit tempta cum mente sed non carne ... tales ut ... vera premium ad plenum comparavit incorruptionem ... et si in tali proposito in fine vite fuit aureola habebit ... virginitas mediante proposito ... refertur ad finalem incorruptionem ... quod est de voluntate ... aliqui angelici

libidinis aliene qua fruat per concupiscentiam
sue corruptionis. Quia licet integritatem
mentis deus restauret per indulgenciam cor-
rupte tamen licet non possit facere
quod sit corrupta ita integritatem
carnis restauret per licet facere non
possit quod sit corrupta quamvis integra
tas carnis ad illud quod de Ieronimo
est (virgo) non est necessaria hec Richardus
Isidorus de summo bono. Propter pravorum proprium
recipit virginitas sanitatem Regimentis
aut si labitur vitatamque tempus suum
virgo carne non mente nullum premium
habet in repromissione Unde dicit super
missam Solent virgines que de sua virginitate
semper gaudere et nimis esse secure
hec caveat timenda et tuta penitentia est
fructus (vas) fictilibus thesaurum portare
preciosum. vel nimis arduum esse vivere
et hic inter homines ut angeli in terris
more celestium. Contra has stultas
concupitas virgines scribit Ieronimus ad
Susannam virginem quid primum quid
ultimum dicam an bona referam
que perdidisti an mala defleam
que commisisti. Ita quod de duo erigis
tollens ingenuitatis quia non es quod
fuisti. Item capitulo apostolus. Si potes
erige frontem si audes et aliorum
sororum diligens in hac nunc tuam
faciem confunde commissum tamen plurimum
inclinat et deprimit. Alia huic nunc
aptanda et ad materiam facientia vide
reliquos. Ad stupratores vedes est
aut stuprum illicita defloracio vir-
ginum sub cura existentium parentum. Canon
Et solvitur quid per tam coitu viri
coniugati cum alia muliere quam cum uxore
punietur aut stuprator virginum
et eius parentum. Et ideo satisfacere tenetur
utrique ut habetur extra. de raptoribus c. ¶ de stupro ·
… Deflorans virginem soluta premium
tamen ex . j de adulterio et stupro tenetur
eam ducere et dotare. Doctores tamen disti-
guunt aut deflorat eam voluntarie
tunc non tenetur eam ducere nisi cum
ea contraxisset. Aut violenter aut dolo
inductam ad consensum ut per dolo esse
premius sit diligendum est et in foro penitentie
quod ei satisfaciat vel cum ea se ponat
Similiter non secundum leges stuprator per unam
mediocris bonore sive sit dives
et honestus. Si vero sit humilis et vilis
per penam relegatur et in corpore cohercetur
et hoc est quando sine vi est commissum. Si aut
vi opprimitur tunc decapitatur. Unde vero ca-
nones stuprator puellam dotabit et ea
nubet stuprator puellam dotabit et ea
ducat in uxorem. Et quia gladius iuris-
dictionalis hec iam non fecit necesse ergo
ad temporale brachium seculare ad hoc ex
ad temporale brachium seculare ad hoc cre-
tando pertinet videlicet stabimos et conse-
cando pertinet videlicet scabinos et consu-
les ad hoc viris in finibus ad tales
scelestos nequam talliandos temporaliter et
puniendos tamen ipsorum interest ut quos
timor dei a malis non revocat saltem
temporalis pena cohibeat a peccato. Et
ut paterfamilias vel unusquisque sit tenetur
domum suam custodiat et diligentius in
vigilet ne talia de sua familia
committentur et ne sagmis familie
de malis ceteros requirat.

Nota Christus iudicatus fuit sub
quatuor iudicibus. Sub duobus prelatis
sinagoge scilicet Anna et Caypha. Et
sub duobus principibus terrarum scilicet Herode
et Pilato. Et sub omnibus iudicatus est pro ipse
iuxta illud ps. deiustitia et iudicio
sublatus est. Sub primo prelato et secundo sinia-
goge scilicet Anna fuit iudicatus ex hiis
superbis. Sub secundo scilicet Caypha fuit iudicatus
et vite blasphemus. Sub tercio scilicet Herode
fuit iudicatus ex maturitate stolidus
et iniustus. Sub quarto scilicet Pylato fuit
iudicatus ex equitate iniustus. Sed
primo fuit iudicatus ex humilitate superbus
secundum evangelium Iohannis ubi dicitur pontifex
interrogavit eum de discipulis suis et de
doctrina eius. Cui Christus ego palam
locutus sum mundo et in occulto locutus

Margin: virginis ·

sum nichil Sequitur Quid me interrogas
Interroga eos qui me audierunt quid locutus sum
quod dixerim ego Circa responsionem huius
Supplex erit doctor documentum humilitatis
dicit laudet te os alienum et non tuum
Christus igitur secundum documentum humilitatis noluit
ore suo se commendare testimonium sue humilitatis
querit ab aliis Ideo iudicatus fuit
superbus Unde subdit ewangelista Hec autem
cum dixisset unus ministrorum dedit alapam ihesu
dicens Sic respondes pontifici quasi diceret
superbe respondes Circa materiam primum pati-
entis veritas fuit mutata in falsitatem humilitas
in superbiam Secundo secundum augustinum christus tunc
complevit consilium perfectionis quod ipse
dederat dicens Si quis te percusserit in
una maxilla prebe ei et alteram quod
et fecit Unde facta ad eum dulciter re-
dixit eam iterum offendo et eum dulciter
reprehendit Unde dicit ewangelista Si ma-
le locutus sum testimonium perhibe de ma-
lo Tunc adimpletum est quod de ipso
prophetatum fuit Trenorum dedit percucienti
se maxillam etc. Secundo sub cayapha
fuit iudicatus ex vite blasphemus Nota
quod dicit tota iste iudice sex pontifice appa-
ruerunt falsi testes Novissime duo dixerunt
quod dixerat quod posset destruere templum dei et
in tribus diebus illud reedificare et
non erat conveniens testimonium illorum quia
ipse dixerat de templo corporis sui Etiam
si hoc dixisset de templo materiali nichil
ad rem valebat ut propter hoc morte
dampnaretur Videns hoc pontifex malicio-
sus quod nullum testimonium nocivum con-
tra eum habebat totus furibundus surrexit
de sede sua dicens Adiuro te per deum
vivum ut dicas nobis si tu es christus
filius dei vivi Christus igitur sic adiuratus
quia tempus erat dicende veritatis et non
tacende Probare veritatem reddit Tu dixisti
quia ego sum ut autem [illegible] eum ne propter
hanc veritatem extortam ab eo et per adiurationem
pilati expressam probare quantum nunc eum
presumit iudicare possint [illegible]
eius tenere futuri iudicii amen dico

vobis amodo videbitis filium hominis
sedentem ad dexteris virtutis et venientem in
nubibus celi Sed quid propter hanc verita-
dore vultus tui vesceris pane tuo Quartum
est quod talis perdit tempus suum lucrandum
negligit sed eterne felicitati et vicia in-
tendit vel vicia generantur ex opposite
locum dyabolo preparat Item nota remedia
contra accidiam sunt hec primum est dili-
gentia occupacionis Secundum consideracio pe-
ne future Tercium est consideracio pre-
mij eterni Quartum est societas bonorum
Quintum est consideracio penitentie doloris
sanctorum in presenti vita Sextum est
contra inflammaciones hominum etc.

De avaricia notandum

primo quod avaricia secundum Tullium et
sanctum Thomam describitur Est
immoderatus amor diviciarum
Secundum sanctum Bernhardum describitur Avari-
cia est quarumlibet rerum insaciabilis
et inhonesta cupido Item Avaricia
secundum doctores habet sex species prima
est induracio cordis et ista vocatur ypo-
dorum inhumanitas Secunda species dicitur violencia
que fit invadendo alium Et ista proprie
vocatur rapina Tercia est inquietudo
id est immoderatus appetitus lucri Quarta
est periurium quod sepe contingit in
emendo et vendendo Quinta est falla-
cia que fit per verba deceptoria
Sexta est fraus vel deceptio que
fit in presencia alicuius Septima est
prodicio id est decepcio in absencia eius
qui decipitur Item Nota Avaricia
nocet multipliciter primo quia animam id est deum
ad maledictionem provocat Secundo proximum
ledit Tercio mentem suffocat et in-
quietat Quarto semper egere facit

id est in paupertate vivit Quinto stultum
se demonstrat Sexto cor dilatat et
insaciabile reddit Item Nota sex
causat avariciam primo facultas
cupiditatem id est divitiarum ut quod frequenter
se associat et causatur avaricia
Secundum est consideracio diviciarum Tercium
voluptas Quartum amor mundi
glorie Quintum est Amor filiorum
Sextum est presumpcio longe vite
Item Nota remedia contra avariciam
sunt hec primum est consideracio mortis
Secundum est consideracio domini passionis
Tercium est consideracio periculi quod divitias
avari augent Quartum consideracio
miserie eque pauperum divitiarum
Quintum est elongatio a cupiditate
Sextum est consideracio eternae divitiarum
Septimum est consideracio paupertatis
dei Octavum est impetracio divine
gracie per elemosinas et oraciones etc.

Sciendum est quod Gula secundum

beatum Augustinum describitur Gula est im-
moderata cibi aviditas vel sic
Est immoderatus amor delectacionis
circa gustum Item sic gula est qua quis
in bibendo vel comedendo ab ordine
racionis recedit Item Nota Gula habet
quinque species in quibus species prima est qua quis
hora debita comedendi prevenit et
maxime in diebus ieiunalibus Secunda
est qua quis preponit et querit cibaria
voluptuosa et delicata unde est
unus placidis abstinuisse cibis
Tercia species est cum quis excedit men-
suram inter incomedendo et bibendo
secundum racionem complexione hominis
Quarta est cum quis nimis avide
vel ardenter seu festinanter edit et
mensuram edendi excedit Quinta
est cum quis nimis studiose seu pro-
se cibaria sua preparat quia inde pro-
veniunt desideria luxurie Omne
igitur non quod voluptas sed necessitas re-
quirit in cibis Et alio secundum doctores
et secundum morales habet illas species
quinque sub se prima est scurrilitas

quod consistit in verbis inhonestis sub
comessacione. Quinta est multiloquium sub com-
messacione faciendo sermonem nocivum
detrahente in vitum proximi. Sexta
est inepta leticia que fit in ebriis.
Septima est crudicia fetoris scilicet vo-
mitus vel eructuacio. Luxuria et
alia mala. Octava est ebitudo mentis
i. subversio racionis qua semper infringit.
Item sciendum quod gula multos no-
cet primo Adam de paradiso propter
gulam eiectus est. Item homi-
cidium perficit. Secunda spiritualia bona
perdidit scilicet immortalitatem scilicet sapienciam
suam. Tercio luxuriam inducit. Quarto
homicidium perficit seu committit.
Quinto mortem vite inducit quia
Gula plures homines interficit quam gla-
dius. Item sciendum remedia contra
gulam sunt hec. Primo sermo divinus
dicens: Non in solo pane vivit
homo etc. Secundum est moderata com-
pacio per quam homo repellit occasionem
et melancolia. Tercium est elongacio
ab illis qui gulam efficiunt et
delectaciones et superfluitates ciborum.
Quartum est consideracio carnis proprie.
Quintum est meditacio vite
eterne qua semper invitati. Sex-
tum est consideracio malorum que
gulam secuntur. Septimum est penu-
rie Christi consideracio. Octavum
Nonum quod graciam dei privat.

Sequitur nunc de luxuria

Unde nota luxuria est ex immundis
desideriis proveniens lubrica
mentis et carnis perfectio vel
sic luxuria est libidinose volup-
tatis appetitus. Item nota luxuria habet
sub se plures species. Prima est simplex
fornicacio soluti cum soluta. Secunda
est meretricium. Tercia est adulterium. Quarta
est stuprum et est defloracio virgi-
num. Quinta est sacrilegium quod committitur
in religiosos. Et est quando continencia
deo dedicata leditur. Sexta vero
incestus quod violat consanguineitatem

corrumpit. Septima vero peccatum
contra naturam scilicet sodomiticum peccatum.
Octava est libidinosus coitus con-
iugalis. Secundum sanctum Gregorium
luxuria adhuc habet octo species. Prima
est cecitas mentis quia in luxuria
racio absorbetur. Secunda est consideracio
mortis eterne. Tercia est inconstancia.
Quarta est amor sui. Quinta est
precipitacio quo quis in morte vel periculo
se exponit. Sexta est odium dei
nam tales et quod non audiunt
verbum dei. Septima est affectus
presentis seculi. Octava est desperacio fu-
turi seculi. Notandum quod luxuria
multis nocet. Primo est deo contu-
meliosa. Secundo est demonibus placida.
subiecto ipso nociva. Quarto proximum
scandalisat. animam propriam condempnat.
Quinto hominem vilissime domino
subicit scilicet carni. Quinto mente
infatuat. Sexto amicicias generat
vel in hominis ... Septimo
verecundiam facit. Octavo conscienciam
amaricat i. amaram facit, fetore
inducit, hominem defedat et ma-
culat et infamat. Item nota
remedia contra luxuriam sunt hec.
Primum est aqua lacrimarum extinguens
ardorem eius. Secundum est abieccio cibi
et potus. Unde Jeronimus: Venter deti-
neat veneris dampnosa voluptas
indulgere gule noli nam ventris
amica est. Tercium elongacio et fuga
occasionis luxurie. Quartum est
extreme mortis cogitacio. Quintum
est de se non presumere sanctitate, cum fortis-
simi sicut David Salomon cecide-
runt. Sextum frequens se in divinis
occupare. Septimum est temptacionibus
in principio resistere. Item nota undecim
est luxuria habet multas occasiones:
primo ex ocio, secundo ex immoderata sumpcione
cibi et potus, tercio ex exhortacione ve-
tularum, quarto ex pravo exemplo, quinto ex
aspectu mulierum, sexto ex colloquio
earum, septimo ex auditu cantorum vel
instrumentorum musicalium. Octavo ex ...
loco prava ex propria societate. Eccl

Ad aliena peccata suo tuo
ps. 18 ubi precedit. Nonum sunt pec
cata aliena quorum si pater nr nro
i morte deprehensus fuit sic dampna
bitur ac pro proprio pcto. Primum est
Jussio ut quando tu iubet alteri pecca
re contra deum. Sic dns iubet familiam
vel pater iubet filium et dna que
iubet ancillam hoc facere quod sunt contra
voluntate dei et proximi. Sic custos
qui iubet suos famulos dampna infer
re proximis cum pecoribus suis in
graminibus vel segetibus vel etiam dna
que iubet ancillam ad pratum alterius ire
et ibi gramina recipere quod tu cognoscat
esse contra voluntatem eius cuius est pratum.
Et si misit unum pannum plenum
de graminibus ancilla ex iussu dne
tempore possessionis dna obligatur ad satisfactionem.
Item mechanici in civitatibus qui
iubet suos famulos infideliter
laborare sua artificia sic pani
fices qui iubet pannos nimis
excessive laniare et extrahere. Et
caupones qui iubet familiam sua
mensura cum vino indebite im
plere. Similiter sartores et sutores
et pistores qui iubent famulos suos
infideliter laborare et etiam parentes
qui iubent filios et filias cori
pere. Scias karissime quod iussisti quod
est contra voluntatem dei et proximi iniuste
reus es et dampnaberis cum illis
qui hoc ex iussu tuo perpetraverit.
Unde Sapiencie 11 Similis pena
similis cum dno afflictus est. Sed
et tales ad restitucionem tenea
tur. Unde quesitum qui quis probabilit accedit
se tenetur esse rei ablatorum vel nomine
suo facta vel rata habuit alius non.
Secundum peccatum alienum est Consilium.
Quicumque ergo alteri malum consulit
sive suo superiori sive pari sive
suo inferiori vel alio cuicumque dam
nabitur cum illo qui opere perficit.
Unde pessimi mali consiliarii duorum
qui suadent guerras rapinas
et alii qui suadent for
nicaciones et furta et huiusmodi. Similiter
quicumque dat consilium unde dampnum
proximis infertur ut nova the
olonea instituere vel antiqua
augmentare. Et etiam census pau
perum aggravare. Item qui in civitatibus
dat consilium ad novas institu
ciones ad dampnum pauperum et communitatis
tales rei erunt omnium peccatorum illorum
que ex consilio eorum perpetrantur
vel adhuc perpetrabuntur. Et eorum
pena secundum articulis augmentabitur usque
ad novissimum diem. Si sic dicitur
ergo quilibet sibi cavere debet a consilio
et a doctrina mala quia talis tota
deo plus homicida reputabitur. Unde
Aug. super Johannem homicida dyabolus
dicitur. Non quod gladio armatus
vel ferro cinctus ad hominem ve
nit. Sed quia malum verbum seminat.
Noli ergo putare te non esse homi
cidam qui fratri tuo mala per
suades. Item mali consiliarii sunt
sicut dyabolus qui semper malum persua
det. Sed quia sunt eius filii in malicia
consimiles et eius similes opera.
Sed boni consiliarii sunt sicut
angeli dei qui semper suadent
homini quod bonum et salubre et ea
que sunt pacis et ideo meritorum
celestis gloriam eternam possidebunt.
Sciendum quod mali consiliarii ut
frequenter turpi morte moriuntur ut
de principibus qui dederunt consilium contra
danielem ut mitteretur in lacum
leonum qui postmodum ipsi sunt
missi et sic a leonibus devorati.
Unde est fallax consilium nequissimum
super caput devolvetur. Tercium peccatum
alienum est Consensus videlicet
quando quis ex corde diligit malum quod
alter facit proximo et fovet. Et tales
digni sunt morte quia nolle placet
placere dei illud quod deus magis displicet.
Hoc est peccatum et iniusticia. Ecce si
non iussisti nec consuluisti sed solum
consensisti ad mala facienda que
sine tuo consensu non fuissent

perpetrata reus est omnium illorum peccatorum et dampnaberis cum facientibus malum. unde dicitur in decretis pari pena puniendi sunt agentes et consencientes consentientes. xj. q. 3. Qui consentit. Item eadem causa capitulo ad romanos. Digni sunt morte non solum qui faciunt sed etiam qui consentiunt facientibus. Ubi gratia Si tu non iubes aliquid laude nec consulis sed solum consentis in hoc reus eris. Similiter pater et mater non iubet filium vel filiam corrigendo sed consentiunt in hoc rei fiunt. Similiter rector communitatis presit civitati vel communitati licet non alium vel [illegible] iubeat male facere nec consulit sed consentit male facientibus et per mittit fieri mala sive hoc fiat propter lucrum temporale vel propter favorem vel timorem humanum rei erunt omnium malorum que sub dominio eorum fiat. unde dicitur Cipriano. 60 [illegible] durissimum fiet eis qui presunt hoc adverte deberent qui superiores fuerint in civitatibus vel in domibus suis laude permittunt et eius malis quam sui consensu eorum non put[illegible] sed [illegible] peccatum alienum est

Adulatio. Et sunt isti qui peccata commendant in hominibus que malefaciunt pro quo amplius dampnabuntur. Item adulantur malis que ita laudant vel adulant male facientibus ita rei sunt quamvis ut illi qui ipsa peccata faciunt pro quo [illegible] quod vicia per adulatores in [illegible] virtutes nomina [illegible] acquirunt [illegible]. Superbia vestium [illegible] talium [illegible] exteriorum [illegible] aliquibus hominum [illegible] et [illegible] quod hu[illegible] nesias est [illegible] ut dicitur quod decorat ista tunica vel ista vestis quod pulcher es in facie quod bene deco-rat te illud [illegible] quod pulchre incedis et sic de aliis et in hoc quod imitatur luciferum in superbia ex-tollendo se super alios in hoc co-medat [illegible] quod est valde nocivum et re-prehensibile quia dicitur [illegible] quod se ex-

[illegible]

altat humiliabitur. Ideo avaricia nominatur providencia ut cum quis die noctuque omnibus viribus laborat pro acquisicione rerum temporalium sive iuste sive iniuste vel quocumque modo potest sive sit cum deo vel contra deum [illegible] curas omnes sollicitudines adhibens quod possit [illegible] temporalia congregare et cum tanta aviditate quod nunquam sacietatur et in hoc comparatur in-ferno. unde dicitur ad quendam. Homo iste avarus inferno est similis. Inferus enim quantoscumque devo-raverit numquam dicit sufficit. Sic et si omnes thezauri confluxerint in avarum. Talis ab adulatori-bus non nominatur avarus sed pro-vidus. Item dissolucio specialis iocunditas nominatur ut cum quis conformat se aliis indifferenter sive in bonis sive in malis illicitis sive in licitis [illegible] saltando et [illegible] et talis ab adula-toribus non nominatur dissolutus sed [illegible] specialis socius et talis quod [illegible] con-format se malis in illicitis [illegible] habebit socios demones et omnium dampnatorum et carebit societate dei et omnium electorum. Item astucia aliquorum adulatoribus prudencia nominatur ut cum quis est astutus in mercationibus et in aliis suis negociis lucratur vendendo et decipiendo proximos sive in novis adinventionibus et in-[illegible] auditis [illegible] ut sic proximos decipere potuit. Tales ab amatoribus huius mundi prudentes nominantur. unde Luce 16. Filii huius seculi prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Item taxa consciencia libertas animi vocatur Sed nominatur ut cum quis sine timore dei vivit vel incurans nec timens deum in cogitacionibus locucionibus et in operibus sed sine omni ti-more dei peccat et que sunt delectabilia tamen [illegible] Talis letus ab adulatoribus nominatur

de quibus lucet Que vobis qui
vivit videtis Sexto Iucunditas
affabilitas vocatur et cum quis
est garrulosus i. clefferisch fri-
bus sed valet scurrilia verba
proferens non orando vero deum
in hoc offendit tales vocantur
placebo i. kurczweiligen qui
aliquando multum delinquunt sed con-
citando homines amoris ad leticie-
am et ad impacienciam et ad
blasphemiam quod alias extra et
ex sermo mirabiles et impacci-
entes sunt et quia tales sic prouant
redundat in eos quod eos incitant
Septimo vide quo virtutes z vicia
se vendunt Ita primo cum quis e
se abstinens et vult parce vivere
et tamen in natura tolerat esse ta-
lis abstinencia avaricia sive par-
citas vocatur quia non audent
uti de bonis e concessis ab eo
talis non propter parcitate dimittit
sed quia scit se redditurum de omni de
suis creaturis quo usus sit ideo
abstinens vivit Octavo Si humilem
diligit ex quo xpus qui dicit discite a
me quia mitis sum et humilis
corde humilitate studet seruare
in verbis factis et omnium scandalum
cavere Timens id deum xpi dicit
18 ve homini per quem scandala fiunt
Tunc talis ab amatoribus humilitatis
ypocrita vocatur Tercio maturitas
herensthaftikeit vel tapper sed
cum maturitate quis incedit in verbis
et in factis cavens levitatem
mentis unde Tunc talis maturi-
tas amaritudo vocatur s. fallungest
Quarto quies devocionis ut in
quibus nititur expellere extraneas cura-
ciones et deo quietum et tranquillum
se offerre Tunc talis quies
devocionis pigricia vocatur Quinto
Simplicitas sed cum quis sincerus
simplex corde querit deum et
scire debet xpi studet simplex columba

unde Tunc talis simplicitas stulticia
vocatur Et talis ab amatoribus
mundi deridetur Iob 12 deridetur
iusti simplicitas Sexto Timor
dei religiosa consciencia vocatur
sed cum quis deum pre oculis habet et
in verbis et factis timens deum
offendere talis non dicitur timoratus
Septimo fugere publica crimina-
lam societatem singularitas vocatur
ut cum quis vult se cavere a mala
societate Adulteris id dedecus per se
Nunc scito semper eis et cum
periculo anime sue eis Et tunc
talis sinceritatis despector proximi
vocatur Octavo Si quis iusticiam
querit et exigit tunc austerus
et impaciens vocatur Nono si
quis zelum boni habet tunc adu-
lator vocatur Decimo si quis
informacionem et correctionem proximi
intendit tunc presumptuosus dicitur
Nota preterea aliud est Exclamationes
ut sunt illi qui tuentur malefactores
et ad quos habent confugium Ergo si
es potens et in castro tuo tueris
raptores cum rapinis reus eis
cum peccatores illorum Item Si es recep-
tor hospitum et vagis in domum
tua homines deum non timentes et
ministras eis cibaria illicita et
prohibita ut in quadragesima lacticinia
prohibita et fortes et potentes
in aliis sunt sani et fortes et potentes
uti cibo quadragesimali et tu habes
bene ministrare eis cibum quadragesimale
Sed propter lucrum ministras eis alia
prohibita ubi gracia se re-
cedia per te quadragesima et in una parte
pecunia e quadragesima et in una epta
feria ut in vigilia mathei apostoli quod
et in vigilia mathei apostoli quod
plures fortes sani et robusti et
sunt de lacticiniis et alias habuissent
sufficienter de cibis quadragesimalibus in
quo non modicum peccavit eam
comedentes quod etiam quod ministrat
propter lucrum temporale eis talia fercula
Sed dices videant ipsi quid

ad me. Quod quod ex caritate dei et proxi-
mi obligamur removere proximum ab
hiis que sunt salutis et non ministrare
eis occasionem peccandi. Iste si princi-
cis occasionem peccandi. Item hospites recipiens lusores
taxillorum et blasphematores. Item lenones qui cum
meretricibus peccant quas sciunt du-
cere quod non sunt legitime uxores eorum
et hoc faciunt propter lucrum reus est
omnium peccatorum illorum. Iste praesumitur
qui tenet famulum et ancillam simul
peccantes in domo sua reus est
peccati illius. Et dicitur quod si in do-
mo tua committitur quod est contra deum
ab hiis quos hospicio recipis faciens
reus es omnium peccatorum illorum. Item
de illis qui hospicio recipiunt male-
factores propter lucrum. Legitur quod quidam
tabernarius propinans vinum. Item de tam
bonos quam malos hospicio rece-
pit in domum suam et permisit eos
ludere taxillis blasphemare inebri-
ari et meretrices permisit in do-
mum suam intrare et cum istis leno-
nibus peccare et mala permisit fieri
in domo sua propter lucrum temporale.
Semel una die dum esset in ce-
llario apportare vinum et can-
tarina eius exportaret hospitibus
ibi sedentibus quia domus erat plena
hospitibus. Ecce turbinis ventus
eum violenter rapuit et supra
in aera levavit in conspectu tocius
populi. Et cum sic a demonibus duceretur
clamavit compuncto corde. O
deus quid fiet de me. Tunc
demones proiecerunt eum cadere in
campo super acervum virum dicentes
quia oblitus es omnia tua scelera
sed de corpore Christi et vita sanctorum et
horrore et animis et deum solum pro
anima compuncto corde invocasti. Io
non valemus te ulterius ducere quia
omnipotens non vult nos permittere
voluntatem nostram in te exercere ex eo
quod compuncto eum corde invocasti
quod si hoc non fecisses tu corpore
et anima te ad infernum duxissemus

et sic disparuerunt et postmodum
dictus magno exportatus in domum
et ad aliquos dies decubuit et post
quam convaluit se emendavit et ta-
bernam amovit et amplius nunquam
permisit aliquos in domo sua
ludere vel blasphemare nec scri-
bere. De alienis peccatis dimisso sermone

Ab occultis meis munda
me domine et ab alienis parce ser-
vo tuo. Psalmus 18. Circa ad istam
partem praecedentis sermonis tunc no-
tandum est de aliis qui vocantur peccata alie-
na. Unde sciendum quod sextum peccatum
alienum est **participatio in
peccatis alienis** videlicet cum
quis participat scilicet in lucro prava et per
consequens participabit in poena ut
qui sciunt emunt rapina vel
furtum vel inde comedunt et
bibunt tales tenentur ad restitutionem
integram de hiis iniustis usque sunt
etiam si octo vel sex comederint
unum pullum furatum quilibet tenetur re-
stituere quantum ad eum pervenit. Quod
intelligendum est de hiis qui a Iudeis
dona et munuscula receperunt
quia tales tenentur restituere non ipsis
Iudeis sed illis a quibus illi in-
dei per usuram extorserunt si habent
notitiam illorum. Quod si non habent non tunc
secundum consilium confessoris debent
dari pauperibus. Item dicendum est de
lusoribus et de hiis qui bona per
ludum acquisita receperunt. Nam
nullus debet cum lusoribus bibere
nec comedere nec ipsis pecuniam
ad ludum accomodare nec etiam
denarios illos quos ad linteamen
ponunt tempore sed quando biberunt lu-
sores pro uno denario tunc re-
cipiunt quatuor. Et tales omnes tenentur
restituere secundum consilium confessoris sui
Iudices qui permittunt panem
vel vinum minorari propter suum lucrum
et alia quam plurima qui participant
quocumque modo sicut in lucro pravo

et uxores et pueri res iniustas
sicut hereditates et possidetis. Unde
legitur in daniele xiiii c. quod uxores
et filii sacerdotum belis a rege combusti
sunt. Septimum peccatum est cum quis **Multum
est in peccato quod** corripere
et reprehendere tenetur. Cum quibusdam
commisit subditos ut prelatus et
prebendarius, tenetur subditos
corripere, alias ipsos damnare.
Unde legitur de sacerdote Heli. I Reg.
c. iiii. non correxit filios suos
iniqua agentes vel quia tepide correxit
eos, punitus est hic per mortem tempora-
lem quia fractis cervicibus cadens
de sella retrorsum exspiravit.
Et si est in inferno non invenimus
aliam causam nisi quod filios suos
non correxit propter quod deus eum subi-
tanea morte interfecit. Unde
cum filii a parentibus et layci a prelatis
suis corripiuntur nequaquam ipsi vel
subditi indignari debent. Ita
scilicet tenentur, alias damnarentur. Unde
Ezech. iii. Si dicente me ad im-
pium morte morieris sed pro tua super-
bia avaricia luxuria et tu non
annunciaveris ei neque locutus fueris
ipse in morte sua morietur, sanguinem
eius de manu tua requiram.
Ita omnia peccata que prelati possunt cor-
rigere et non corrigunt ipsis im-
putabuntur et pro eisdem damnantur. Unde
Sapie. vi. Iudicium durissimum fiet
hiis qui presunt. Octavum est cum confessor
dum confitentes corrigunt peccata
non debet indignari quia ad hoc tenetur
et confessor dicit paucos duos vel
tres expedire bene quod debet negligenter
quia non est redditurus de numero con-
fitentium utrum multos vel paucos
audivit sed qualiter eos expedi-
vit. Si autem confessor propter lucrum
temporale negligenter expediat con-
fitentes graviter peccat quia secundum docto-
res qui aliquem sicut absolvit
quem coram deo probat sit esse

non absolutum ipso facto peccat
mortaliter. Videant ergo confessores qui
absolvunt pomposos homines qua
non intendunt superbiam suam dimit-
tere. Immo ipso facto ostendunt suam super-
biam de vestibus in mensuris et in longi-
tudinibus etc. Et sic etiam intelligatur
de aliis peccatoribus qui ostendunt perce-
ptibilia signa quod non habent firmum
propositum abstinendi a peccatis
ut publici fornicarii et adulteri
qui meretrices et concubinas secum
in domo tenent nec eas a se remo-
vere intendunt. Item et usurarii
lusores et falsi mercatores qui
non sunt parati ad restituendum secundum
consilium confessoris. Item et super-
bi torneantes et torneamenta
exercentes qui servant illa ornata
in quibus peccaverunt et hoc est etiam
evidens signum quod tales non inten-
dunt firmiter desistere ab illis peccatis
quia si ita resignarent talia ornata
tunc non utuntur nisi ad peccandum
tunc instituta oportet eos sub alia
ornamenta superbie peccare. Unde ve-
rus penitentes non solum proponunt
peccata sed etiam occasiones peccatorum
hoc in illis apparet qui veraciter
convertuntur et firmum propositum habent se e-
mendandi quia tales abiciunt super-
bum habitum et capucia magna
dualia et peplula magna cum
quibus peccaverunt tempus. Nonum
peccatum alienum est **Non obstare pec-
catis**. Et hoc spectat ad prelatos
et ad predictos. Unde vos prelati
et domini qui subditos vestros non cohibe-
tis sed dimittitis eos inferre dam-
num pauperibus pullos aucas anates
pecora auferre fruges eorum equis
vestris in pabulum, grandem fructus
arborum et vinearum furari vel
vi rapere vel etiam pauperes vi-
tuperare proterve ledere invadere et
male tractare et non prohibetis vos
damnabimini. Unde Ezech. iii. Dicit

dus platis no astredistis exadisso
ut possitis vos muro prode-
mo ysl dnisi em rectores ad
hoc statuti sut q vnusquisq tra
sibi subiecta in pace teneat
et si forte vpe rctor et platz
no spoliat subditos et cu non
resistit spoliantib et si eet tra
ua apla sic vlt' mare cia
pra q sint in ea praeptores
quib resiste possit tuc de sibi
hiis reddituq e deo ratz Quod
si pndetes pnt prohibe ma-
la et no faciunt dampnabut Ideo
vos dni et dne pmittitis filios
vos turpia vba loqui et ma-
la opa ppetrare et videtis
et no prohibetis Et vos vri
familiam vram et vos indicatis
et potentes subditos vros si im-
pedire poteritis talia mala et
si aliud pctm no habuitis tamen
illud pcm dampnabimini Nonum
pctm alienu e Non manifestare
pcta hoim ad corrigendu vel ade-
medand unde quicq scit pessim
aliq et eu no pmunit sive
mortem sive iniuria aut in re-
b tu tn illud ubi posset pmunire
reus est et si hoc no fecerit Quo
si scis aliquem pdere et possesib
manifestare q impediretur et eme-
daret si no faceres reus esses
Item si scis rem furata vel ali-
quid iniuste retentum et no vis
dno rei publicare ut sic sua
re rehabe posset cu tn hoc te-
modose et licite posses reus eis
cora deo tali pcto Ite si vnq
infert dampnu pxio in agro sive
in prato sive in orto et tu pro-
clamares eunt tuc cessaret
a dano inferendo et nolles hoc
face in subsidiu dno rei tuc
reus esses cora deo Sed aliqui
dicunt cu aqua iniusta fieri

videt q hoc ptinet ad me Quid
Velis q ex precepto scte caritatis
quib tenet pxime pxim sui
pxiom corporis et aie tu hoc
tenebis Item Si vides ali-
quem transire erga fovea et no
pmunires eu homicida illius
esses cora deo si sit in fovea
cadet et moret Ite Si in sino-
do pcipitur omib in ead parrochia
existentib ut manifestant ema pu-
blica ad corrigendu ea q quid
no curat et io scorpos miserat
dampnat Exepli gratia si aliq causa co-
sangnitatis familiaritatis vel talia
causa no prodet pctm quod prodere
esset sm Quia Symoniam
committet et grauit peccaret
Ite quicq scit hetiau vel phito-
nissam et no prodet mortalit
peccaret Quia melius esset
talos corruptores fidei prodere
platis ecclie q din in pane
et aqua ieiunare

Peccatu aim consumma-
tum fuit generat morte
Jacobi pmo hoc intelligitur de qlib pcto
mortali unde in pnti simone tang
aliq e dom de septe pctis mortalib
pmo De Superbia q est
inicium ois pcti pro quo sciendum
q supbia e duplex scilicet Exterior
et interior Interior e cu homo i
estimacione sua pfert se aliis et ap-
petit laudari et dolz si alii lauda-
tur Et tales psimt prim iudicare esse
malu et se ipm e bonu qd e con-
tra dictu xpi ut hz Mt vii Nolite iu-
dicare ut no iudicemini Et Sz verus
et bonus xpianus deberet alios meli-
ores se reputare et se in humilitate aliis
subiicere et sua pcta maiora pctis
alioz estimare Bernhardus Noli te compa-
rare maioribus minorib nulli Et te
pponas sz te copari pfumas Ideo
quilib debz se in humilitate contemptibilem
reputare pp hmoi q lz de bonum te
sua Item q desit homo an amoe

dei dignasit an odio Exterior
Superbia extat in capite et in
toto corpore sz in pepulis i cornibz
i capuciys in pallys in cissuris
in libus et cumulis et calcis &c Et
quere qr talis supbia exterior in
corpore e peccm mortale Sed dico
Sex modis p ornatu corporis peccat quis
mortalit Pmo p intencionem s cum quis
se ornat ea intencoe qz velit ab
alys concupisci qz vt dicit Aug Non
so appete s eciam appeti velle cri-
minosu e Unde Crisost in lo deco-
puntur Si mulier se decorauerit et
ad se visus hominum prouocauit etsi
nulla vindicta sustinebit Ergo mu-
lieres vel eciam virgines que se ornant
vel eciam facies suas colorant vt ab
alys concupiscant peccant mortalit etiamsi
eciam no habeant voluntatem consenciendo
illis qui eas concupiscunt Scdo peccant
mulieres vel eciam viri in ornatu
corporis cu se ornant ex supbia se extol-
lendo se sup alios homines ex supbia
et contempnendo alios qui no hnt
talem ornatum Et talis ornatus qui
ex supbia procedit Unde Innocencius
de vilitate condicionis humane Supbi-
ant vt magnificus videat satagit
vestiri dupplici indui mollibus precio-
sis ornari Hoc pz quia multi homines
ex supbia se ornant vt alios impudi-
tudine excedat vel salte vt ne excellen-
dat ab alys vel ex amore vane lau-
dis et vane glorie vt dicat qz ipi sunt
pulchri et honorabiles Luc Qui
qui se exaltat humiliabit Tercio peccant
viri et mulieres in ornatu corporis
sz faces suas colorando cu hoc faciunt
in contemptu sui creatoris Unde Am-
brosius deles picturam dei si vultum
tuu materiali candore obnubiles et ex-
quisito rubore perfundas Et tales
similes sunt lucifero et suis sequacibus
q volunt pulcriores fieri qz deus
eos creauit Sic illi qui
faces hnt pallidas et volunt
se face albus et rubeus Et alii

qui hnt crines nigros et volunt
habere glaucos Et q hnt crines
planos et volunt hre crispos &c
Quarto peccant homines in ornatu
corporis et hoc contingit ppt nimiam
complacenciam et amorem et sollicitudinem
quam hnt ad ornatum et pulchritudinem
corporis Tantus enim possit esse amor
ille et tanta complacencia qz esset
mortale peccatum et quasi ydolatria
vt tamen ille amor et complacencia
illa amorem dei superaret quia
hoc aliquis colit quod preceteris
diligit Et Augustinus dicit Nullum
peccatum adeo veniale quod non
fiet mortale du placet Ergo isti peccant
stant qui hnt nimis magnam com-
placenciam in suis vestibus eo qz hnt
dulcia paria vestium in tunicis
in pallys et in suis magnis
capuciys et pepulis et in cingulis
deauratis vel argenteis quia tales
per hoc sunt dampnati Unde exemplum
narrat Hubertus qz fuit quedam
mulier in francia deuota q cum
semel fuisset rapta vidit in spiritu
quandam magnam comitissam que
fuit ei familiaris et cum animam eius
demones trahebant ad infernum
ipsa eiulando comitissa clamat
Heu me misera quia satis casta
fui et abstinens et elemosinaria
nec pro alia re dampnor nisi per
ornatum vestium qz dilexi nimis et
amouitum no cessam Unde eciam
legitur de quadam muliere que propter
nimium ornatum corporis no meruit
recipere eukaristiam in morte Sed
duo pulcerrimi iuuenes assistentes
arripuerunt illum cerebrum de manibus
sacerdotis volenti ea communicare et
sic sine sacramento ipsa obiit Quinto
ppt scandalum quius no attendit
aliquis tamen si cogitatis attendi in
mala concupiscencia et no vis
dimittere ornatum supbum propter
salutem proximi Sexto ppt exemplum

et informatores aliorum sicut qui invenie-
runt primitus vel adhuc hodi-
erna die inveniunt novos modos
vestium et ex vanitate et volunt ha-
bere socios in talibus adinventionibus
sicut in longis caudis et in longis
manicis et incisuris vestium et
in peplulis et capuciis incurvibus et
in cingulis in calceis etc. Et talium
pena atque augmentatur in infer-
no cottidie usque ad novissimum
diem quia semper sunt qui eos imitantur
in talibus adinventionibus etc. Per avari-
ciam peccatur quatuor modis

Secundum peccatum mortale
est avaricia pro quo sciendum
quod per divicias peccatur quatuor
modis primo conquirendo scilicet bona
contra deum et iniuriam vel
aliorum cum deum et iniuriam vel
eciam qui conquirit iustas res
habere sed ad malum finem, vel ad peccan-
dum ut ad vanam gloriam ex-
tendendum vel ad luxuriam vel
ad crapulam Sicut ille dives de
quo scribitur Luce 16 Dives epula-
batur cottidie splendide et indue-
batur purpura et bisso Secundo quia cum mo-
do appetitu et amore efficaci ad
temporalia quis non iniuste adquireret
vellet tamen quia ille appetitus et amor
temporalium superat vel precellit amorem
et appetitum proprie salutis sic quod merito
sufficiat ex toto tales eciam qui non
peccant Sed heu plures sunt quorum
totum cor suum occupat cum temporalibus
sic quod raro vel nunquam de deo et sa-
lute propria cogitant Tertio quia quis
appetit aliena cum voluntate con-
dicionata scilicet si posset habere sine offen-
sa dei ac iniuria proximi et tunc
nullum vel peccatum veniale est Item
Secundo peccatur per avariciam acquiren-
do bona temporalia iniuste scilicet cum usura
vel ludo vel per fraudem in emen-
do vel vendendo vel per furtum
vel per rapinam vel quocumque modo

quod temporalia iniuste lucrantur mortaliter
peccatur et tenetur ad restitucionem Si vult
salvari sive sit in rebus sive in peccuniis
Augustinus dicit quod nunquam dimittitur peccatum
nisi restituatur ablatum et cetera
De Augustino peccatum non dimittitur nisi
ablatum restituatur Unde dicit in decretis
Inferens dampnum precio non est absolvendus
nisi dampno suo arbitrio leso
restituto 22 q. vel 5a c. penitencia
9a 6 c. Sed Tertio peccat quis
per divicias expendendo male sua
temporalia scilicet quod non utitur ad honorem
dei et ad salutem proximi Sed utitur
ad peccandum contra deum tales sicut
possunt dampnari eciam si nullas res
iniustas haberent Sed suas iustas
res sic ad peccandum expendunt quod
patet de illo divite epulone de quo
habetur Luce 16 Dives sepultus est in inferno
etc. et tamen non reperitur scriptum de eo quod
fuisset usurarius raptor lusor
vel fur Sed quia bona sua male
expendit scilicet in superbia vestium gula
et crapula et pompa Lazaro non
subvenit ideo dampnatus est Item quot
divites peccant in superbia vestium
habentes propter longas caudas
et incisuras multas et multa paria
vestium etc. Videlicet enim
in gula sicut illi qui volunt preciosa
fercula comedere et optimum vinum
bibere et sic superflue expendunt suas
res iustas de quibus destruerentur
pauperes usque ad unum denarium red-
ditur sunt deo in die novissimo
Tales illi qui per ludunt peccuniam
suam et male expendunt etc. Sed dicit
ista bona sunt mea ergo licet michi
facere cum eis sicut volo Sed non quia
sunt tua proprie sed sunt tibi a deo acco-
modata Sed plus quam habes quod
non accepisti etc. Ergo quilibet debet
uti bonis suis tanquam rebus accomo-
datis cum timore ne offendat deum
qui ea ei accomodavit etc. Quarto
peccat quis per divicias eas nimis
avare possidendo et retinendo
sua iusta bona sicut quod de superfluo

non subveniunt pauperibus cum sua superfluitate quia timent se semper deficere et tales reputantur raptores coram deo. Unde Ambrosius: Non minus est criminis habenti tollere quam cum possit indigentibus denegare. Ergo tantas suas te invade [?] bona quantum possis prestare nobis. Ergo quilibet possessor debet bona temporalia dare pauperibus condividendo. Augustinus: Da Christo in terra quod tibi reddat in celo. Exemplum de quo in sermone post. Tertium mortale peccatum est

Gula

Gula. Circa quod queritur quot modis quis comedendo et bibendo peccat mortaliter. Primo quod principaliter quis mouetur primo quando diligit corpus suum quam deum quod contra precepta ecclesie paratus sum comedere diebus ieiuniorum cum sic bene possum ieiunare et nolo corpus meum inordinate aggravare et sic plurimi ieiunium sine causa ab ecclesia preceptum [?] Bernhardus de Stildez [?] et quia dicit inordinate gule et concupiscentie inhieret tamquam ultimo fini etiam temporalis qui deum contempnens peccat sic precepta dei et ecclesie transgrediens ut delectationes gule assequatur talis committit peccatum. Ita quandoque soluit ieiunium ab ecclesia preceptum sine causa et tamen et ex contemptu non vult obedire peccat mortaliter tantis quotiens.

Secundo peccat quis comedendo cum sumit cibum illicitum et prohibitum sicut cum quis in quadragesima lacticinia vel ova quia in quadragesima interdicuntur universaliter ova et etiam lacticinia. Item multi qui votum fecerunt sextis feriis non comedere lacticinia et hoc votum infringunt. Tertio quando quis scienter cibum sibi nocivum sumit propter solam delectationem talis committit peccatum sic sumendo tale cibum vel potum unde sciret vires corporis debilitaret et vitam eius abbreviaret facit contra caritatem qua homo tenetur se in deum diligere et vires suas conservare ut deo diutius possit servire. Psalmus: Fortitudinem meam ad te custodiam.

Quarto quando quis excedit in immoderato sic quod vadit rodendo [?] vel nauseam habeat vel vomitum propter superfluam comestionem et talis etiam committit peccatum. Unde [?] Hieronimum de Simaia [?]. Item quando homo ebriatur vel cum incidit insaniam in comedendo si hoc facit ex proposito et intentione peccat mortaliter tantis quotiens. Unde Ambrosius in libro de penitentia: Ebriosus cum absorbet vinum absorbetur a vino, abhominatur a deo, despicitur ab angelis, deridetur ab hominibus, destituitur a virtutibus, confunditur a demonibus. Unde etiam Origenes: Ebrietas est mater omnium viciorum. Item Ebrietas facit de homine bestiam, de robusto infirmum, de prudente insanum. Et quandoque in tali ebrietate occidit vel alius contingit morte moritur eterna dampnatur. Exemplum de quodam frequenter inebriato quemadmodum [?] sermone [?]. Quinto peccat quis in comedendo et bibendo cum quis tantum diligit cibum quod appetitus delectationis est causa finalis et principalis sumendi cibum delectabilem et sic preponit talem delectationem deo qui principalis et finalis causa debet esse in omnibus operibus nostris et talem delectationem querunt homines voluptuosi qui potius secundum carnem vivunt. Unde Apostolus: Si secundum carnem vixeritis moriemini. Nemo [?] impossibile est ut quilibet quis et futuris fruatur bonis et hic ventrem ubi in esca impleat et de deliciis transeat ad delicias. Item attendendum est quod quis esurit et sic esuriendo comedit et delectatur in cibo non est peccatum quia hoc est naturale cuilibet. Cavendum [?] est si quis preparat cibum ea intentione ut eum sumere possit hoc itaque possit fieri sine peccato. Item qui propter saporem delectantur in cibo et potu hoc est peccatum.

Quartum peccatum mortale est Luxuria et quotiens committitur actus luxurie preter actum matrimonii semper est peccatum

Luxuria

mortale Unde apostolus Omnis
fornicator aut immundus non habet
hereditatem in regno christi Secundo quod cum homo sine
actu possit peccare mortaliter hinc est quod sicut
Et hoc contingit primo quando quis dat con-
sensum in morosam delectacionem
scilicet quod delectatur cum plena racione
in malis cogitacionibus Sicut hodie multi
faciunt tam mulieres quam viri qui
licet nolunt ad actum procedere tamen volunt
operari cogitacionibus et delectacionibus
delectari quod tamen nimis est periculosum
Quia facillime ex hoc peccatum
mortale incurritur quod probat beatus
Jacobus in epistola sua ubi dicit
Concupiscencia interior animi delectacione
cum conceperit supple consensu racionis
parit scilicet peccatum mortale Secundum tamen secun-
dum quod aliquando incidit turpis cogi-
tacio sine delectacione cum voluntate
non est peccatum Augustinus Continuis in-
mundis cogitacionibus licet mente non polluit
si eis non consentit ymmo est meritorium
Unde Paulus quociens restiteris toci-
ens coronaberis Sed quando turpis cogitacio
incidit cum delectacione tamen sine consensu
plene racionis tunc est peccatum veniale
Secundo committitur luxuria sine actu
quando quis ex mala cogitacione et de-
lectacione dat consensum et voluntatem
ad ipsum perpetrandum opus et hoc
semper est mortale Unde Augustinus
Si tacito consenciat ei quod libido
commovet faciendum et non des-
cernit iam ei peccatum imputatur
eciam si non consequitur factum quia racio
tenetur in consensu constancia et eciam
hoc intelligendum de quolibet peccato mortali
Quia quicumque regnum celorum intrare
debet oportet quod sic stat in proposito suo
quod usque ad mortem nunquam velit peccare
mortaliter nec actum luxurie facere nisi
in vinculo Tercio committitur luxuria
sine actu cum visu ut cum quis
ea intencione inspicit aliam personam
ut eam concupiscat velut legitur qui
viderit mulierem ad concupiscendum eam
iam mechatus est in corde in suo
Unde si quis una die centum domos
intraret et in qualibet domo tales con-
cupisceret iam dicta vero proposito accederet
tot peccata mortalia committeret
Ergo sumne necesse est custodia oculorum
Quarto committitur locucione vel risu
ut cum quis loquitur vel arridet alicui
persone ea intencione ut eam alliciat per-
tinet mortaliter Quinto committitur per tactum
impudicum et per amplexaciones et oscula
et huiusmodi Cuius modi vocatur ab apostolo
turpitudo Et illos eciam quis peccat
mortaliter et tanto gravius peccat quanto ma-
gis per tacta libido accenditur propter
nimiam approximacionem ad mulierem
vel ad virginem unde dicitur in decretis
Tactu lascivus eciam sine coitu
est genere peccati 32 q 1 nec aliqua
Sexto committitur per ornatum corporis
vel alia signa ad luxuriam inci-
tancia ubi tamen ut sunt isti qui non con-
cupiscunt nec actum perpetrare volunt
sed faciunt ut concupiscantur et multe
mulieres superbe et virgines que se ad
hoc laudant et ornant capud disco-
operiunt ut amabiliores fiant et se
alios alliciunt punitur mortaliter peccant
Septimo committitur per dona et mu-
nuscula ut cum quis dat alicui persone
donum vel clenodium ea intencione ut
eam sic ad malum actum alliciat mortaliter
peccat Octavo committitur quando aliquis li-
benter vellet actum illicitum perficere et tamen
posset quod haberet opportunitatem loci et temporis
et persone Sed sepius propterea dimittunt
quia timent iudicium et scandalum hominum
et confusionem propriam Sed si scirent se latere
in hoc actu nec deum nec sanctos nec
salutem animarum curarent quin hoc opere per-
petrarent et tales qui sic dimittunt
non propter deum sed solum propter homines
contra deum offendunt Unde Leo papa
Sunt nonnulli qui sic corde concipiunt
peccatum faciendum deliberant illud tamen timore
dimittunt alium pro difficultate imple-
re nequeunt hii pro facto in deo moriun-
tur et hoc est intelligendum de quolibet peccato
mortali quod quis non propter deum dimittit
sed solum propter timorem hominum Unde
Augustinus Ipsa voluntate reus est qui

ad mala con-
spiceret

vult quod non licet sed id non facit quia
non potest propinquitas fieri

Ira

Quintum peccatum mortale
est Ira Pro quo sciendum quod prima
Ira est triplex prima est bona et est quando
homo irascitur super peccata propria et aliena
Ecclesiastici 7 melior est ira risu quia per
tristitiam vultus corrigetur animus delinquentis
Ephesios 4 Irascimini et nolite peccare Et hoc
est signum quod sunt filii dei quia non possunt
sustinere iniuriam dei Ergo Irasci super
propria peccata et aliena peccata et vindicare
iniuriam dei talis est bona et laudabilis
Secunda Ira est venialis scilicet subita
ira sine deliberatione cum quis in adversis
habitis ignis irae cito accenditur Et
quamvis quis ex subreptione commovebitur et
quanto cito cum ratione hoc advertit et tunc
expellit et resistit huic irae et non
vult se vindicare et sic solum peccat
venialiter Unde Cassiodorus Venialis
ira est quae non ducitur ad effectum
Alia ira est mortalis ut cum quis
irascitur cum deliberatione et cum consensu
rationis et cogitat in animo suo quomodo se
possit vindicare et talis sic irascens
reus erit iudicio Matthei 5 omnis qui irasci-
tur fratri suo reus erit iudicio Et si illa
ira crescit verbis scilicet maledicendo proxi-
mis suis et tunc gravius peccat et pro
hoc meretur aeternam maledictionem quia
Christus dicitur est in iudicio ut habetur ibidem
[illegible] Iste maledictus in ignem aeternum etc.
Et si ira procedit ad factum cum proximum
suum percutit et vulnerat vel occidere
vult tunc gravius peccat etc.

Invidia

Sextum peccatum mortale est in-
vidia Pro quo sciendum quod triplex
est invidia Prima invidia est quae
provenit ex natura sicut quidam naturaliter
invidi et hoc non est peccatum cum nullus
sit in sua potestate Unde Aristoteles 2 ethicorum
in desideriis naturalibus pauci peccant
Ideo talibus primis motibus sicut naturaliter
incidentibus immediate et sine mora
resistendum est tunc non est peccatum et non
nocet Unde Gregorius Temptatio
cui non consentitur non est peccatum sed est
materia exercende virtutis Secunda
invidia est venialis ut cum quis
tristatur de fortuna vel felicitate proxi-
mi cum non cum plena deliberatione
et sic est peccatum veniale hoc patet
ex eo quia cum ratione plena favet eius
sibi de bono Tertia invidia est
cum quis dolet de bono alterius ex plena
deliberatione ut quia eum excedit in tempora-
libus bonis scilicet in pecunia sive in rebus
temporalibus sive in laude hominum sive
quia habet ampliorem gloriam et excellentiam
et sic est peccatum mortale et in hoc
est proprie invidia et istud semper
est malum quia dolet de eo quo gaudendum
est scilicet de bono proximi quod est con-
tra caritatem proximi quia Si diligo proximum
sicut debeo et teneor tunc faveo sibi
sicut deus ei favet et absque quod
tenetur Unde Aristoteles diligere est alicui
bonum velle Unde invidiosus
gaudet de adversitate proximi et
dolet de prosperitate eius Omnes
homines diabolica quia habent signum
proprium Unde Iohannis 13 In hoc cognoscent
homines quod mei estis discipuli si dilectionem
habueritis ad invicem Et econverso est
signum quod sunt filii diaboli quia habent invidiam
ad proximos et gaudent de malis
aliorum quod est diabolicum Proverbiorum 17
Qui in ruina alterius letatur non erit impuni-
tus Ita dolere de bonis proximorum
infelicissimum est quia amittitur quod alii
lucrantur Unde Seneca Utinam invidi
in omnibus civibus aures et oculos
haberent ut de omnibus prosperitatibus
torquerentur

Accidia

Septimum peccatum mortale
est Accidia Unde queritur
quod tedium boni sit peccatum mortale
vel non Respondetur secundum Thomam 8 de accidia
quod tedium boni potest tripliciter contingere
Uno modo est quidam motus naturalis ex lassitudine
corporis vel etiam spiritualis proveniens
et non est peccatum Secundo sicut quod est
primus motus appetitus sensitivi [illegible]
contristari de opere spirituali laborioso

et sic potest peccatum veniale committi etiam ubi appetitus sit deliberatus et consensus voluntatis non tamen nisi veniale vel generaliter sic tanto vel totiens aliquis cum tedio circa spiritualia divinitus moveretur et sic peccatum est veniale. Tercio et sic tamen tedium reducit in oblivionem hoc tedium ad ea que sunt necessaria saluti et salutem eorum que sunt necessaria ad que necessaria habet tedium et tunc peccat mortaliter. Verbi gratia Sic non audire missam in die dominica vel precepta divina non complere vel horas canonicas omittere ab illo qui canonicas ordinibus constitutus et in sacris ordinibus non adimplere consuetudines promissis non adimplere.

Circa quod queritur an homo possit vivere sine peccato mortali. Videtur quod sic. Et hoc probatur tribus rationibus. Prima ratio est ista quia in baptismo infunditur homini gratia per quam possumus potest usque ad mortem gratiam per quam conservari potest usque ad mortem et se abstinere a peccato mortali omne si se ab omni peccato mortali. Cum sic et hoc designat velle uti ea gratia et hoc designat lineo qua facit ipsi puero salis lineo qua facit ipsi puero ante baptismum quia sic carnes et pisces conservantur a putrefactione mediante sale. Sic homo baptizatus mediante gratia quam in baptismo accepit conservatur a peccatis mortalibus. Secunda ratio est quia ex hoc sequitur quod deus impossibilia nobis iussit impossibile quia mandata dei sunt nobis data ne peccaremus. Modo si dicas quod deus precepit tibi quod non potes implere. Tunc dicas et tunc hoc maledictionem incurras. Unde maledictus homo qui dicit deum precepisse impossibile. Item hoc esset contra illud ewangelium ubi dominus dicit Matthei xi Iugum enim meum suave est et onus meum leve. Tercia ratio est quia per hoc tolleretur liberum arbitrium quod tamen naturaliter est in nobis cum quo deus nos privilegiavit unde Ecclesiastici xv dicitur Apposui tibi aquam et ignem ad quod volueris porrige manum tuam. Deinde ante hominem vita et mors bonum et malum quod placuerit ei dabitur illi.

An homo potest vivere sine peccato mortali

Quarta ratio videtur quia hoc sit verum ut homo quamvis naturali inclinatione magis est inclinatus ad unum vicium quam alius tamen adhuc stat hoc in suo libero arbitrio et voluntate utrum velit consentire huic naturali inclinationi vel resistere. Unde Gregorius dixit Deus ad Cayn Tacitum volentem frenum suum ad te dubitus te erit appetitus sui. Unde Dubitus te erit appetitus tuus et tu dominaberis eius. Item Augustinus de vera religione inquit usque adeo voluntarium est malum quod et nullo sit peccatum nisi sit voluntarium. Ex iam dictis sequitur quod homo potest vivere sine peccato mortali mediante gratia et cum adiutorio dei usque ad mortem si vult. Hoc etiam patet in pluribus qui usque ad etatem perfectam vixerunt et tamen numquam mortaliter peccaverunt unde beatus Bernardus dominicus et beatus Thomas de Aquino et plures alii sancti leguntur quod numquam mortaliter peccaverunt.

Plagis impositas abierunt semivivo relicto Luce 10 capitulo 13. Quarto quod homo corpore vulneratur dum quamvis usque ad mortem Sic spiritualiter per peccatum ad mortem vulneratur in anima usque mortale vulneratur in anima usque ad mortem. Unde Glossa peccatum tamen ad mortem consummatum fuit generat mortem Secundo vulneratur homo et leditur Item nunquam vulneratur homo tamen moritur comparatione in corpore non tamen moritur spiritualiter possunt de peccato veniali spiritualiter possunt de peccato veniali intelligi et ad animam unde in presenti sermone tria sunt dicenda primo quid sit peccatum veniale. Secundo quot modis committitur. Tertio damna que inferunt Quarto quot modis peccata venialia dimittuntur. Circa peccata venialia

De peccatis venialibus

primum sciendum quod secundum Augustinum peccatum veniale est quod hominem usque ad reatum eterne mortis non gravat sed temporalem penam meretur et sic faciliter indulgetur. Secundo notandum quod secundum Augustinum in compendio theologice veritatis parvulis post baptismum primo insurgunt venialia post hoc mor-

talia Unde etiam Gregorius in moralibus
Qui vero ab lapsu semper a minimis incipit
et sub occasionibus defectibus ad grandia
pervenit Unde etiam Ysidorus de summo
bono qui dilabuntur ad vicia non statim
a magnis criminibus incipiunt
sed a modicis assuescunt ut sic tamen
maxima committant Dicitur
vitare aliquis possit vivere sine peccato
veniali dum est in hac vita Glosa
quod si loquitur de tota vita hominis qui
iam pervenit ad etatem adultam de
excellenti ac speciali gratia est quod talis
tumeliam vicii et improperiis provocant
obiciendo sibi defectus suos dicendo: et
dices tu es fur. Tu es adulter vel
usurarius vel mendax vel tu ibi
hoc fecisti vel ibi sic vixisti et
talia egisti etc. vel sic dicendo: Tu es
reus. Tu es gibbosus claudus
vel scabiosus etc. cum confundendo
.... peccat et reus erit ... pene
Unde ... Qui dixit fratri suo fa-
tue scilicet eum confundendo reus erit
iehenne ignis. Quod tunc reus erit
qui dicit tu fur tu adulter etc. Septi-
mi sunt qui proximum verbis ... ad
iracundiam provocant et talis qui pro-
vocat facit proximum sicud dictum peccatum
quod ille ... committit sive in
verbis maledicendo blasphemando sive
... percutiendo. Reus est ... Qui
qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.
... tunc ille reus est quando pro-
... ad iram provocat.

Nonum preceptum est
Non concupisces rem
proximi tui. Superius

in septimo precepto prohibuit furtum
hic autem prohibet concupiscenciam cordis
dicens Non concupisces et Contra hoc
preceptum faciunt illi qui deliberate
ad concupiscunt rem proximi et omni
pro eam rem laborant ut sibi eam
acquireret si possent vel si non timerent
suspendium et confusionem hominum Item
qui concupiscunt diuicias res sed ad
malum usum i. ad peccandum puta
ad vanam gloriam extendam vel
ad luxuriam vel ad crapulam
Illi qui suo affectu occupat se in
temporalibus quod obliviscuntur de bonis que sunt
dei et proprie salutis etc.

Decimum preceptum est non concupiscas uxorem proximi tui

Ubi prohibetur sibi concupiscencia
carnis sicut in sexto precepto prohibuit
actum luxurie hic autem prohibet con-
cupiscenciam luxurie Ubi sciendum quod contra
hoc preceptum faciunt tria genera hominum
primi qui deliberate concupiscunt et
libenter actu opere perpetrarent si possibile
ipsis foret vel si non timerent mortem
et scandalum hominum Secundi qui se or-
nant et lavant ut concupiscantur
Tercii non concupiscunt nec volunt
concupisci nec actu fieri perpetrent
sed tamen delectantur in morosa delectacione
cum plena racione et talis morosa
delectacio est peccatum mortale

Sed dicet aliquis videtur hec duo precepta superflua

Quia sicut prohibita est voluntas
occidendi cum dictum est Non
occides eodem modo prohibita est volun-
tas fornicandi et voluntas furandi
cum dictum est non mechaberis
Non furtum facies Ad hoc dicendum
quod occidere contra naturam est et est horribile
et non delectabile et ideo non est attrac-
tiuum voluntatis Sed diuicie et
luxuria sunt delectabiles nature corrup-
te et ideo multum allicit voluntatem
et appetitum fornicandi et habendi di-
uicias et ideo magis fuit utile pro-
hibere voluntatem et concupiscenciam for-
nicandi et habendi diuicias quam pro-
hibendi voluntatem homicidii Item
ad hoc videtur quod non fuit utile pro-
hibere nisi voluntatem quia ubi prohi-
betur voluntas prohibetur et opus et tamen
volt facere non facit Triplex autem
fuit causa quare prohibitum est opus
quia per puram voluntatem non no-
cet homo nisi sibi ipsi et per opus
proximo et ideo hic notatur primo
fuit prohibitum opus Item quia
ipso opere efficitur homo deterior
quam sola voluntate prohibitum est opus
Tercio quia valde delectabile est nature
corrupte fornicari et habere diuicias
Et credebant homines sicut dictum est talem
voluntatem sine opere non esse peccatum
et ideo expresse utrumque fuit prohibitum
voluntas et opus

Nota in decalogo vicia omnia inhibentur et virtutes precipiuntur

Item Notandum quod sicut tria prima
precepta pertinent ad deum Ita septem
precepta que sequuntur pertinent ad proximum
In duobus autem tenemur proximo
scilicet ut subveniamus et non ledamus
Per hoc autem quod dicitur honora patrem
tuum et matrem tuam intelligitur
omnia in quibus debemus subvenire pro-
ximo Cetera vero precepta displicent vel
leditur aut proximus displicat vel
dicto vel facto quia per cogitacionem
non nocet homo nisi sibi ipsi pro-
hibetur autem ledere proximum dicto cum
dicitur Non dices falsum testimonium
Facto autem leditur proximus vel in per-
sona vel in familia sua vel in pos-
sessionibus suis primum prohibetur cum
dicitur Non occides quod sicut pro-
hibetur omnis iniuria que fit alicui
in proprio corpore Item si ledere aque

in familia sua prohibetur cum dicitur Non mechaberis quod sic prohibetur omnis fornicacio cum matre cum filia cum sorore cum nepte et cetera. Item si lede[re] aliquem in possessionibus suis prohibetur cum non furtum facies et ceteris sequentibus. Valet autem dicere quod in decalogo preceptum omnia que necessaria sunt ad salutem. Quia ubi precipitur fides ubi spes ubi caritas ubi precipitur in decalogo diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua. Ad hoc ad primum quod primum preceptum precipit fides ubi precipitur cultus unius dei et prohibetur ydolatria. Per secundum preceptum precipitur spes quia precipitur ibi veritas et credere prime veritati. Deus autem qui est prima veritas verax est in dictis promissis suis et ideo debemus sperare. Tercium preceptum precipit caritatem ubi precipitur honorare primam veritatem vel bonitatem quod non possumus facere sine caritate. Posset eciam dici quod ubi precipitur coli et honorari plus deus precipitur caritas quia adorari non potest nisi valde diligatur. Item dese quattuor virtutes cardinales precipiuntur in decalogo precipitur enim prudencia cum dicitur honora patrem et matrem tuam. Ubi magna prudencia opus est quia aliter honorandi sunt parentes aliter filii aliter remociores. Per hoc autem quod dicitur non mechaberis precipitur temperancia. Per hoc quod dicitur non furaberis non furtum facies precipitur iusticia. Per hoc quod dicitur Non occides precipitur fortitudo quia magna fortitudo est vincere iram. Item dicunt isti quod in decalogo prohibentur omnia peccata quod prohibetur ibi septem criminalia peccata. Et primo quod ira prohibetur cum dicitur Non occides et luxuria cum dicitur non mechaberis. Et avaricia cum dicitur Non concupisces rem proximi tui. Item ubi prohibetur superbia et invidia accidia et gula idem dicitur superius quod primo precepto prohibetur superbia ubi precipitur deus adorari quod non potest fieri nisi homo humiliet se sub deo qui autem non vult se humiliare superbus est unde primus homo quia noluit esse subditus deo sed voluit esse sine domino superiore per magna superbia peccavit quod vero invidia semper comes est superbie. Non potest homo superbire nisi alio invideat unde ubi prohibita est superbia prohibita est et invidia. Per hoc autem quod dicitur memento ut sanctifices diem sabbati precipitur quod cum leticia celebremus festivitates dei tam interiores dei que sunt in corde quam exteriores institutas ab ecclesia. Ubi autem talis est sollempnitas removetur tedium et fastidium unde ibi prohibetur accidia. Dixerunt autem quidam quod ubi prohibetur luxuria prohibetur et gula quia comites sunt luxuria et gula. Alii dixerunt quod ubi precipitur memento ut sanctifices diem sabbati prohibetur gula quia crapulatus per gulam nec bene vel die vel nocte potest celebrare festivitates dei. Unde sepe per hoc impeditur. Item notandum quod precepta affirmativa non obligant ad semper sed pro loco et tempore unde semper non teneor honorare patrem et matrem si non tempus est. Precepta autem negativa vel prohibitiva obligant semper et ad semper quia semper teneor non fornicari et semper teneor non occidere et ita de ceteris. Unde notandum est omni sacerdoti scire decalogum et precepta decalogi ubi prohibentur omnia genera peccatorum tam ea que pertinent ad deum quam ea que pertinent ad proximum dicitur decalogus a decem et logos quod est sermo quia continet decem sermones id est decem precepta ex quibus omnia alia descendunt

De septem autem criminalibus viciis ita scribitur

Gregorius. Radix cuncti mali est superbia de qua scriptura attestante dicitur Initium omnis peccati est superbia. Prime autem eius soboles scilicet septem principalia vicia de hac virulenta radice proferuntur scilicet inanis gloria, invidia, ira, tristicia, avaricia, ventris ingluvies, luxuria. Quia ergo his septem superbie viciis captos doluit redemptor noster ad spirituale liberacionis prelium spiritu septiformis gratie plenus venit. Sed habent contra nos hec singula exercitum suum. Nam de inani gloria nascitur inobediencia, iactancia, ypocrisis, contenciones, pertinacie, discordie et novitatum presumpciones. De invidia odium surrepit, susurracio, detraccio, exultacio in adversis proximi, afflictio autem in prosperis datur. De ira rixa, tumor mentis, contumelie, clamor, indignacio, blasphemie proferuntur. De tristicia malicia, rancor, pusillanimitas, desperacio, torpor circa precepta, vagacio mentis circa illicita. De avaricia prodicio, fraus, fallacia, periuria, inquietudo, violencia et contra misericordiam obduraciones cordis oriuntur. De ventris ingluvie inepta leticia, scurrilitas, immundicia, multiloquium, hebitudo sensus circa intelligenciam propagatur. De luxuria cecitas mentis, inconsideracio, inconstancia, precipitacio, amor sui, odium dei, affectus presentis seculi, horror autem vel desperacio futuri generatur. Ex istis autem vii criminalibus viciis v spiritualia et duo carnalia sunt. Sed unumquodque eorum tanta sibi cognacione iungitur ut non nisi unum de altero proferatur. Prima namque superbie soboles inanis est gloria que dum oppressam mentem corrumpit mox invidiam gignit quia nimirum dum vani nominis potenciam appetit ne quis hunc adipisci valeat tabescit. Invidia quoque iram generat quia quanto interius livoris vulnere animus sauciatur tanto et mansuetudo tranquillitatis amittitur et quia quasi dolens membrum tangitur, idcirco opposite actionis manus velud gravius pressa sentitur. Ex ira quoque tristicia oritur quia turbata mens quo se inordinate concutit eo ad dicendum confundit et cum dulcedinem tranquillitatis amiserit nichil hanc nisi ex perturbacione subsequens meror pascit. Tristicia quoque ab avaricia derivatur quia dum confusum cor bonum leticie amiserit unde consolari debeat foris querit et tanto magis exteriora bona adipisci desiderat quanto gaudium non habet interius ad quod recurrat. Post hec vero duo carnalia vicia id est ventris ingluvies et luxuria supersunt. Sed cunctis liquet quod de ingluvie luxuria nascitur dum in ipsa distribucione membrorum ventri genitalia subnexa videantur. Unde dum unum inordinate reficitur aliud procul dubio ad contumelias excitatur. In hac auctoritate Gregorius de venialibus peccatis nullam facit mencionem. Unde est necessarium de hiis mencionem facere quia necesse est nos venialia confiteri et que sine omni confessione possunt deleri ut per aspersionem aque benedicte, per genuflexionem, per dominicam oracionem, per elemosinam et per oraciones pauperum et etiam per cottidianam confessionem que cottidie fit in ecclesia ad primam ad completorium. Tamen quia multi credunt ipsa esse criminalia utile est sacerdotibus per auctoritates scripture cognoscere que sunt venialia et que criminalia.

De confessione venialium

Beda vero dicit super epistolam Jacobi peccata que ex ignorancia vel infirmitate

humana committitur dicit et precipit
sacerdotibus alterutrum confitemini quia facile
dimittuntur que eciam ex deliberacione
fiunt non nisi per penitenciam dimittuntur
Augustinus eciam dicit Nullum peccatum
adeo veniale quod non fiat mortale
dum placet et postea subiungit
venialia autem et si non omnia
salte aqua commemoranda sunt
ne aliquis incaute se excusare
conetur et dicat se nescire mi-
nuta peccata que sunt et que sunt cri-
minalia et quibus apostolus plura
commemorat capitalia Nos tamen ne
desperacionem facere videamur breviter dicemus
que illa sunt Sacrilegium
homicidium adulterium fornicacio
falsum testimonium rapina furtum superbia
invidia avaricia et si longo tempore te-
neatur iracundia et ebrietas si assi-
dua sit in eorum numero computatur Quicumque
enim aliquid istorum peccatorum in se dominari
cognovit nisi digne emendaverit
et si spacium habuit longo tempore penitenciam
non egerit et largas elemosinas
erogaverit et a peccatis ipsis absti-
nuerit illo transitorio igne de quo
ait apostolus purgari non poterit sed
eterna flamma sine ullo remedio cru-
ciabit Que autem sint minuta
peccata licet omnibus nota sint tamen quia
longum est ut omnia repetere opus est
ut ex eis saltem aliqua noverimus Quo-
ciens aliquis de cibo vel potu plus acci-
pit quam necesse sit ad minuta peccata
noverit pertinere Quociens plus loquitur
vel plus tacet quam expediat Quociens
pauperem petentem importune
exasperat Quociens cum sit corpore
sanus aliis ieiunantibus prandere vo-
luit aut sompno deditus tardius
ad ecclesiam surrexerit Si coierit excepto
prolis uxore sua cognoverit Quo-
tiens in carcere positos tarde requisie-
rit infirmos tarde visitavit Si
discordes ad concordiam revocare ne-
glexerit si plus quam oportet aut proximum

aut uxorem aut filium aut servum
exasperavit Si amplius blanditus
fuit quam oportet Si cuiuslibet persone maiori
aut ex intencione aut voluntate adulari
voluit Si pauperibus esurientibus nimium
delicata aut sumptuosa convivia
preparavit Si se in ecclesia vel extra ecclesiam
fabulis ociosis dederit in die iudicii
reddenda racio occupavit Si dum
iuramus incaute iurare periu-
rare quod nimis hic implere non potuimus
utique periuremus et cum omni difficultate
aut temeritate maledicimus quia
scriptum est Nec maledici possidebunt
regnum dei

Quomodo veniale fiat mortale

Enumeratis autem venia-
libus peccatis subiungit Augustinus
dicens Nichil adeo veniale quod
non fiat mortale dum placet
Sed alibi dicit econtrario Nichil adeo
mortale quod non fiat veniale dum
displicet ad quod sciendum quod sic dicit
Augustinus Omne peccatum vel ex
libidine vel ex improba vo-
luntate est libido enim vel impro-
ba voluntas est vel prava delectacio
Quando scilicet homo aut a bono
incommutabili in quo solo deus
delectari debet et convertit se ad bonum
commutabile scilicet creaturarum ut in
ea delectetur Si autem illa delectacio
fuit minor quam illa qua in deo
delectatur tunc est veniale peccatum Si
autem coequat illa delectacionem que
est in creatura vel anteponit illi
delectacioni que est in deo tunc est
mortale peccatum Unde sic debet
exponi predicta auctoritas Nichil
adeo veniale quod non fiat mortale
scilicet si nimis placet ut si eius
delectacio coequetur vel anteponetur
delectacioni dei Alia auctoritas sic
exponitur Nichil adeo mortale
quod non fiat veniale dum displicet
veniale id est veniabile id est aliquo mo-

dignum venia. Ex eo enim quod dissimi-
facit se homo aliquo modo digni
venia vel excusabilem vel ab ille
ad recipiendum veniam habet ex predictis
quod Abbas et antiqui diversis modis
distinguebant inter peccata

Enumeratio mortalium secundum Apostolum

Apostolus etiam in epistola ad Romanos
.io. modo distinguit inter peccata
sic repletos omni iniquitate malicia
fornicatione avaricia nequicia plenos
invidia homicidiis dolo contentione
malignitate susurrones detractores
deo odibiles contumeliosos super-
bos elatos inventores malo-
rum parentibus inobedientes insipientes in-
compositos sine affectione absque
federe sine misericordia. Glosa autem ex-
ponit predicta verba Apostoli sic repletos
omni iniquitate quia aliquo parum habentes
ideo enumerat omnes iniquitatis partes re-
cipiens eos conferet. i. illos dico re-
pletos malicia. Malicia est quando
quis mollit dominum deprimi. Fornicatione
fornicatio est omnis usus carnalis
commixtionis preter legitimum connubium.
Avaricia. Avaricia est iniusta affectare
et superflua non pauperibus erogare. Ne-
quicia. Nequicia est temeritas quando
quis audet quod nequit vel nequicia
est intemperancia. Sunt illos dico plenos
invidia. i. dolore alieni. plenum invidia
enim dicitur qui alterius felicitate torquetur
et etiam induplicat passione inducit
si autem quod ipse vult esse alium non vult
aut alium videns esse meliorem dolet
se non esse similem. Homicidiis
pluraliter dicit quia sunt homicidia
actus et voluntatis. Contencio contencio
est impugnacio veritatis per
confidenciam clamoris. Dolus dolus
est cum aliud simulatur et aliud agitur.
Malignitate. Malignitas est

mala voluntas cum vult et non potest
vel de bonis eius gaudet non conferre. Susur-
rones inter amicos discordia semi-
nantes. Detractores qui aliorum
bona negat vel minuit ne eandem
leviam putet. Susurracio et detractio
quia in verbis sunt addit de hiis deo
odibiles et contumeliosos qui adicit
vel facit contumeliosa vel iniuria
inferunt. Superbos in honoribus. Elatos
elati sunt illi qui nolunt pati parem
vel parem. Inventores malorum hii
sunt qui novum genus mali invenerunt
vel invenire verbo vel opere. Parentibus
carnalibus vel spiritualibus inobedientes
i. feris indomitiores. Insipientes
enim non discernentes inter bonum et ma-
lum. Incompositos habitu vel incessu
nam compositio corporis indicat qualitatem
mentis. Sine affectione. i. dilectione
dei et proximi. Absque federe. i. sine
societate. Sine misericordia
quia non compatiuntur miseris.
Hec autem dimittere colorandam
Notandum est quod superbia vicio dicitur esse
origo omnium viciorum et inicium omnis
peccati. Alias dicuntur de septem criminalium
viciorum. Hic enim quod est vera excellencia
sive verus honor amor talis excel-
lencie vel talis honoris non est superbia
Unde quod dicitur quod superbia est amor proprie
excellencie intelligitur de falsa excellencia
Est enim excellencia vana et temporalis
vel temporalis desiderat extolli et elevari
in temporalibus super homines. Si autem vult
excellere ut sibi subsint vicia et prava se
dat per virtutem ad deum amor talis
excellencie bonus est et talis superbia sive su-
perbia dicenda est bona et sancta est. Unde
Sebinus ait. Disce sanctam superbiam. Ma-
la autem superbia quatuor habet species que
notantur. Prima cum desuper a se pro-
meritis. Secundo plus sibi inflat cum
eam putat habere a se et non a deo sibi
virtus est. Tertio quia putat se deo habere a
deo sed promeritis suis et non a gratia
dei superbus esse. Item qui habere alios

qui attribuit sibi falso bonum superbus
est Item qui licet habeat bonum et de hoc
gaudet se aliis superbus est Item notandum
quod nullum magis naturale est homini
quam appetitus excellentie honoris quia homo
factus est ad ymaginem et similitudinem dei
quam naturaliter appetit homo ut altus fiat
Et ex tali naturali appetitu sepe per-
vertitur tamquam homines ad considerandam
propriam excellentiam et ideo dicitur nullum
quam nullum peccatum ita veniale sit superbia
Unde colligit quod ex superbia nascitur
omne peccatum per consequens Unde dicit
Apostolus ... Radix omnium malorum
cupiditas etc. via est ... superbia
dictum est quod primum peccatum est ex quo quamquam
non nascatur aliud ut ex invidia
quamquam nascitur rapina occasionaliter
Ex ebrietate homicidium et ita de
omnibus aliis Tamen quia sepius
ex superbia nascuntur alia vicia quam ex
alio peccato et quia homo naturaliter pronior
est ad superbiam quam ad aliud peccatum ideo
dicitur superbia omnium viciorum vel quia
per superbiam primi parentis omnes corrupti
sumus ex qua corruptione nascitur
omne peccatum ideo dicitur superbia initium
omnis peccati Unde ergo dixit Gregorius
quod initium omnis peccati est superbia ita
potest hoc dixisse de alio peccato
Preterea notandum quod sicut dicitur multipliciter
una virtus est caput omnium virtutum ita
potest dici unum peccatum caput omnium peccatorum
ut fides dicitur caput omnium virtutum fun-
damento et origine mansuetudo
caput omnium virtutum educatione Karitas
caput omnium virtutum in se informatione
et imperio quia informat omnes
et imperat omnibus humilitas ca-
put omnium virtutum conservatione quia
qui sine humilitate virtutes congregat
quasi pulverem in vento portat ut dicit
beatus Gregorius Similiter potest dici superbia
caput omnium viciorum origine quia
ex illa omnia oriuntur Pigri-
tia caput omnium quia nutrit omnia

peccata Cupiditas caput omnium quia
omnia vicia obediunt eius imperio
Contemptus omnium quia consummat omnia
ut dicitur Comprehendit ergo Gregorius
superbia inter vii criminalia preter
inanem gloriam quia inanis gloria
species est superbie possunt ergo sic Versus
sic distingui vere vii criminalia peccata
Superbia Ira Tristicia Avaricia
Gula luxuria habet tamen tristicia
aliud nomen Tristicia enim quam
vocat Apostolus tristiciam seculi que
mortem operatur dicitur accidia quasi
acidum vel acetosum tedium enim dei
mei obsequium vel fastidiosum est
aliquem tamen quadam acerbitate Avaricia
dicitur philargia a philos quod est
amor vel philar quod est custodia
Unde philargia quasi amor vel
custodia argenti Gula autem dicitur
castrimargia a caster quod est
~~pigricia~~ venter et margos quod est
pigricia unde castrimargia quasi
ventris pigricia Unde versus
Versus Crates ab pseudo ... caro
tiricia castrimargie Et est sensus
semper mendaces mala bestia ven-
tris pigri ... aut non eminat
species peccati sic Versus Non eminat
principaliter illa peccata quamquam offendunt
principaliter ut superbia et ydo-
latria filia eius Sed illa specialiter
que offendunt ipsum hominem et proxi-
mum et tamen omne peccatum offendit deum
Sed quedam offendunt etiam proximum et ipsum
agentem ... offendunt deum
Hec eminat autem peccata non ut distin-
guantur quia vel species peccatorum Sed
ea eminat que sunt in frequentiori
usu et in quibus frequentius offenditur
proximus Sunt autem ista Sacrilegium
homicidium adulterium fornicatio
falsum testimonium rapina furtum iniusticia
Et quamquam leditur proximus quod per sacrilegium
leditur ecclesia per alia manifeste
leditur proximus postea sequitur superbia

invidia avaricia et si longo tempore
teneatur iracundia et ebrietas. Ista
autem proprie torquet et cruciat hominem
ipsum quia male torquetur ab ebrietate
quia ergo non fuit mens Augustini disti-
guere species peccatorum non est necesse enumerare
Augustini reducere ad divisionem Gregorii

De confessione generali quomodo vim habeat

Item nota supra dictum est quod veniale
peccatum deletur per cottidianam confessionem
de qua dicit Jacobus in canonica
Confitemini alterutrum peccata vestra.
Istud tamen non est preceptum sed consilium sed
si fiat possimus confiteri patribus et
laicis lonibus. Sic sacerdos in introitu
misse confitetur clericis suis. Solet
tamen queri que sit forma talis confessionis
Secundum quod cum confitetur deo et beate
marie et petro et paulo cum ipsi
modo non habeant claves nec pos-
sint absolvere. Dicendum est ad hoc quod
confitentur istis ut non absolvant
ab eis sed ut orent pro nobis.
Item solent quidam sacerdotes in tali
generali confessione confiteri homici-
dia et adulteria et alia enormia
peccata et excusant quidam dicentes quod
non confitentur in persona sua sed in persona
subditorum suorum qui talibus
peccatis laborant. Melius tamen esset
propter simplices qui inducuntur ad errorem
propterea quod dicunt sacerdotes talia confiteri quod ipsi
confitentur peccata oris cogitationis
operis et hoc sufficeret. Fit autem
talis generalis confessio bis in die
Mane ad primam ad delendum peccata
nocturna. Vespere ad com-
pletorium ad delendum peccata diurna
Preterea notandum quod non est hic labo-
randum quod divisio apostoli de peccatis
reducitur ad divisionem Gregorii
quod apostolus plura enumerat que con-
tinentur sub eodem genere peccati licet
diversis nominibus appellentur. Et
ideo facit quod magis nota sint uno
nomine quam alio. Ut peccatum sive
affectus et sine mensura fere idem
dici possit sicut superbia et elatio
aut que apostolus distinguit fere
idem dici possunt vel una particula
tenus sicut nequitia et malignitas.
Unde sufficit sacerdoti unde peni-
tenti quod dicat talia sunt peccata preter ea
nec apostolus nec Gregorius nec Augustinus
inter peccata mortalia posuit mediatione
vel ydolatria vel apostasia vel
veneficium vel sortilegium. Nec propter
in speciali sunt. Quia talia compre-
henduntur sub enumeratis.

Uxorem duxi ideo non possum venire.

Luce xiv. Dicitur quod excusavit se unus
qui invitatus fuit ad nuptias
et sic excusavit se dicens Uxorem
duxi ideo non possum venire. Pertinet
ad luxuriosos. Qui cum hic uxor
accipitur propter carnem ille excusando
se fecit dixit. Certum est ergo quod
qui uxores ducunt ad celestes
nuptias venire possunt. Qui autem
accipiunt propter carnali voluptate
unde dicit Gregorius. Nonnulli in
coniugio non fecunditate prolis
desideria expetunt voluptatis.
Et ideo propter rem iustam faciendo peccant
non immerito res iniusta homine
propter voluptuosus et luxuriosus
ad celestem cenam venire non potest quia
est cum pedibus alligatus. Eccli. vii.
Inveni amariorem muliere mortem
que laqueus venatorum est et cetera. Non
deus quia gravi cadaver. Rethericus libro ii.
putruerunt iumenta in stercore suo
non est dignus quod est splendida veste
indutus. Qui cum indignus fuit
stare in nuptiis qui non habuit
vestem nuptialem. Unde dicitur
Ecclesiastici xxx. Multo fortius qui lux

vestem vituperalem vel sucdidam
Ergo si vxor accipitur propter carnis vo
luptate voluptate tua vili dixit
vxorem duxi ideo non possum venire
Unde sicut est Adam in primo
fundo Secundo actus luxurie committitur
sex modis et quid semper unus
actus grauior est alio Et ad quem
ad hoc sciendum est quod primus actus
luxurie est **Simplex for**
nicatio Dicitur soluti cum soluta
Et licet quidam dicunt fornicationem
simplicem non esse peccatum mortale
hoc secundum Ieronimum defendendum est
Et et impie dictum propter duo primum
quia fornicatio simplex invenitur
in diuina lege prohibita vbi dicitur
non mechaberis vbi secundum augustinum
hoc preceptum prohibet omnem illicitum
concubitum et hoc implicite vnde
dicitur non mechaberis id est nulli alteri
excepto federe matrimonii commisceberis
Unde dicit glossa in libro leui lex autem
nichil prohibet nisi peccatum mortale
et ideo relinquitur quod fornicatio simplex
sit peccatum mortale quod etiam ratio per
evidet Ex hoc nichil a participatione
celestis regni excludit nisi
peccatum mortale Sed simplicem fornicationem excludit
a participatione celestis regni vt patet
per apostolum ad Ephesios v hoc autem scitote
quod omnis fornicator aut immundus
non habet partem in regno xpi et dei
Tercio Ex quo patet quod luxuria est malum
per se quia nullus potest scienter et vo
luntarie sine peccato mortali homini
dum potest fieri sine peccato iustitia exigente
vt cum iudex amore iusticie aliquem
occidit vnde dicitur in decretis Iudex
secundum leges dampnando innocentem non peccat
quia non ipse dampnat sed lex 23 q 5
Siue vel etiam vim vi repellere
licet Item aliquis potest furari sine peccato
Et hoc in extrema necessitate quia tunc sunt
omnia communia Item in festiuis diebus
potest quis opus laborare sine peccato
Item quis potest iurare sine peccato

Et etiam quis iurare potest virgine sine
peccato Unde et nasci sine peccato per
quod Sed nullus potest fornicari scienter
qui mortaliter peccat Bonauentura quod
aliquis nunquam malum cogitauit neque
dixit neque fecit et omnia bona egit
que excogitare potest et semel for
nicatur et sic decedit absque peni
tentia eternaliter dampnabitur Et tamen
si centum misse vsque ad finem
celebrabuntur ab ecclesia pro eo
pro celebraret non liberarent
eum a morte eterna vnde Greg
xi libro moralium Numquam ad inferni
ni mala tollerandum descendit nec
quis vlterius ad lucem redibit quia
nequaquam vltra mina parcere
libeat que semel in locis penalibus
dampna infixa iudicant Beda
in inferno nulla est redemptio nec
dolore mitigatio Et propter illa
breuem delectationem occidit animam
suam propriam et priuat se societate xpi
marie sanctorum et angelorum et
dat se ipsum in potestatem dyaboli de
monum et ad eternum supplicium sic quod
in vno actu luxurie tot annos
ardebit in inferno quot xpus regnabit
in celo quia eternaliter vnde Greg
Breuis delectatio fornicatoris Est etiam
pena fornicatoris Dicitur quod ad
detestationem primus fornicator que
fit cum meretricibus valet ita primum
hoc quod forte quis sunt quingente
et qui credit se aliquis peccare cum
talibus simplici fornicatione ipse
quis committit adulterium Secundum
est quod talis quis committit incestum
quia forsitan tales meretrices cognate
sunt aut consanguinee illius qui
peccat cum eis vnde dicitur in decretis
Affinitas tamen per fornicariam
copulam quam per legittimam contrahitur
35 q 2 Nec eam Ergo si duo
consanguinei peccaret cum vna meretrice
tunc primus absoluitur a simplici
fornicatione sacerdote Sed dubitant
sed auctoritate Episcopi Longe

qui cum talibus peccat magnum se co-
mittit discrimen et licet non sint co-
niuncta vel affines [illegible] vel
[illegible] in summa vitio-
[illegible] de luxuria. Item que peccat
ac si foret ex qua equalis est
[illegible] &c. Videtur actus
luxurie dicitur

Stuprum

quod est illicita defloracio virginum
quod peccatum est gravius quam primum
ad detestacionem huius peccati valent
tria quia hoc peccatum aufert virginitatem
que est thezaurus inestimabilis. Item
valor non est condigna ponderacio
continentis anime. Item tria deus [illegible] in
[illegible] perdidit dignitas virginitatis
Unde Ambrosius. Supergreditur vir-
ginitas condicionem humane nature
per quam homines angelis assimilantur
Item fructus huius dignitatis debetur vir-
ginibus fructus centesimus. con-
iugatis solum debetur tricesimus et
viduis [illegible] sexagesimus. Item super
perdito isto thesauro nunquam recuperari
potest. Unde [illegible] de [illegible] bono virginitatis
si labitur nulla penitencia revertitur ad
integritatem. Unde etiam Jeronimus [illegible]
loquar cum omnia possit deus suscitare
tamen non potest virginem post ruinam
[illegible] liberare de pena sed non
valet coronare corruptam
Nota quia ille qui illicite deflorat
aliquam virginem aliquo est occasio
nulle fornicacionum quas ipsa post modum
committit sicut ille qui primus rumpit
clausuram vel sepe alicuius orti
vel vinee occasio est illius dampni
quod faciunt qui postea veniunt qui
alias intrassent. Unde est regula
iuris quod qui occasionem dampni dedit
dampnum dedisse videtur quia talis
virgo sic corrupta quasi nunquam
maritum legitimum habebit sed pro-
stibulum erit. Item quanto plures peccata sic
perpetraverit ille qui primus eam
violavit omnium reus erit. Unde

Augustinus [illegible] de [illegible]. Omne quod est primum
in omnibus [illegible] est causa omnium eorum
que secuntur de peccatis in eodem genere. Item
quia virgo casta est uxor et spon-
sa Christi / quia ipse est summus sacerdos
qui virgines dei ducit in uxorem
ut habetur Levitici 21. Item si quis
diligeret sponsam [illegible] ne
sponsam eius polluet. Insuper
adulterii debet talis [illegible] Christus qui est
sponsus virginis scit et videt quod sponsam
eius polluis. Et si tibi hoc
fieret cum uxore tua [illegible]. Nonne
[illegible] illum qui talem iniuriam
et verecundiam tibi faceret [illegible]
tua et cum hoc te [illegible] et videre
Sic pariter attendendum est de Christo
cui omnia nuda et aperta sunt qui
indubitanter talem [illegible] in
sua sponsa factam [illegible] vin-
dicabit nisi penitueris et cum
pena placaveris. Item [illegible] actus est

Adulterium

et est gravius peccatum
quam stuprum [illegible] huius
[illegible] hoc quod est con-
[illegible]
sacramentum matrimonii quod ipse deus
in paradiso instituit. Unde
[illegible] tanto sacramento [illegible]
non fit [illegible] magna dei contumelia. Si monachus
professus aliquem ordinem [illegible] beati benedicti
vel sancti dominici vel alterius sancti
[illegible] transgrediendo ordinem
quem ille sanctus instituit / quanto
[illegible] illis qui transgrediuntur quem
deus per se instituit scilicet matrimonium
quod est unum de septem sacramentis. Item
quia hoc peccatum excedit [illegible] furtum
quia [illegible] id quod aufert [illegible] suo
[illegible] primo est magis quam [illegible] terrena
[illegible] substancia hoc patet quia plus diligit
[illegible] uxorem quam [illegible] temporalia
[illegible] super omnes alios [illegible]
[illegible] Unde Genesis 2. dixit Adam
[illegible] de carne [illegible] uxore sua propter hoc relinquet
homo patrem et matrem et adherebit
uxori sue. Item [illegible] huius [illegible]

q potius vellent exheredari et o-
mnibus bonis temporalibus carere quam hoc mala
fecerunt et voluntarie in suis uxoribus
sustinerent. Tertio quia hoc vicium comparatur
et assimilatur homicidio. Vir enim et
mulier sunt una caro scilicet matrimonio
ubi Christus dixit Iam non sunt duo
sed una caro. Ergo qui aufert
uxorem suam alteri idem est ac si corpus
ei auferret. Ergo prohibitio ad-
ulterii in decalogo immediate ponitur
post prohibitionem homicidii et ante
prohibitionem furti. Unde Clemens
papa tercius in omnibus peccatis adulterio
quodam modo sicut enim in penis locum tenet
ita in prohibitionibus. Unde adulterium
est gravius peccatum quam homo potius de-
beret omnem penam temporalem sustinere
vel etiam si necesse esset debet potius
mori et se permittere occidere ab
alio quam in adulterium consentire.
Unde Ioseph magis voluit in
carcerari quam adulterio consentire
ut habetur in Genesi 39. Item Susanna
que est speculum mulierum potius voluit
innocenter occidi quam adulterium con-
sentire committere ut habetur Daniel 13.
Quarto propter multiplicitatem adul-
terii ex penis quas infligunt pro
hoc vicio. Frequenter quia hoc vicium
quosque punit corporaliter spiritualiter
temporaliter et eternaliter. Primo corporaliter
quosque adeo punit. Unde 2 Regum 12
dixit Nathan ad David propter
adulterium commisit. Non recedet
plaga de domo tua usque in sempi-
ternum eo quod despexeris me et tu-
leris uxorem Urie Ethei. Et
quosque talis adulter ex permissione
dei torquetur hic in penis a diabolo
in terrore aliorum. Unde legitur
quod quidam commisit adulterium et post
ecclesiam intravit obsessus est
a demonibus et male punitus
coram omni populo et sic suam misere
vitam reddidit. Sunt omnes contrite
et punita. Item quosque puniantur

temporaliter ut a iure quosque fastigantur
et quondam lapidabantur. Unde Iohannis 8
ubi scribe et pharisei duxerunt mulierem
in adulterio deprehensam ad Christum
dicentes quod Moyses precepisset tale
lapidare. Tunc Christus dixit qui sine
peccato est primus in eam lapidem mittat.
Et si modo omnes adulteri lapidari
deberent forte lapides deficerent.
Et si hic non tamen in futuro lapida-
buntur nisi penituerint. Item puni-
untur spiritualiter scilicet in privacione
celestis regni. Unde Apostolus ad-
ulteri regnum dei non possidebunt.
Item eternaliter Apocalypsis 21. Erit
pars eorum in stagno et sulphure
et igne ardenti. Quarto 7 decem
adulteratores quasi clibanus sunt
sui. Unde legitur quod quidam vir
sanctus et devotus orabat pro
uxore sua defuncta. Illa apparuit
dicens ei quod sequeretur eam et duxit
eum ad domum terribilem in qua
demones horribiles preparaverunt
unam igneam in qua proiecerunt
burgensem unum mortuum de
villa sua et uxorem alterius et
ibi comburebantur et balneabantur
et tamquam in metallo bullienti et
natabant in tali pena tamquam
pisces in olla bullienti et ambo
clamaverunt ve ve ve. Quod ille
audiens perterritus est. Tunc uxor eius
dixit ei. Cum hos quos bene nosti
balnearer ego eternaliter nisi
misericordia dei per penitenciam a peccato re-
vocasset. Illi enim delicto mutuali
thoro adulterino amore ad-
heserunt sed bonus dominus per suam pietatem
et hanc mediatricem ego
finem et eius modum et viam ad
hoc perpetrandum dedi. Quod illis
in peccatis morientibus ego primam
partem salutis. Tunc vir dixit
quid tibi eius profuit confessio
in agone et sacramentis receptis

Laudit nichil eis profuit q(ui)a
no(n) ex caritate s(ed) ex timore mortis
processit talis co(n)fessio et p(e)n(itenti)a
vnde ap(osto)l(u)s Sola caritas est
q(ue) liberat a morte go q(uo)d q(ui)
no(n) fit ex caritate no(n) e(st) meritoriu(m)
et vite eterne. [Q]uarto transgrediu(n)t(ur)
lege(m) regularis professionis
qui votu(m) co(n)tinencie quo se deo
co(n)strinxerat infrangu(n)t violat fide(m)
et isti peccant cu(m) deo datam
et co(n)tra s(e) virtute diuine obligacio(n)is
qua se deo co(n)strinxerat vnd(e)
tales sacrilegi dicu(n)t(ur) vt sunt
religiosi sacerdotes in sacris or-
dinibus co(n)stituti [E]t sanctimonia-
les post(quam) p(er) prelato(s) fuerit
consecrate deo [E]t hoc peccatu(m)
s(e)c(un)d(u)m henr(icum) de gandauo e(st) oib(us)
p(re)dictis g(ra)uius q(ui)a in eo maior
fit iniuria ip(s)i deo. [Q]uinti
transgrediu(n)t(ur) lege(m) na(tur)alis condicio(n)is
vt incestuosi q(ui) cu(m) co(n)sanguineis
suis co(m)miscent(ur) q(uo)d t(ame)n a(liqu)a
bruta a(n)i(m)alia facere abhorrent
vt de camelo scribit(ur) in(frasc)ripte na(tur)a
refugit co(m)misceri vnde narrat
Ioh. xj. li. de a(n)i(m)alib(us) q(uo)d quida(m)
oculos cameli clam(n)de sua ob-
texit et sic matrem sua(m) submi-
sit, q(uo)d cu(m) camelus post con-
cubitu(m) agnouit statim illu(m) calcib(us)
p(re)mit et suis pedib(us) conculcauit
[E]t(ia)m hoc peccatu(m) hominem qua(n)dam(que) cr(ea)-
turam reddit [C]anis enim in ope(re)
suo no(n) seruat co(n)sanguinitate(m) [E]t
p(ro)pt(er) magnitudine(m) istius peccati ap(osto)l(u)s
paulus tradidit sathane qua(n)dam
ando alium fornicatorem qui cu(m)
nouerca sua peccauit vt h(abetu)r
i Cor. v. [S]exti transgrediu(n)t(ur)
lege(m) na(tur)alis inclinacio(n)is qui
vicio indicibili se co(n)tami(n)ant
contra natura(m) peccantes et na(tur)alem
vsum co(m)mixtionis quacu(m)que arte

vel in genere p(er)uertere. [E]t hoc
peccatu(m) s(ecundu)m aug(ustinu)m est g(ra)uius oib(us)
alijs peccatis p(ro)pt(er) q(uo)d inuitu(m) vel
indicibile dicit(ur) eo q(uo)d ip(su)m nominare
turpissimu(m) e(st) ita q(uo)d os dicentis
et audientis polluat(ur) vt in decr(etis)
32 q. 7 [I]n eo. [E]t ip(su)d idem peccatu(m)
p(ro)pt(er) sui enormitate(m) e(st) vnu(m) de peccatis
clamantib(us) et diuina(m) vltio(n)em inq(ui)r(unt)
postulantib(us) vnde Gen. 18 dicit d(omi)n(u)s
clamor [S]odomor(um) et gomorre
multiplicatus e(st) et peccatu(m) eor(um)
aggrauatu(m) e(st) nimis et post
d(omi)n(u)s quasi admirans et dubitans
sup(er) tanto scelere dicit descendam et
videbo vtru(m) clamore(m) ope(re) com-
pleuerint quasi incredibile ei sit
videri homines tantu(m) flagitiu(m) p(er)petrasse
et h(oc) peccatu(m) in na(tur)a hu(m)ana e(ss)e
[E]t h(oc) eciam fuit vna causa q(ua)re
x(ristu)s distulit tam diu incarnari
vnde legit(ur) q(uod) p(ro)pt(er) h(oc) malum
verum filius dei multo t(em)p(o)re distu-
lit incarnari [E]t in fi(gura) h(u)i(us)
oes sodomite extincti sunt in nocte
natiuitatis x(rist)i. [A]ug(ustinu)s dicit veniente
in carne deo hostes na(tur)e sodomitas
in terra morte reperit et subita
in(ter)fecit. [A]d designandu(m) q(uo)d cu(m) in
humana na(tur)a nulla(m) inveniret de-
bet tale peccatu(m) q(ui)a na(tur)am filius
significauit cu(m) homo natus
sit [E]t s(e)c(un)d(u)m q(uo)d tales sodomite
sunt pessimi homines vnde Gen.
13 [H]omines aut(em) sodomite erant
pessimi et peccatores cora(m) d(omi)no
nimis [E]t gravitas illius pec(cati)
p(er)z i(n) vindicta subv(er)sionis q(u)inq(ue)
ciuitatu(m) [V]nde [E]ximdq(?) hoc vicio
q(uam) detestabile sit p(er)z p(er) penam sodo-
mitis inflicta(m) [I]n qua vindicta
attendendu(m) e(st) q(uo)d d(omi)n(u)s no(n) solu(m) pu-
niri nocentes voluit [S]ed eciam
innocentes p(ar)uulos s(ecundu)m vni(us) decl(ara)c(i)o(n)em

Incestus

Contra naturam

In hoc est provinciam pueris ane ducimus vincetes exempla peccatum sequentem et gravius dampnacionem Et eciam civitates regiones punire voluit nec solum homines ymo eciam animalia et terre nascencia Quam propter terram destruxit eam convertendo in mare mortuum in quo nichil vivit nec avis nec piscis Unde Gen 19 Deus pluit super sodomam et gomorram ignem et sulphur de celo et subvertit civitates has et omnem regionem et universos habitatores urbium et cuncta terre virencia Et tum ista pena punita est hoc peccatum tempore abrahe usque ad hanc diem et iterum loquitur temporibus [illegible] est elapsum Circa abraham transacta sunt duo milia sexcenti septuaginta sex anni a Christo autem citra transacti sunt mille quadraginta decem et octo anni hiis omnibus silicet computatis tamen sunt quatuor milia annorum et nonaginta duo anni et adhuc usque hodie semper punitur hoc peccatum quod cum per tot annos perpetratum est quia nichil fit ibi vermes nec avis nec piscis ergo [illegible] locus dicitur iam mare mortuum Item nec hoc cogitandum de tali peccato unde uxor ipsius loth educta de sodomis cum filiabus et marito respiciens conversa est in statuam salis ad ostendendum quantum deus displiceat memoria huius peccati

Sed queritur quid sit peccatum sodomiticum et quo perpetratur Et dicit Johannes in summa sua libro 3o titulo 38 q 137 Quocumque modo fiat luxurie extra [illegible] inter marem et feminam ordinate et in vase debito vocatur contra naturam et sodomiticum iudicatur Unde sciendum quod [illegible] in actu luxurie ordinem et debitum modum servat tam in uxore propria quam in aliena sive in matrimonio sive extra [illegible] Illa possit quis ordine perficere eam cum uxore propria quod gravius peccaret quam si meretricem propriam cognosceret Unde Augustinus et ponitur in decretis hoc vicium maius est quam si meretricem suam quis cognosceret Malus enim esset qui meretricem propriam cognosceret sed ille peior ymo pessimus unde Gen 19 homines sodomite pessimi erant et peccatores coram deo nimis [illegible] et in supplicio Ergo nullus [illegible] perficere debitum ordinem Augustinus valde detestabile esset quod mulier esset accepta [illegible] glossa et [illegible] Item de hoc vide et sanctus Thomas de aquino 22 q 17 [illegible] Gravissimum inter omnia peccata luxurie est vicium contra naturam Unde eciam dicit Augustinus et ponitur in decretis Gravius omnibus peccatis aliis est peccatum contra naturam propter quod mutum vel indicibile dicitur eo quod ipsum nominare est [illegible] est 37 q 7 In eo Item [illegible] quod ipsi demones abhorrent illud vicium propter nobilitatem nature unde legitur in libro de apibus Mulier sodomita iacuit in lecto et [illegible] ipsa peccavit audivit [illegible] clamatorem [illegible] vicibus [illegible] Que ne [illegible] ad confessorem venit et penitentiam egit ultra quam [illegible]

Ultimo queritur an sit differentia inter peccata sodomitica et quod ipsorum sit gravissimum Dico ut habetur in summa [illegible] libro 2 titulo 4 q 2 [illegible] est quadruplex differentia peccatorum contra naturam Est peccatum mollicies quod consistit in sola emissione concubitu ad alterum Secundum quod gravius est ubi non servatur debitus modus concumbendi Tertium ad hunc gravius est ubi non servatur debitum vas Quartum quod ad hunc gravius ubi non servatur debitus sexus sed masculorum concubitus Quintum autem quod gravissimum est est peccatum bestialitatis sed ubi non servatur debita species [illegible] Sed sciendum quod valde caute est loquendum in sermone de tali pessimo vicio etc.

differentia peccatorum contra naturam

Ex quo completi dictum est sermone
de luxuria que actu committitur
tunc in primo sermone tria sunt dicenda
primo quod luxuria committitur sine
actu et quod sit peccatum mortale
et quod non. Secundo quomodo hoc probatur
quod unusquisque per caste vivere
~~et ab hoc~~ ab actu luxurie abstinere
et caste vivere. Tercio exemplo
Quantum ad primum sciendum quod luxuria
sine actu committitur duobus modis
primo quando quis habet turpes cogitationes
tamen sine delectatione et contra voluntatem
suam sibi incidit et hoc nullum
est peccatum. Unde Gregorius super Ezech.
Quantumcumque inmunda sit cogitatio mentem
non polluit si racio non consentit.
Ergo boni homines caste viventes
non debent multum turbari ex eo quod
male et pessime cogitationes incidunt
quia diabolus plus bonos
quam malos qui voluntatem diaboli
in omnibus exequuntur. Unde Gregorius Antiquus
hostis callidus deceptionibus molimina
ex ardentius exequitur quanto
celestis precia servientis nobis aliquem
nos conspicit. Unde sanctus Bernardus non
enim contristari debemus si in tentationes
incidimus si a tentationibus
separati non fuimus. Ergo si quis
temptatur de pessimis et mundanis
cogitationibus viriliter resistere debet
tunc erit ei meritorium. Unde Bernardus
Quotiens resistendo totiens coronaberis.
Ideo in hoc meditacionem
demonum et malas suggestiones
ingerere in vivo et illis non consentire
Ita quotiens resistimus totiens diabolum
superamus angelos letificamus deum
honoramus. Secundo quando alicui incidit
mala cogitatio cum delectatione
tamen sine consensu plene rationis
tunc est peccatum veniale. Unde sanctus
est quod in primo peccato in primis parentibus
concurrebant tres persone scilicet diabolus
in specie serpentis qui suggessit
mulieri et mulier que dedit viro
et vir qui comedit de pomo vetito
tunc peccatum consummatum fuit in adi
quantum ad tres similiter in nobis. Secundum
Augustinum suggestio serpentis in
nobis primus motus ex vanitate
proveniens. Comestio vero mulieris
est delectatio. Sed comestio viri
est consensus per hec enim tria
scilicet suggestionem delectationem et
consensum consummitur
peccatum. Dicitur. Quia temptatio per
suggestionem que in cogitatione
consistit incohatur. et si tunc ei
non consentitur sed ei cum re
sistitur tunc nullum est peccatum. Sed per
delectationem cogitationis temptatio
progreditur et sic erit veniale
quantumcumque cogitationi delectatio ad
iuncta advenit. Sed per consen
sum temptatio et peccatum consummatur.
Ergo firmiter cavere debemus ne
delectemur in cogitationibus ma
lis quia cum delectatio advenit tunc
est veniale peccatum et hoc intellige
quod consensus rationis ibi non est.
Tercio committitur quando quis dat con
sensum in morosa delectatione sicut
qui delectantur cum plena ratione
in malis cogitationibus et in eisdem
se involvunt tunc talis morosa
delectatio est peccatum mortale. Unde
Augustinus cogitatio morosa cum delectatione
et consensu est mortalis. Dicunt
tamen multi faciunt tam mulieres
quam viri et eciam virgines quod licet
nolunt ad actum procedere tamen volunt
in pravis delectationibus et delectabiliter
delectari quod tamen nimis est periculosum
quia facillime ex hoc peccatum incurrunt
quod eciam Ita probat in Epistola
sua ubi dicit Concupiscentia
interior animi delectatio cum
conceperit sub audiendo consensum

Marginal notes: 2us — Luxuria committitur sine actu — 3us — De morosa delectatione — .20

racionis parit peccatum scilicet mortale
Quarto committitur quando quis ex ma-
la cogitacione et delectacione dat con-
sensum et voluntatem ad ipsum opus
et hoc semper est peccatum mortale
unde augustinus super Gen dicit racio con-
senciat ei quod libido commovit fa-
ciendum esse et non distrahat con-
tinendum esse et non distringat non
ei peccatum imputatur. Etiam si non
consequitur factum quod rea tenetur in
consciencia Et hoc etiam intel-
ligitur de quolibet peccato mortali quod
homo committit proponit unde dicitur
inderectus fraudu maliciosus voluntas
pro opere reputatur de peccato i dicitur
Ergo quicumque regnum celeste intrare
dicit quod sic stat in proposito suo quod
si eternaliter viveret numquam moechetur
peccare vellet ergo de necessitate salutis
quod quilibet sine sit masculus sive virgo fe-
mei sexus sic stat in suo proposito
quod numquam velit facere actum luxurie
nisi in uxoribus Quinto committitur
consensu ut cum quis ex visu concupis-
cit aliam personam et ea intencione
eam inspicit ut ea concupiscere
velit agit in Qui viderit mu-
lierem ad concupiscendam eam scilicet ut
concupiscencia transeat in affectum
cordis et in consensum racionis
et etiam si facultas adsit facere dis-
ponit iam mechatus est eam in corde
suo vi gratia Dicit quis una die tota
domum intraret et in qualibet domo
tale concupiscenciam ita dicta sibi per
visum acquireret tot peccata mortalia
committeret ergo necessaria est custodia
oculorum primo quia oculi sunt valde
veloces ad nocendum anime ideo pre-
donibus comparantur Trenorum oculus
meus depredatus est animam meam
unde etiam i Gen vidit mulier lignum
quod esset bonum ad vescendum et
pulcrum oculis aspectuque delectabile
et tulit de fructu eius et comedit
dedit que viro suo unde Gregorius
Non enim eva lignum tetigisset nisi
prius incaute respexisset Secundo custo-
diendi sunt oculi quia sunt quasi due
porte in castro corporis Ieremie ix
ejus portas claude castri scilicet ipsum
castrum Dicit sicut dicitur scilicet oculos
meos tunc scilicet castrum corporis intra-
vit tunc sequitur intrat mors i dicitur
et tunc sequitur intrat mors i diam
per fenestras meas Et consequitur per
quod demus meas scilicet in homine si oculos
non Dicit enim dominus castri qui non
vult scilicet ingressum ad scilicet castrum unde
scilicet ingressum ad scilicet castrum unde
dicit super in libro Dicit oculus tuus
nequam fuerit totum corpus tenebrosum
erit Item tercio custodiendi sunt oculi
et visus ex parte mulieris quia a
planta pedis usque adverticem non
est locus in muliere certa in qua
non sit positus laqueus dyaboli
ad capiendum animas Ecclesiastici genere
spiritus mulierem cavendum ne forte in-
cidas in laqueos illius Et quia
dyabolus utitur mulieribus pom-
pose ornatis tamquam retibus et tamquam
gladiis ad capiendum et occidendum
unde legitur gladius igneus est
species mulieris primo gladius bi-
ceps mulier pompose ornata
hoc patet ex eo quia occidit animam
propriam per superbiam et animam pro-
ximi per luxuriam et mala concupi-
scencia Queritur quid faciendum
sit homini tu vides aliquam personam
ornatam et pulcram ut sibi non
noceat in anima sua Dicendum quod duo
cogitanda sunt primo quod numquam tanta
cura et diligencia fuisti ad orna-
ciendam animam tuam eternaliter victuram
ad complacendum deo sicut illa persona
fuit ad ornandum corpus suum putri-
dum et mortale ad complacendum
mundo Et sic dolere debes de acci-
dia et negligencia tua et prudencie
illius anime qua sic pompose videtur

uicede Sedo cogitandu e quam
pulcre sit facies electorum in celo
et quod erubescit in stola glorie si
ille mortalis ... qui hodie est
et cras moritur tam pulcher e ad
videndum Quid tunc dicit de immortalibus
pro indicium eclat vomicibus
Et sic homo per hoc dz sibi acqui-
rere afferens provamedu ad celestem
claritate Sciendu eciam quod si homo
vidz mulierem vel virginem tantum
rem vel virginem non mala cogita-
do vel affectando non e peccatum
quamvis sit incautum unde Bernardus
non licet vide que non licet concu-
pisci unde Ecia Augustinus in regula
neque feminas vide prohibitum e
sed appetere vel ab ipsis appeti crimi-
nosum est Sexto committitur locucione
vel risu ut cum loquitur accidet aliqua
persona ea intencione ut eam alliceat
sic peccat mortaliter vel gravius Si quis
loquitur iocosum verbum ex ioco e tm
veniale Si quis loquitur verbum iocosum
ea intencione ut illa persona ad actum
illicitum alliciat tunc verbum iocosum
quod in alio esset veniale est sibi
mortale propter pravam intencionem unde
dicitur ipsi docet deus iudicat inte-
ciones de peccatis Simile intelligendum
e de risu ut cum quis accedit aliquam
personam ea intencione ut illa personam
ad mala concupiscentia et ad actum
illicitum alliciat tunc talis mortaliter
peccat propter perversam intencionem unde
Luce. vi Ve vobis qui nunc videtis
Sz si alias accedet aliqua persona
propter noticiam vel ex quadam levitate
vel consuetudine vel examinacione vel
ex ioco tunc vix peccaret venialiter
Sciendum quod aliqui antiqui et eciam
quidam mulieres et virgines sepius
locuntur verba scurrilia et luxuriosa quod
e valde reprehensibile quia per hoc ondunt
quod habent corda impudica quia sicut

dicitur ipsi ut habetur mt xii Ex ha-
bundancia cordis os loquitur Qui-
cumque verba dicit Crisostomus Qualis
est unusquisque talia verba
loquitur et opera facit unde eciam
Aristoteles in ethicorum Qualis unus-
quisque e talis dicit et talia
operatur et talis vivit Unde eciam
quia Qualis sermo ondit qualis
et animus comprobatur Sicut igitur homines
spirituales pure et homines devoti
sepius vocant deum et dominum nostrum
Ihesum Christum et beatam virginem et loqui-
lecta et verba salutaria quia habent
corda pudica et casta Sed apposi-
tiuntur mali et perversi et impudici
homines proferentes verba scurrilia
et luxuriosa unde ipso de fundo
bona aliqua more simacis censtam
non esse debet Ita sicut mali
mores bona colloquia corrumpunt
ita prava colloquia bonos mores
corrumpunt Septimo committitur
per tactus impudicos et per amplexus
et oscula et hujusmodi Omni modo
vocatur per apostolum turpitudo et
ille modus eciam e peccatum mortale
Et sicut dicitur compendio theo-
logice veritatis Est tantum genus peccati
quanto magis per talia libido accen-
ditur propter nimia approximacionem ad
mulierem vel ad virginem Tunc sicut
eius magnam sicud tangere mulierem
preter intencionem non e peccatum Simile
tangere mulierem ex ioco solum est
veniale Sz tangere ex libidine
vel osculari ad se non pertinentem
e peccatum mortale Heu hoc illi
non advertunt qui ut frequenter mulieres
et virgines impudice tangunt
sive amplexando osculando vel
quo deum graviter offendunt unde
dicitur ipsi docet Tactus lascivus
et sine copula e grave peccatum
xi q. i. Octavo aliqua
committitur sine actu fornicacionis

corporis vel alia signa ad luxuriam
incitancia. Ubi glosa vt sunt isti qui
non corrumpunt nec actu spirituale vo-
lunt sed faciunt vt corrumpantur vt mu-
lieres et virgines que ad hoc se la-
vant et ornant vel capud discoperiunt
vt amabiliores fiant quod non solum
in plateis et choreis verum eciam
in ecclesia corda virorum vulnerant
dum eis cum colore albo nunc rubeo
nunc familiari colloquio nunc manuum
in recessione nunc vultus ostensione se
ille faciunt quod cum alio faciat funes
et depingit se sic pictor ymaginem
et per talia laqueum et occasionem
ruine prestat proximis. Et tales
qui se non corrumpunt nec actum
fate intendunt sed corrumpi ab
aliis volunt sunt occisores anima-
rum de quibus deus astrictam racionem ex-
iget ab eis de omnibus animabus illis quas
sic ad peccatum traxerint vt dicitur Exodi
xxi Qui fodit cisternam et eam non
operuit et si cadit in ea bos
vel asinus dominus cisterne reddet precium
eius. Ubi dicit Glosa: Cisterna aperta
ubi mulier ornata est bos vel asinus
incidit in eam cum homo per amatum cum
illaqueatur tunc mulier illa reddet racionem
de animabus illis. Vnde Crisostomus in moralibus
tot mortibus digna est quot exem-
plum prauitatis in posteros transmittit.
Ergo mulieres et virgines non debent se
pompose ornare. Vnde Augustinus in
libro ad sacras virgines: Nulla virgo
nec ornatu capitis nec habitu
oculis exactis sed cum vultu ad terram
deposito procedat ne in se oculos
inducat amores et si non peccat
in aliis peccandi causa existat.

Nono committitur per dona et mu-
nuscula vt cum quis dat alicui
persone aliquod donum vel clenodium
ea intencione vt eam sic ad malam
concupiscenciam et ad malum actum alliciat
talis sic dans siue sit prenomi-
nato siue alio opere peccat mortaliter

propter malam intencionem. Sed si ea amicicie
vel propter honestam causam daret
tunc nichil peccaret. Ex iam dictis
patet quod duo possunt facere vnum actum
in quo vnus non peccat et alter peccat
mortaliter propter peruersam intencionem vt si
aurum Thomas in secunda dicti recipiunt aurum
a fine vno mechanici quod peccat
vel vendit tale clenodium illi quem
consuetudinarie scit sic velle abuti
reus est illius peccati et peccat quantum
sic sunt in medius quod est mediator
illarum personarum sciens et portat tali
persone tale donum sciens ad tale
malum fine corrumpendi reus est illius
peccati et grauiter peccat. Decimo com-
mittitur quando libenter vellent actu
luxurie perficere et bene possent quia
habent opportunitatem loci et temporis et
persone sed solum propter dimittunt quia
timent iudicium et scandalum hominum et
confessorem suam. Sed si scirent se pos-
se latere in hoc actu nec deum nec
scitos nec salutem sue curarent hoc
opus perpetrarent. Et tales qui
sic dimittunt non propter deum sed solum
propter homines contra deum offendunt
quia voluntas eorum deliberata est ad
actum illum. Vnde Leo papa: Quamuis
nonnulli dum corde concipiunt peccatum
faciendi deliberant id tamen timore di-
mittunt aut propter difficultatem ad-
implere nequiunt cum proposito in
pectore moriuntur. Et hoc idem intelli-
gendum est de quolibet peccato mortali quod quis
non propter deum dimittit sed solum propter
penam vel timorem hominum. Vnde
eciam Augustinus contra voluntate reus est
qui vult quod non licet sed ideo non
facit quia non potest inpune fieri.
Ubi glosa sic quis non cecidisti vel
vestes pomposas non portans
propterea quia mater vel pater vel
aliquis propinquus eius nuper defunctus
est vel quia prohibitum sub aliqua
pena portare longas caudas vel

scissas vestes Oz si hoc non esset
propter deum non dimittet si animo faceret
Sicut qui concupisset rem proximi sui
et hanc libenter sibi subtraheret si sus-
pendium non timeret talis iam in voluntate
mala peccavit unde dicitur in decretis
Fur coram deo reputatur qui volens fu-
rari Oz propter penam vel timorem humanum
non furatus est de pen. d. i. Si propterea contra
peccatis intus Si autem quis ad actum
luxurie procedit tunc semper est peccatum
mortale etc. in parte secunda Secundo sciendum
quod illi qui dicunt se non posse caste
vivere licet ab actu luxurie abstinere
loquuntur contra veritatem fidei quia cum ad-
(dei) iutorio quis homo potest se a luxuria
continere et abstinere Et oppositum tenere
sapit heresim quo quis audet dicere
quod eciam cum adiutorio dei non posset
continenter vivere quia talis loquitur
contra primum articulum ubi dicitur Credo
in deum patrem omnipotentem unde eciam
Apostolus dicit Omnia possum in eo
qui me confortat etc. probatur ex (per triduum)
hoc quod quilibet potest caste vivere quia si propter
unum actum luxurie deberet perdere
omnia bona sua temporalia vel sciret
se amissurum pedem vel manum
vel ambos oculos vel si sciret
quod deberet cito cremari sicut beatus
Laurencius in craticula omnino ab-
stineret et numquam usque ad mortem
aliquem actum luxurie sciens et voluntarie
perpetraret etc. Quare tunc non
magis propter deum et propter salutem propriam
et propter eternam dampnacionem evitandam
debes a luxuria abstinere Ergo
primum remedium contra quos temptatur
de luxuria est quod homo sepius ieiu-
nat vel flagellat vel aliter puniat
corpus suum et subtrahit sibi de cibo
et potu unde Hugo de sancto victore
parca enim vita studet vitia libidi-
num extinguit virtute nutrit animam
roborat mentem ad celestia elevat
Oz autem pruritus corporis extinguit
luxuriam patet de beato Benedicto qui propter
ardorem luxurie inter spinas prosternit
se et vulneravit corpus suum et
per vulnera carnis extinxit ardorem
libidinis Item legitur de beato Benedicto
qui semel immersit in gelida aqua se
propter vehementem temptacionem carnis
Oz autem subtractio cibi et potus ex-
tinguit luxuriam patet ultimo per
tale exemplum Erat quidam adolescens
qui erubuit illatus in concupiscencia
carnis vehementer contra honestam
et pulchram mulierem at [illegible] et ipsa
repulit eum sepius et ipse dixit
si non adimplet voluntatem suam
oportet eum mori Tunc ipsa assignavit
ei certum locum et horam qua de-
beret venire ad eam Cum autem venit
tunc ipsa dixit voluntas mea non adim-
plebitur nisi consenseris michi in una
peticione et ipse libenter consensit tunc
ipsa inclusit eam in una camera
(per triduum) sine cibo et potu et quarta
die preparavit locum unum cum mensa
illic posita que fuit plena cum bonis
ferculis et cibariis et potibus Cum appropinquasset
preparavit pulchrum lectum et dixit
Iuvenis eam optimam tibi dederim
vis comedere et bibere vel voluntatem
meam adimplere Et voluntate tua
peracta te inducam et iam non gustabis
quicquam comedendo et bibendo Tunc
Iuvenis respondit Ego iam ita fatigatus
et attenuatus sum fame et siti
quod ignis concupiscencie totus refrixit
Et iam nullam concupiscenciam erga te
habeo sed me delectat comedere et
bibere magis quam quicquam aliud facere
Et ipsa inquit Tunc dixisti quod
oporteret te mori nisi ego tibi con-
senserem unde et apud eum sic
accensus es tunc subtrahe tibi
de cibo et potu et sic poteris
concupiscenciam carnis extinguere
et caste vivere etc.

De pollutione noctur-
na. distinguit autem

Gregorius tres eius species. Prima
est quando ex sola superfluitate se natura
exonerat et tali superfluo humore
se purgat et tunc nullum est peccatum
nisi forte mente turpis ymaginatio
consenserit. Sed queritur si natura
licite potest exonerare in dormiente
quare homo vigilando se non potest
exonerare. Et potest dici quia vi-
gilando non potest fieri sine aliquo turpi
motu. Sed omnis talis turpis motus
prohibitus est. Dicunt tamen multi quia
dicuntur seminifluui qui emittunt se-
men vigilando et dormiendo
velint nolint. Sed dicunt medici
quod hoc est potius ex morbo quam ex
luxuria. Multi etiam sunt tam lasci-
ui quod si membrum virile aliquo
tactu vel fricatione moueat ut
equitando vel eundo vel aliter sta-
tim pre libidinis impatientia semen
effundunt et de talibus nisi nequiter
possint ab eo fricatione in illo mem-
bro sibi caueant et per aquam fri-
gidam vel aliomodo ardorem compes-
cant peccant mortaliter. Secunda
species est quando aliquis se ita crapulat
et cibis et potibus ingurgitat
quod venter in libidinem despumat
et tunc est veniale peccatum si magnum
precipue si in polluendo turpis
ymaginatio mente consenserit. Et
sepe in dormiente contingit quod tunc
species lascivas eiusdem ymagines. Sed
in casu secundo Gregorius dicit quod sacer-
dos si hoc modo in nocte pollutus
fuit debet in crastino a diuinis
officijs abstinere nec celebrare
debet nisi aliqua premat necessitas
utrum si dies solemnis sit et populus
ad missam audiendam conuenit
melius est quod tunc cum proposito
penitendi celebret ubi alius sacer-
dos non sit, prius quam populus scandali-
zetur. Debet autem pro tali pollu-
tione penitere vel disciplina se casti-
gando vel se aliqua frigida aqua
abluendo vel in cibis quadrage-
simalibus ieiunando vel se laneis
induendo post sordes nocturne pol-
lutionis abstergat antequam ad
sacramentum altaris accedat. Tercius
casus est quando ex precedenti cogitatione
alicui talis pollutio contingit ut
si aliquis prius multum de aliqua
femina cogitauit vel cum ea con-
fabulatus fuit et tunc ut dicit
Gregorius mortale est peccatum. Videtur
tamen quod nulla pollutio nocturna sit
peccatum mortale. Quia omne peccatum
adeo est voluntarium quod si non est volun-
tarium non est peccatum. Sed constat quod
in sompno non vtitur homo aliqua
deliberatione quia non vtitur homo
libero arbitrio nec racionis discrecione
ergo non peccat mortaliter. Sed contra
sunt cantica. Ego dormio et cor
meum vigilat. Ita in sompno sic
caro mea dormiat ut mens
in Christo vigilet. Item apparuit
angelus Joseph in sompnis dicens
Surge et accipe puerum et matrem
eius etc. Et surrexit Joseph Joseph
et abijt ergo intellexit quod ei in
sompno dicebatur. Ergo vsus est
racionis in sompno et ita mereri
potuit et peccare in sompno. Hanc
questionem non audeo hic determinare
sed semper Gregorio credatur et quod
pollutio sine illusione nocturna sit
peccatum dicatur. Secundum dicunt quidam
quod sicut furiosus qui ex culpa sua
incipit in furore peccare homicidium
committendo licet libero arbitrio

nò vtatur Nec sciat quid agat
quia opera omnia peccata ex voluntate
sequentia quam sequitur cum incidit in
furore deformantur Ita nostra
hoc illud deformatur ex peccata vo-
luntate comedendi vel bibendi
quam homo habuit cum se talibus occu-
pavit vel cum formosam aspexit
vel de ipsa cogitavit licet
aliquis dicat quod nullus peccat quod
dormiendo sibi contrahit immundicia
propter se mundare debet antequam ad
altare accedat vel eucharistiam sumat
Unde Gregorius dicit illa esse peccata
que origines eorum et causa sunt peccata

Utrum aliquis potest mor-
taliter peccare cum propria uxore

Sciendum est quod homo mereri potest
et peccare mortaliter cum propria uxore
Coitus enim coniugalis alius
est licitus, alius fragilis, alius
impetuosus. Licitus secundum quosdam
triplex est. Est enim quidam causa susci-
tande prolis ad cultum dei. Quidam
causa reddendi debitum exigenti et
Quidam causa vitande fornica-
tionis Ut si quis accessurus
sit ad considerandum lascivias mulierum
et de lapsu timeat et propter hoc
prius se in ipsa uxore refrigerat
per hoc meretur Tamen beatus
Augustinus dicit quod Coitus coniugalis
duplex meritorius est si cum fit cau-
sa suscitande prolis vel causa
reddendi debitum dicit enim Augustinus
Redde et in satisfactione tibi computabitur
Cum enim rex stetit cum uxore
sua dormit communis provincia et
voluptate carnis sentiat dummodo
animum non applicet nec ei delectatio
carnalis placeat nullo modo peccat
Sicut si aliquis dulcem cibum come-
dat licet non in tali dulcedine
delectetur dummodo illa delectatio

venialis sit extra consensum animi
nullum est peccatum Item Coitus coniu-
galis quidam dicitur fragilis quia
ex fragilitate pervenit ut cum
aliquis propter motus carnis non
causa prolis Nec reddendi cau-
sa debiti Nec causa vitande
fornicationis sed tamen propter nimiam
nature fragilitatem ad uxorem suam
accedat et talis coitus veniale
est peccatum Excusatur enim a mortali
propter honestatem coniugii Tercio
modo coitus coniugalis dicitur
impetuosus Cui dividitur
quadruplicem Est enim quidam
coitus propter libidinem per meretricias
blandicias faciendas Secundum
enim fit in membris mulieris non
ad hoc concessis, nec multum distre-
pat hoc a peccato contra naturam et
dispendium partus Unde tali
diligencia est punita qui contra naturam
peccavit Secundum etiam fit in
tempore prohibito Tercius etiam
fit in muliere pregnante prope
partum vel cum menstruata vel
cum decumbente in puerperio Secundum
etiam addit si fiat in publico
multis videntibus cum propria uxore
dicit enim philosophus multa possunt
honeste fieri que non possunt
honeste videri In quolibet istorum
casuum mortale est peccatum Unde
dicit beatus Gregorius Nichil est
turpius quam ita diligere uxorem sicut
adulteram vel meretricem Vehemen-
tior enim amator vel ardentior
in propria uxore adulter est Unde qui
ita delectatur in pulchritudine uxoris
sue vel in suavitate carnis ut
in blandiciis meretriciis vel adul-
terinis quod se effundunt in libi-
dine et tota die et nocte per
lasciva oscula et turpes am-

plexus et etiam qui calant uxoribus
sub vtilis peccant mortaliter et
grauius est eis penitencia iniungenda
et ideo grauior quia uxoribus quibus
sunt ad vtilitatem abutuntur ad vo-
luptatem Nec vsum appetitus
matrimonii sed abusione adulterii
et mirum est quod quas habere possunt
ad voluntatem sunt tamen ad voluptatem
Iniungenda eis est penitencia paulo
minor quam pro adulterio et osten-
dendum est eis quod uxores suas
non debet ad libidinem prouocare
sed ad castitatem informare Similiter
sed mulieribus in mulieribus iniungendum
est quod vir et uxor a sacerdote
sicut ergo vir et uxor a sacerdote
sed illud tamen quod exequuntur in officio
coniugali quod credit non in mori
non quod persuadet mentum

Qu non omni tempore sit coniugale debitum exigendum Sicut supra

dictum est Nondum vir cum uxore
sua dormire tempore prohibito
Quia precipit apostolus quod vir et
mulier ad tempus vacent ab amplexi-
bus vt orationi vacare possint
liberius et postea in idem redeant
ne temptet eos sathanas dicit enim
quidam sapiens frustra venerantur
laurentium in craticula qui voluptati
in lascivia frustra venerantur festum
petri et andree de cruce qui ex
crescit delicias in amplexu peccant
ergo mortaliter qui in magnis solem-
nitatibus in quibus de obsequio dei
vigilare debent et diuina au-
dire officia cum uxoribus suis dor-
miunt Vnde etiam vrias dixit
ad dauid quod non esset ei licitum
cum uxore sua dormire quod diu
archa dei esset in castris Nunc
autem si in nocte solemni vir et
mulier debitum exigat pro persona

negare que exigit Cum fortassis
dicat aliqua aut ego tempore dormiam
aut cum persona aliena ad hoc nullo
dicitur quod sic non teneor furioso
gladium quem penes meum sane
mentis esset deposuit reddere quia
mentem recepit vt homo sed sicut
insanus Ita vir non tenetur reddere
debitum vxori si repetat illud tanquam
furiosa in die natalis domini vel
in die parasceues vel in die resurrectionis
vel in die penthecostes vel in
die assumptionis beate marie et
consimili Si tamen mulier videat virum
esse ita impetuosum quod nec simplici
prece aliquando possit eum cohibere
quando ad ipsum vel aliam velit acce-
dere melius est quod tunc reddat debitum
quam permittit virum suum enormiter
peccare et in hoc casu non peccat
mortaliter sed vir Talibus autem in-
iungendum est quod ieiuniis et disci-
plinis cubilibus duris vestibus
hirsutis et aliis operibus bonis re-
compenset excessus quos fecerit
in talibus solemnitatibus Et inducendi
sunt eis ad memoriam quod tempore est illa
nocte esse in amplexibus in qua petrus
fuit in cruce laurencius in cra-
ticula et ita de ceteris Iniungendum
est eis vt tot noctibus vacet ab am-
plexibus licitis quot indulserit illicitis
Et quod in magnis solemnitatibus
cubilia habeant separata ne per
mutuos contactus ad libidinem
excitentur Istud tamen nunquam debet fieri
nisi vbi ex vtraque parte nulla
penitus sit suspicio adulterii quia
mulier sepe vellet a thoro viri
separari vt posset liberius adulterari

Vtrum liceat cognoscere vxorem pregnantem vel menstruatam

Dicitur quod est supra quod ad vxore

pregnate vir accedere non debet
quia sepe contingit quod mulier
tunc oppressa abortum facit Et
constat quod qui ad talem accedit
ab actu nichil nisi ut suam com-
pleat libidinem aliud facit Ulte-
rius periculosum est cum menstruata dor-
mire, quia sepe partus inde
nascitur leprosus Unde obiectio
Sicut mulier tenetur reddere debitum
in lepra ita et in menstruis
Dicendum quod non est simile menstruum
enim transit, lepra vero manet
Item tempore purgationis post partum est abstinere
in puerperio [illegible] accedere
dum laborat menstruo fluxu
quia diu sunt fluxus [illegible] hu-
moris et peccat mortaliter mu-
lieres si viros illo tempore recipiant
Et viri si ille debitum exigeres
et multo maior est eius pena in-
iungenda quam pro simplici for-
nicatione Sed de his aut talibus non
sunt certe pene assignate Unde
sunt sub arbitrio discreti sacerdotis
imponende In hiis enim debent
confessarii et cause impulsive
diligenter sunt inquirende et
cause periculo et scandali ut ab-
stineant inducende Unde tamen
sciendum quod si vir ab uxore puerpera
debitum instanter exigat et hec
de lapsu viri timeat ad puri-
ficationis statum accedat et debitum
reddat Non est enim certum tempus sta-
tutum mulieribus purificandis
sed quando volunt poterunt se purificare
Voluptas enim carnis non dolor
in culpa est In carnis enim commixtione
voluptas est in partu proprie dolor
Unde pene mulieri in dolore pa-
ries filios Si itaque eciam pre-
hibemus intrare ecclesiam propter

quod eius pena continua in culpa
Unde dicit Canon Si mulier
eadem hora qua genuerit ecclesiam
intraverit gratias actura nullo
pondere gravatur peccati Unde tamen
est ne aliquis accedat ad altare
Unde eciam in veteri lege pro-
hibitum fuit sacerdotibus ne in sacra-
rio intrarent sancta cum in nocte
cum uxoribus suis dormierant
Johannes eciam Crisostomus dicit quod
vir cum uxore sua dormiens
nisi lotus aqua ecclesiam non
intrare Unde hoc [illegible]
esse consilium quam preceptum Cum pre-
terea est si quis post fetorem concubitus
ecclesiam ingrediatur Item notandum
quod si vir uxorem exponat ad-
ulterio et sit quasi leno proprie uxoris
gravissime puniendus Unde pena est
lenonum et lenarum [illegible]
puellas inducunt ut vendant
eas vel fornicatoribus exponunt
gravior esse dicitur quam meretricum

In quibus casibus uxor teneatur sequi virum vagum

Solet autem queri in quibus casibus uxor mulier teneatur
sequi virum suum in regiones remotas
Et videtur quod sic quia vir caput est
mulieris Si ergo joculator est
vel histrio uxorem habuerit et ei
dicatur quod sit cum eo vaga et sequatur
aleas et tabernas Queritur an te-
neatur sequi virum cum forte res suas
habeat vel familiares vel parentes
vel artificium suum ei adminiculum suf-
ficiat proprie si in vago itinere sibi
turpitudinem criminis timeat tur-
sus virum sequi suum si cum non sequitur
tenetur fornicari Ad hoc dicimus
quod mulier virum suum ad turpem vitam
et inhonestam sequi non tenetur
Unde si mulier honeste velit

vine et vir inhoneste vivebat
villas teneat non tenetur eum sequi
Si vero propter honesta causa alias
velit migrare et melius ibi pos-
sit officium suum exercere ut merca-
monium ipsa tenetur eum sequi
Item si servus aliquis tapnatur
a domino in partes longinquas et
vinctus in servitute teneatur
teneatur si uxor eius eum sequi
teneatur. Ad quod distinguitur quod
si ignorabat eum servum quod con-
traxit tunc eo quod eum sequi re-
linquere quod nullum inter eos fuit
matrimonium. Si eum servum tenetur
eum sequi. Item si quis propter scelere
suo expellatur a patria. Queritur
si uxor sua eum sequi teneatur. Ad
distinguitur quod si ille conversus sit
malefactor et uxore velit habere
sociam sui sceleris et non sit de
eius emendacione spes non tene-
tur sequi quod etiam tali fornicatione
probata possit ab eo separari. Si
vero per infortunium aliquod deuitate
fortunate devenit ut per ebrietate
occidendo hominem vel furtum aliquid
faciendo. Credimus quod tenetur sequi
virum suum et ad hoc consessores
a sacerdote compelli. Si autem talis
mulier ancilla sit alicuius cuius
servitute credere possit. Queritur
utrum dominus mulieris possit
compelli ut eam permittat sequere
ad virum suum habere aut quomodo
deficit credimus vel tollare et dominum
per eius consensum deinde vel
inferiore fuere tunc illo contraxit
per tunc ut det illi libertatem
ad virum sequendi

Samaritanus appropinquans alligauit vulnera
eius infundens oleum et vinum
luc 10 ca 3 Vnde sciendum quod samaritanus
ritanus id est xpus vulnerato appropinquans
vulneri eius sacramentorum alligaturam
adhibuit quia contra originale peccatum
et actuale sacramentorum remedia
deus instituit Vnde sciendum quod septem
sunt sacramenta que deus instituit et
in quolibet sacramento datur gratia digne
recipienti ipsum sacramentum Et sunt talia
quedam dicuntur necessitatis quia sunt de precepto
et tenetur quilibet ad ea suscipienda
pro loco et tempore scilicet baptismus et
confirmacio penitencia eukaristia et ex-
trema vnctio Reliqua duo sunt
sacramenta voluntatis scilicet ordo et
matrimonium Vnde queritur vtrum sacramenta
debeant peccatoribus dari Dicendum
Raymundus quod occulta peccata non possunt
sacramenta denegari aliam nisi per
ammonitionem secretam et publicam
secundum generalem vt de con dist
2 Non prohibeat Existens
autem in peccato mortali sine occulte
sine manifeste mortaliter peccat
recipiendo sacramentum vt patet di q
xxi 2 Illud xi q 3 Audi
Ode et misereas sacramenta
mortali peccat mortaliter Quare
vtrum possunt vel iterari sacramenta Dicendum
Tria sacramenta non possunt iterari scilicet
baptismus confirmatio et ordo quia
in collacione cuiuslibet eorum imprimitur
primitur caracter anime qui etiam per
mortem proprio potest ab anima separari
Vnde si quis resuscitaretur non esset
iterum baptisandus nec confirmandus
nec reordinandus Secus est
de aliis quatuor sacramentis Vnde
hugo dicit Si lazarus post re-
suscitationem voluisset resumpsisse
vxorem suam optinuisset denouo
contraxisse Vnde per mortem solutum
matrimonium Similiter eukaristia penitencia
et extrema vnctio iterantur etc
Vnde sciendum quod baptismus est primum
sacramentum ianua et fundamentum
omnium sacramentorum quia nullum con-
fertur nisi ipsum in eccl prius
aliorum sacramentorum Vnde queritur
quis sit effectus baptismi Dicendum quod
baptismus digne recipientibus
delet omnem culpam originalem
mortalem venialem et resti-
tuit primariam innocentiam quo
ad animam et insuper extinguebit
ignem infernalem et etiam purga-
torium quantum ad ipsum baptismum
Et etiam delet omnem satisfactionem
quam homo in penitentia debet pro
peccatis suis explere hoc patet quia
si quis infidelis Judeus vel pa-
ganus mille annos vixisset et
in die mille peccata commisisset
si crederet et fidem susciperet et
si tunc denouo baptisatus fuerit
nulla pena satisfactoria sibi
imponenda est quia baptismus
tollit omnem satisfactionem Et si talis
sic post baptismum moreretur stati sine
omni purgatorio euolaret ad celum
Ex quo patet quod quanta sit fatuitas
mulierum que inconsolabiliter dolent
de morte puerorum suorum qui post
baptismum in puericia decedunt
Cum quod baptismalem innocentiam
perdiderunt valde fatuum est eas do-
lere de hoc quod filii earum transierunt
de potestate hominum ad potestatem angelorum
a valle lacrimarum ad gloriam de
exilio ad patriam etc Vnde pueros
baptisatos esse in celo aptum quod si
cito moriuntur etiam qualitercumque morte
stati euolant ad celum etc Vnde
sciendum quatuor signa fuerunt an baptismum
et tamen post baptismum ipsum pueros
et quod ista fuerunt que in Mt
in sacramento Confirmacio
Circa hoc queritur vtrum sit sacramentum
necessitatis Dicendum quod sic propter

spiritualem pugnam ad quam homo
innatur. Licet simul non sit sacramentum
necessitatis quia sine eo potest homo
salvari et melius contemptus
eius dampnabilis est. Et ideo
quidam dicunt quod conferatur gratia in
sacramento confirmationis. Unde alibi
Beda confertur nobis spiritus sanctus
ubi in quolibet sacramento confertur gratia
emundans a peccato. Sed ea spiritualis
gratia propter quam quis deputatur ad
effectum sanitatis et ydoneus fit
ad spiritum confitendi. Unde de gratia
facit magis gratiam. Item quare
quibus debeat conferri. Unde secundum Petrum
Thomam Sibus christianis etiam
pueris viris mulieribus quia huius
est pugna spiritualis quia sub spiritu
militia est vita hominis super terram.
Item sciendum quod ad confirmationem sex
sex requiruntur. Duo ex parte sacramenti
in se scilicet materia crismatis et forma
verborum que talis est: Signo te
signo crucis. Confirmo te crismate
salutis in nomine patris et filii et
spiritus sancti. Duo ex parte ministri
scilicet dignitas pontificalis et
intentio debita. Duo ex parte
suscipientis scilicet frontis signanda
sit confirmandi et quod confirmandus
sit baptizatus. Item sciendum quod unctio
crismalis que fit in verbis predictis
continet quod imprimit caracterem
in baptismo fit in vertice ad fidem
fidei suscipiendam. In confirmatione fit
in fronte ad fidem audacter nominis
Christi. In ordine fit in manibus
ad fidem potestatem consecrandi cor-
pus Christi. Item quod effectus con-
firmationis est multiplex. Primo
gratiam datam in baptismo confirmat.
Unde per confirmationem homo deus quod
spiratus est in nobis. Secundo

ad militiam spiritualem preparat et quia
omnes christiani debent esse in bel-
lo Christi ideo omnes debent recipere hoc sacra-
mentum ut fragiles possint contra
carnem et dyabolum pugnare. Tertio
ad confessionem constantem nominis
Christi animat quia oportet Christum deum et
verum hominem confiteri. Primo oportet ut con-
fiteamur eum filium divinam naturam
patri et spiritui sancto coequalem
quod notatur in forma verborum
ubi fit expressio verborum trinitatis.
Secundo ut confiteamur eum secundum hu-
manam naturam crucis supplicium
pertulisse quod notatur in crucis con-
signatione que fit in fronte. Tertio intus
et extra nos spirituali decore
ornat intus quidem per conscientie pu-
ritatem et extra per odorem bone
fame et hec duo designantur in
crismate quod conficitur in oleo propter
puritatem et balsamo propter famam. Quarto in
in bonis agendis et malis
sustinendis roborat. Datur enim hic
spiritus ad sanctitatem ad robur. Quinto
animam et corpus ornat. Animam
quidem per impressionem caracteris
corpus vero per crismatis unctionem.
Sexto per istud sacramentum fiunt
fideles pleni christiani. Pleni
dico tempore, quia in baptismo
pleni facti sunt, pleni virtute sufficiente.
Septimo post pugnam coronat quod notatur
in vitta qua eius caput ligatur. Con-
fitendum autem est de isto sacramento
si quis illud in peccato mortali
recipit quia quicumque hoc sacramentum
in peccato mortali recipit peccat
mortaliter. Ergo iuvenes qui
confirmari debent inducendi sunt
ut antea confiteantur et confirmandi
sunt eis effectus sacramenti con-
firmationis ut eo maiore devotione
ad illud sacramentum digne recipi-
endum acquirent. Tertium sacramentum

est primo et secundum aug. in prima e
chala ... polluge et plagadu
item no committe d... alibi
Quartum sacramentum est eu-
karistia in quo est xpus qui
de virgine e natus et pro nob
passus continetur verus deus
et verus homo etc. Quintum
sacramentum e extrema vnctio cuius
aut huius sacramenti e oleum
olive ab episcopo consecratum et
tale oleum et huius consecratio
sunt de necessitate huius sacramenti
Forma aut huius sacramenti
scdm Tho. de aquino est oracio
deprecativa vt ista per istam
vnctionem et per suam pietatem ac pissimam
misericordiam indulget tibi deus quicquid
deliquisti per visum per tactum etc.
Cui autem huius conferenda e extrema
vnctio dicendum secundum petrum de tha-
rantasia Non nisi adultis
infirmis in periculo mortis con-
stitutis ex propria infirmitate vnde
no datur euntibus ad bellum nec
navigantibus aut hijs qui mox
occidendi sunt qui talis mortis
no diminet ex defectu nature sed
ex euentu fortune pueris aut
no datur quia no sunt infirmitate
spirituali contracta ex proprio merito
actuali nec dispositi devocione
habere possunt ad hoc sacramentum Nec
eciam datur valide stultis Secundum
vero extrema vnctio datur freneticis
et amentibus Tho. scdm pe. Si
in sana mente constituti no peti-
erunt non debet dari Si vero petierunt
dari debet Et in hoc advertendum est
scdm Tho. quod illis furiosis et
amentibus propinque dari non debet
qui possunt aliquid sacramento facere
irreverentiam per aliquam immundiciam
nisi ipsi haberet lucida interuallа

valla in quibus sacramentum cognoscerent
Secundum vero iterari possit ex-
trema vnctio dicendum secundum Thomam
in iiij d. xxiij iterari potest sine
aliqua iniuria sacramenti Quia non
habet effectum perpetuum eo quod sanitas
mentis et corporis qui sunt effectus
eius amitti possunt sed eadem egri-
tudine iterari potest primo quando
fuit in periculo mortis et euadit
et post recidiuum patiatur quia
est quasi alia infirmitas et
similiter si sit egritudo diuturna
Lot... tunc dicit sic quod
videtur perducere ad periculum mortis
Et si illud articulum mortis euadit
eadem infirmitate durante et
postea ad similem statum reducitur
item potest inungi quia iam est
alius infirmitatis status quamuis
sit eadem infirmitas Nam secundum
hugo... de compendio theologice veritatis
dicit Si sepe quis ad mortem
infirmatur sepe potest inungi Sed
in vna infirmitate non debet aliquis
bis inungi nisi eadem infirmitas
vltra annum protraheret ita
quod in vno anno potest extrema vnctio
infirmitate nequaquam bis in-
ungatur Sed bonaventura
super iiij redarguit hoc dicens
absurdum e quod sacramenta reguntur
secundum motum astrorum Secundum
quibus sint effectus extreme
vnctionis dicendum quod e quadruplex
Primo duo ponit scdm Tho. super
iiij d. xxiij Et alios ponit
in compendio theologice veritatis
primus effectus e et principalis secundum
Tho. Sanacio quedam
spiritualis que datur contra quandam
debilitatem vel ineptitudinem que

in nobis reliquit ex peccato actu
ali vel originali con. quod
debile homo roboratur per
hoc sacramentum quia hic robur gratie
facit quod secundum suam capacitatem pos-
sidens ex scripturis si deveniat peccatum
aliquod veniale vel mortale
quo ad culpam tollit peccatum dummodo
non opponatur obex ex parte reci-
pientis. Octavus autem effectus
est sanitas corporalis. Vnde si
infirmus indiget et ei expedit
ad finem predictum sibi confertur
maturam et tunc semper ea indiget
dummodo non sit impedimentum ex parte re-
cipientis. Et licet dicta quinque
sacramenta in vivendo valeant tamen est
formalis effectus eorum pre-
cedendo et exiit in virtute eorum.
Et ideo in ultima unctione gratia
infunditur quod effectus sacramenti
patet ex predictis. Tenetur effectus
sic in ingenio dependens a spe vitali
est quod valet hoc sacramentum ad
devotionem excitandam. Tertius
effectus est quod valet ad feliciorem
effectum. Ad octavum. Sextum
Sacramentum est sacramentum
ordinis quod licet sacerdotes dicti
sunt alibi. Septimum est sacramentum
matrimonii. Sciendum quod deus
matrimonium multis honoravit. Primo
in hoc quod ipse per se instituit.
Et quantum ad hoc tunc ordo matrimonii
precellit alios ordines. Nam si sanctus
Benedictus instituit ordinem nigrum
et sanctus Franciscus ordinem minorum
et sanctus Dominicus ordinem predicatorum
sed deus instituit matrimonium. Secundo
instituit creatum in loco digniori
quam sub celo. Et hoc est in paradiso
quod est locus amenissimus. Tertio
instituit in statu solemniori, id est
in statu innocentie. Quarto

honoravit matrimonium in hoc quod voluit
nasci de beata virgine que fuit in
statu matrimonii constituta. Quinto in
hoc quod quando voluit esse in nuptiis
cum matre et discipulis suis. Et ibi ostendit
potentiam sue deitatis mutando aquam
in vinum in conspectu discipulorum suorum. Sexto
honoravit in hoc quod matrimonium est
unum sacramentum de septem sacramentis.
Et quia deus matrimonium tam solempniter
honoravit expedit omnibus ut homines
qui in statu matrimonii ad regnum celorum
venire desiderat deum in multis re-
honorarent. Pro quo notandum quod septem
debent habere viventes in matrimonio ut
salventur in statu matrimonii. Primo debent
habere dilectionem admutuo. Ad Ephesios:
viri diligite uxores vestras. Secundo
qualis debet esse dilectio inter virum et
uxorem eius. Notandum quod dilectio viri ad
mulierem et econverso debet excedere omnes
dilectiones huius mundi. Et hoc figura-
tur in annulo subarracionis. Ille enim annulus
significat coniunctionem viri et mulieris
et amorem eorum. Debet autem annulus
ille esse aureus et rotundus in quarto
digito positus. Aureus quidem per
aurum quod sicut aurum excellit omne
metallum sic amor ille ceteros
debet excellere. Legitur Genesis 2 quod Adam
post creationem Eve hoc nunc os
ex ossibus meis et caro de carne mea.
Relinquet homo patrem et matrem et adherebit
uxori sue. Vir tenetur plus diligere uxorem
quam parentes. Notandum quod sicut plus debet
honorare parentes. Secundo annulus
debet esse rotundus ostendendo quod amor
ille debet habere perpetuitatem quod nunquam
finiatur nisi per mortem unius eorum
post mortem debent se diligere quia
unus subveniat alteri per suffra-
gia. Tertio in quarto digito debet
esse positus ut ostendatur quod amor
ille debet habere procordialitatem. Dicit
enim philosophus quod quedam vena

procedit a corde in quantum diligitur
ut amor coniugum debet esse fidelis
et cordialis Secundo dico ipse vir debet
ostendere uxori dilectionem suam quia primo in hoc
quod non debet eam iniuste turbare nec
verbo nec facto Unde Colossenses iii vi-
ri diligite uxores vestras et nolite
amari esse ad illas Contra hoc faciunt
qui raro vel numquam aliquod verbum amica-
bile loquuntur suis uxoribus Item secundo
in hoc quod ipsa uxor in omnibus debet
ita bene habere quo ad necessaria vite sicut
ipse vir Genesis secundo dicitur Iam non
sunt duo sed una caro Sicut unum
membrum condividit cum alio sic vir
cum uxore et econverso Item tertio cum ipsa
mulier est gravida vel in puerperio
iacens tunc vir debet sibi ipsi subve-
nire et uxori subveniendo et hoc
propter puerum quem lactare debet Secundo
dices quod uxor debet ostendere caritatem
viro suo Unde primo in hoc quod ipsum
honorare debet virum Exemplo Marie
ut habetur Luce ii ubi dicit Maria
ad puerum Ihesum Ecce pater tuus
et ego dolentes querebamus te Ubi
primo nominat Ioseph ipsum honorando
ut in hoc exemplum daret uxoribus
honorando viros suos Contra
hoc faciunt ille uxores que con-
temnunt viros suos vel propter
antiquitatem vel paupertatem eorum
Sed ipsa sancta virgo tempore esset
iuvenis pulcra et nobilis tamen
ipsa honoravit Ioseph qui fuit
pauper et antiquus Secundo in hoc
quod debet obedire suis maritis
in omnibus licitis [illegible] et ad [illegible]
[illegible] mulieres subdite sint viris
Item dixit deus ad Evam Genesis
iii Sub potestate viri eris Ergo
mulier existens inobediens viro suo
[illegible] vel ex contemptu [illegible]
peccat Unde dicitur [illegible] uxor sub-
dita sit viro xxxiii q v [illegible]

Ergo Secundum quod debent in matrimonio
constituti est quod debet pacifice sic
vivere sicut angeli in celo Et hoc
est valde acceptum deo et hominibus
et ipsis utile Nam deus habitat cum
eis ipsis in pace factus est locus
eius [illegible] ubi duo vel tres
fuerint congregati in nomine meo
ibi in medio sum eorum et pros-
perabit eis in omnibus negociis
[illegible] pro salute anime Si autem li-
tigant inuicem tunc dyabolus habitat
cum eis et regit eos et infor-
tunia accidunt eis Nam ubi non
est deus ibi nulla salus Si
aliquis coniugum est malus iracun-
dus impaciens venenosus ut
serpens discordans ut dyabolus in
inferno Tunc alter debet esse paciens
et ideo offerre [illegible] suis et
sic ille malus [illegible] cum
a peccatis et erit tunc dyabolus illi
ut in futuro [illegible] nullam
potestatem in eo habebit quia sepius
[illegible] Unde [illegible]
[illegible] et per prophetam Affligi
te [illegible] in presenti non affligam te
ultra [illegible] in futuro Unde [illegible]
quod mulieres habent voces leves
et [illegible] cum [illegible] mol-
libus [illegible] ut [illegible]
debet suis iracundis viris et
tempore cum suis mollibus [illegible]
maliciam et iracundiam suorum
maiorum virorum et quanto probior
et honesta uxor sustinet a
proprio marito suo patienter tanto
ei meritorium apud deum [illegible]
Gaudete in illa die [illegible]
vestra multa est in celis Nam [illegible]
plagas vel verba mala paciter
sustinet tot coronas habebit
Sed dicit uxor est [illegible] et [illegible]

Vir ipse cum demonibus tanquam in inferno / et ipse bonus et pius

et iracundia et vir bonus et
pius vir comparatur celo cum
stellis in celo. Ira est que pondus
sustinet iracunda mulier. Unde
Ecclesiastici xxv: Non est malicia super
maliciam mulieris. Et Ecclesiastici
xxv: Non est ira super iram mulieris.
Si autem ambo sunt in culpa et li-
tigiosi et iracundi, ambo dampna-
ti vel dampnabuntur, et dyaboli habitant
hic cum eis et ipsi in futuro habi-
tabunt cum eo in inferno. Quia habi-
tant vivunt contrario sicut canis
et cattus. Gallus cum gallo
quibus cito assuescunt ex con-
tinua cohabitacione ut post modicum
per longum tempus pacifice vivunt. Sed
vir et mulier per triginta vel xl
annos non possunt assuescere nec
addiscere pacifice simul vivere et
quia illi in inicio constituti sunt
litigant de hoc demones letantur
quia nichil similius est actum de-
monum quam litigare. Et tales
duram vitam ducunt et infelices
sunt hic et in futuro. Proverbiorum xvii:
Melior est buccella sicca cum pace
cum gaudio quam domus plena
victimis cum iurgio. Quinto
vir percuciens vel maledicens
uxori sue peccat mortaliter
si causa correctionis est iusta
et moderate eam percusserit
non peccat quia superior licet cor-
ripere inferiorem. Sed quia vir est
caput mulieris et non econverso.
Unde Genesis (?) dixit deus ade(?)
Sub potestate viri eris et ipse domi-
nabitur tui. Unde dicitur (?)
maritus uxori dilectionem et dis-
ciplinam 24 q. 6 c. ult. Si autem
maritus ex vindicta et ira
et sine causa eam percutit
communiter peccat sic quod cum offensi

sunt ab aliis sive in taberna sive
in aliis locis et non possunt se vindicare
de eis, tunc vindictam talem inferunt
suis uxoribus sine causa et in
hoc communiter deum offendunt. Ubi
quando maritus maledicit uxori sue
ex ira et vindicta. Et econverso
uxor maledicit viro in occulto vel
manifesto postquam eam percusserit et
hoc communiter peccant valde. Apostolus
I Cor. 6: Neque maledici neque
rapaces regnum dei possidebunt.
Unde eciam Genesis 2(?) contra (?) male-
dixit: tibi sit ille maledictus.
Unde exemplum quod viri non
debent maledicere propriis uxoribus
nec econverso uxor marito. Refert
enim Cesarius in dyalogo quod quidam
vir ex vindicta et ira dixit
uxori sue: Vade in nomine dyaboli
et dyabolus statim in eam intravit
et eam graviter vexavit, de quo
vir valde contristatus fuit et
amplius se neque uxori nec
alicui homini vel alii creature male-
dicere promisit. Item quod debent
habere in invicem est quod unus non
decipiat ab alio nec frangere
debet fidem et promissionem et
committendo adulterium de quo
patent plus. Tercium quod debent
habere coniugio est quod debent esse pa-
cientes in laboribus et unus iu-
vat alium ut iusta bona cum
suis laboribus acquirat et pos-
sideat. Ideo propter diversitatem con-
veniunt ut fortius laborare de-
bet pro victualibus et necessariis. Et
sic tunc sunt dicti a deo. Unde
Psalmus: Labores manuum tuarum
manducabis beatus es et bene
tibi erit. Item in educatione
puerorum debent esse pacientes
et se mutuo iuvare. Unde

quia ille labor sit meritorius quem
parentes habent cum pueris eorum quod si
eorum talis intencio sit in parentibus quod
intendunt pueros enutrire ad hono-
rem dei ut boni servi christi fiant
et ipsi parentes sunt in gratia tunc
omnes labores quos cum pueris eorum habent
eis ad nutriendum scilicet lactando balneando
portando dissolvendo lavando cibando
vigilando informando corrigendo
quando delinquunt ne amplius deum
offendant ista omnia erunt eis meritoria
Similiter et pater qui sollicitudine et labores
sustinet pro uxore et pueris nutri-
endis omnia talia sunt sibi meritoria
ad vitam eternam unde Apostolus Omnia
que diligentibus deum omnia cooperantur
in bonum Secundum quod dicitur hic in
matrimonio est temperancia et honestas in
actu coniugali pro quo sciendum quod actus
matrimonialis fit sex modis Primo fit

De actu coniugali

1 causa prolis procreande ad cul-
tum dei et hoc est opus pietatis
et nullum peccatum sed potius meritorium
unde Genesis 3° dixit deus ad adam
et evam crescite et multiplicamini
2 Secundo fit causa reddendi debitum
et hoc est actus iusticie unde apostolus
uxori vir debitum reddat quia
quilibet in matrimonio constitutus tenetur
reddere cum ab eo exigitur pro loco
et tempore Et si hoc eius ex con-
temptu dimitteret graviter peccaret
Et talis modus actus matrimonialis ad red-
dendum debitum pro loco et tempore non
3 est peccatum sed potius meritorium Tercio
fit causa fornicationis vitande
non in se sed in parte coniugis et hic
actus secundum est licitus et nullum peccatum
non veniale Hec Cor. melius est
isto modo patres antiqui usi sunt
actu coniugali cum magno ti-
more dei et cum magna mode-
ratione soli intendebant in

eo deum cultus propagationi Quarto
fit causa delectationis et tunc distinguen-
dum quia vel illa delectatio exit affectu
maritali aut fornicario Si ma-
ritali ex parte si delectatio consistat infra
terminos matrimonii ita quod eam non cognosceret
si uxor eius non esset sic solum peccat
venialiter Si autem affectu fornicario
ex parte quia affectus delectationis et
concupiscencie fertur extra terminos matrimonii
ita quod eam cognoscere vellet si
uxor eius non esset tunc peccat mortaliter
quia tunc istius affectus delectationis
preponitur deo ipsi Quinto committitur
actus matrimonialis quando dicitur impetuosus
et est ille actus qui ex sola libidine
proveniens metas honestatis et ra-
tionis transcendens quod fit primo fricando
libidinem per meretricales blandicias
aut per causa explende libidinis
ut cum utuntur calidis et incentivis
ut potentior sit in illo facto vel
si tenetur facere cum non nullum appeti-
tum credo non eum mortaliter peccare
6 quod ... Sexto quando contra naturam
vel ordinem cognoscit uxorem suam
tunc mortaliter peccat Unde contra
naturam sua fuerat Et hoc non decet esse
sicut equus et mulus vel aliud al-
brutum propter Nolite fieri sicut equus et mulus
Illud peccatum est maximum ita quod dicitur
propter sui turpitudinem non au-
det nominare Primo inter omnes species
luxurie est pessima Nam quinque sunt
species luxurie Simplex fornicatio
Stuprum adulterium incestus et
peccatum contra naturam quod est pessimum peccatum
Unde ... peccant gravissime
adulteri Sed gravius incestuosi Sed
omnes transcendunt contra naturam delin-
quentes Augustinus valde detestabile esset
quod esset mulier accincta gladio et
vir fusus Istud peccatum clamat ad deum
propter sui enormitatem et est maius quam
cum quis cum propria matre peccaret

Tamen caute de hoc peccato loquendum
est et de illo vnde dictum est prius
Item sciendum quod sunt tempora in quibus
ab actu maritali abstinendum est primum
est tempus quadragesime an festum pasche
statuit legitur in capite ieiunii Egre-
diatur sponsus de cubili suo et spon-
sa de thalamo suo vnde et dicitur
in decretis Coniuges contineat tempore penitencie
33 q 4 c qui aut et multa que sic
quibus ieiunat a cibo corporali Sic
eciam a delectacione carnali et ut
ipsi peccatori a deo dimittitur quod illi
vite tocius deum per totum annum vixit pro
capite totum deum per totum annum vixit
illud sacrum tempus sibi eciam licita
abstrahere debet vnde Bernardus in ser-
mone de festo ieiunii Vtam deo que
ab ipsis licite abstinemus ea
nobis illicita dimittantur que prius
commisimus Vnde Ambrosius nullus
omnino in xl^ma vxori an octauas
pasche iungatur Secundum tempus est
tempus quatuor temporum et dies rogacionum
quia tunc rogat ecclesia sancta pro magnis
et arduis causis primo rogat deum
vt bella sedat que in vere frequencius
fiant Secundo vt terrarum fructus
conseruet et multiplicet Tercio vt ad
recipiendum sancti spiritus abilitem Similiter
tempore processionum et ieiuniorum
non licet coniugibus conuenire quia
abstinendum est vt facilius impe-
tret quod postulet Tercium est tempus
sacrorum dierum et sacrarum noctium
Exemplum Gregorius in libro dyalogorum quod
quedam legittima a viro suo cognita
sabbato de nocte et in dominica die
processioni se coniunget a dyabolo arri-
piebatur coram omni populo et multum
vexabatur et torquebatur ab eo Quartum
tempus est infirmitatis feminarum tempus
menstruum quia vt dicit Ieronimus Tunc
concipiuntur pueri membris conda-
pnati et leprosi et tunc patebunt
peccata parentum vnde eciam dicitur in decretis
ad mulierem menstruosam quisque accedere
prohibetur quia ex hoc partus defor-
matur Quintum est ad eius Quintum est tempus
pregnacionis quia est vicina partui et
infra dies purificacionis vnde queritur
vtrum liceat debitum reddere vel exigere
tempore pregnacionis Dico secundum premissa Si esse
potest sine periculo aborsus reddi potest et
eciam reddi potest sine peccato mortali
exigi quia vsus nupcialis non tamen est
in officium Sed eciam in remedium Si
vero esset periculum prius extincti in vtero
non debet exigi nec reddi quia in nupciis
principaliter est institutum in officium
sed in remedium Similiter post partum
in an purificacionem non licet conuenire
vt Augustinus Si quis mulieri in puer-
perio coniungitur peccatum valde magnum
perpetrat quia mulieres quod ex hoc non
pariunt amplius quia semen viri
in singulis mortificatur et hoc
maxime contingit si infra decem
dies conuenerint Quinto quod pueri
sic negligunt de qualibus rerum redditum
sunt tales parentes et valde absurdum
est quod homines carnales hoc tempus non
seruant cum bestie racionales id abseruant
vnde Aristoteles animalium dicit femina ele-
fantis impregnata a masculo
amplius non tangitur ab eo et post
partum quesiuit precium vnde
sic eciam Augustinus Ex qui tempora predicta
non seruant quod tales pueri qui tunc
concipiuntur efficiuntur epilentici
claudi surdi et stulti et obsessi
a demone et tunc patebit peccata
parentum in pueris Sextum est vtrum
peccant coniuges exigendo vel
reddendo debitum in solempnitatibus
et ieiuniis vnde secundum Raymundum Queritur
sed reddi inquit caute et sine peccato
possit differre Exigere tamen non debet
in predictis temporibus | Ehor? 2 Va

lite fraude morte nisi forte ad
tempus de consensu ut vacent oraci-
oni propter dies processionis et ieiunii re-
cedere non debet quia a licitis ab-
stinendum est ut facilius impetrari
possit quod postulatur 33 q. 4 Nemo
idem dicitur de temporibus festiuis 33 q. 4
Tercio queritur utrum ille qui reddit illis
temporibus non peccat Dicendum quod qui exigit aliqua
infirmitate utpote concupiscencia ductus
sine contemptu temporis seu ecclesie
exhortacionis vel ordinacionis venialiter
tantum peccat secundum Tho. Sed exigens
cum propter quod est pertinaciter et excedens
cum contemptu temporis sacri vel ordinacionis eccle-
sie exigit debitum peccat mortaliter Sed
non illa que reddit debitum cum corpore
ad reuerenciam dei et sponte abstineret
Quarto accidit querendi sunt illi
pertinaces et obstinati qui tamen
exigunt debitum illis diebus sine
timore dei etc. Sexto quod debent
sibiinvicem fideles esse coniuges
Ambo enim debent dominari suarum rerum
exemplo apostolorum Christi de quibus
legitur actuum 2 Et erant illis omnia
communia Item sicut angeli in celo habent
omnia quidem Sic et illi communiter
habere omnia communia quia sicut Christus dicit
in ewangelio Mat. 19 iam non sunt duo
sed una caro sed vir et uxor quod
sunt temporalia inter eos debent esse
communia hoc faciunt qui furantur
viris et illa sic furata male
expendunt scilicet in superbia ut in
peplis in cingulis in capuciis etc.
Et quando ipse vir in conuiuiis probus
in mercancys vel in aliis suis
negacijs ipsa uxor in domo
interest conuiuiis Ita quod quin-
to mortaliter peccat uxor furando
marito suo Eius sed male expen-
dit scilicet ad peccandum Sic sed daret
viro causa alliciendi eum ad

pute 6

corporum actum sic peccaret mortaliter
et ille qui sic recepit talia in usum
propter talem turpem actum a tali
muliere tenetur in foro consciencie resti-
tuere marito ipsius mulieris Similiter
hoc faciunt illi mariti qui per-
ludunt bona sua vel in tabernis
se inebriant et sic male expe-
dunt bona illa de quibus uxor cum
pueris viuere debet Sic non faciendum
est de bono et honesto et discreto
viro sed debet facere vinum ad domum
et bibere cum uxore sua et post hoc
regratiari deo omnipotenti qui te
sic potauit et cibauit Item reprehen-
duntur illi parci viri qui recludunt
omnia bona sua ab uxoribus nullam
potestatem eis committentes tamquam sint
ancille et famule Hoc illi facere
solum debent qui habent uxores
malas ne habeant occasionem
male faciendi Sed qui probas
et honestas et deum timentes et
probatas uxores habent non est
facienda talis reclusio Unde
queritur si talis proba et fidelis
mulier aliquid furatur tali parco viro
an eciam grauiter peccat Dicendum
quod illa bona que sic furatur uti-
liter expendit ad utilitatem domus
sue vel alias ad honorem dei non
oportet ea habere conscienciam de hoc si
aliquod furatur quod tamen non est no-
tabile nec infert dampnum no-
tabile ipsi marito Septimo quod
debent habere illi qui sunt in matrimonio
est debita et honesta educacio
filiorum ut eos in bonis instru-
ant Et si quid excedunt quod eos
corrigat Et signanter quod multas
res ipsis filiis relinquunt Ita
quod multas res stratas sub heredibus
relinquunt non solum dampnant

rapot sed etiam aer habet tu si
lis et filiabus qui stiet illas
iniustas res possident unde
arnoldus in narratorio suo
dicit quod fuit quidam miles satis bone
et honeste vite qui infirmatus
obiit et quidam homo devotus raptus
in extasi vidit eundem militem
in quadam scala in inferno locatum
et quesivit ab eo cur in talibus
penis staret tamen non fuisset
raptor sed libenter ieiunasset
et orasset et laudabile testimonium
post se reliquisset Rndit miles
quod solum propter aliqua bona que
ab antiquis temporibus essent ab ecclesia
parochiali alienata per suos
antecessores et quia ea bona ecclesie
non restituit sed ea sciens possidit
ideo damnatus et decimus in
ordine in hac scala locatus
et addidit quotquot de parentela
mea bona illa sciens possidet
ad hanc scalam perveniat ubi nulla
est redemptio sed eterna damnatio
Sed quare aliquibus in matrimonio non
bene succedit Rndetur quod homines sunt
septem cause prima est quia quidam
contraxerunt matrimonium non habentes
rectam intentionem Sed 2a que est
recta intentio vel causa matrimonii
Rndeo quod quadruplex est causa quare
contrahunt matrimonium quarum
tres cause sunt licite et bone
Sed quarta mala et dampnata Prima
quidam contrahunt causa pro
lis et ista intentio est bona et
debet esse principalior unde dixit
deus ad adam et evam cum
matrimonium in paradiso instituit Cre
scite et multiplicamini et replete
terram Ut etiam dicitur in decretis

matrimonium prima causa debet esse intentio
plus 2a quia propter obsequium contrahunt
propter solacium et adiutorium tamen sine
commixtione corporum Sic maria
et Joseph contraxerunt et ista intentio
etiam bona est 3a quia contrahunt
propter remedium et quando naturaliter incli
nati sunt ad luxuriam et nolunt
caste vivere illi possunt contrahere
matrimonium propter peccatum luxurie vitandum
Nam quociens peccatum luxurie extra
matrimonium perpetraret tociens mortaliter
peccaret unde Apostolus propter fornicationem
vitandam unusquisque uxorem suam
habeat quia melius est nubere quam uri
Sed hic notatur infidelitas puerorum et
heredum quia quandoque dissuadent parentibus
ne contrahant ne temporalibus rebus
priventur cum tamen sciunt quod nolunt tales
parentes caste vivere nec intendunt
suadere statum viduitatis sic tales
pueri mortaliter peccant quia plus
diligunt illa temporalia quam animas parentum
suorum et potius volunt parentes suos
multa peccata committere mortalia cum
aliis mulieribus extra matrimonium quam
privari illis bonis paternis Et similiter
est pater ille qui scit se non velle caste
vivere et tamen propter pueros non vult matrimonium
contrahere quid enim proficit tibi si
in inferno eternaliter cruciaris propter
pueros tuos Unde legitur de quodam
divite qui multas res iniustas
acquisivit et possedit et volens
experiri fidelitatem filii sui petivit
ab eo ut amore ipsius digitum ad
ignem poneret donec psalterium unum cane
maria compleret ut si sic cognoscere
posset utrum eum perfecte diligeret
Et filius cepit hoc attemptare
sed quam cito ardorem ignis sensit
digitum retraxit dicens ad patrem

quod te in hoc similarem quam totum
corpus meum cremarem Et pater
ad filium quod tue me innaret si propter
te ethalit dampnarer et sic dia
iniusta restituit et vita in bono
finit Tercia contrahit causa frande
libidinis nec deum pretendit nec
salutem propriam nec proles sed solum
ut sue libidini satisfaciat et in
illis est dyabolus unde dixit angelus
raphael ut habetur Thob. v. Tertia
ita coniugia suscipiunt ut deum a sua
mente excludant et sue libidini va-
cent sicut equus et mulus super
hos demonium habet potestatem Et talibus
qui sic causa libidinis contrahunt
vix bonum succedit in initio ut habetur
in decretis vix bono peragitur exitu
quod male fuit inchoata Ergo qui-
cumque in meis constitutus et tali intentione
contraxisset confiteri debet ut sic deum
placaret et deus plaga vindicte
ab eo auferet Et sic dicendum de aliis
plagis quas inferre possit ubi
quis eum renuit in verbenis Quarta
causa quia non parem sibi assumit
in similem sicut quando nobilibus ignobi-
lem iuvenis antiquum dives pau-
perem et illi quasi raro bene concor-
dant propter inequalitatem Ergo
quilibet debet assumere sibi parem quia
nec i de genere et etate Nam talia
simulia se bene coniungunt unde sapiens
in illis tamen quos iuvenis contrahit
cum sene tunc melius est quam si senex
vir contrahit cum iuvene muliere
quam eciam propter pueros Et talis
iuvenis mulier honorare debet maritum
propter senium exemplo male virginis
que Joseph antiquum et pauperem
carpentarium honoravit nec eum
propter senium despexit Tercia

causa cum quis cum ea contrahit
que virginitatem christo vovit quia tunc
ipsa sponsa christi effecta que pre-
elegit propriis maritis et modo
spernit male filium dei quem
antea preelegit qui eam in nullo
offendit sed ei omnia bona fecit
Iesus est nobilissimus pulcer-
rimus et ditissimus mansuetissimus etc.
Et recipit quasi permittit quod talis
virgo que sibi fregit votum primum
habebit virum iracundum difformem
litigiosum ebriosum luxuriosum
et blasphemum et hoc in pena
quod sprevit ihesum christum pulcerrimum et
pulcerrimum etc. Et tamen sciendum quod
cum tali virgine que votum christo vovit
peccat mortaliter et sed qui dant con-
silium et favorem ad hoc sicut
principes erunt illius criminis
Quarta causa est quando quis con-
trahit tempore interdicto ut habetur extra
de matrimonio contra interdictum ecclesie 33 q 4
Non oportet Pro quo sciendum quod tria sunt
tempora in anno in quibus prohibitum
est nuptias solempniter celebrare
Primum est a prima dominica adventus
usque ad Epiphaniam Secundum a septuage-
sima usque ad octavas pasche
Tertium tribus diebus ante ascensionem
usque ad octavas penthecostes Qui
contrarium fecerit mortaliter peccat
si facit ex contemptu et sine
dispensacione nec plebanus potest
dispensare Quinta causa quando quis
contrahit cum una que verum
matrimonium contraxit cum alio et sibi
negavit et per iuramentum sponsum
negatum confirmat et hoc est valde
magnum peccatum Et tales in pericu-
losissimo statu existunt quia

tous mois probatur quod quociens ac-
trimoniorum faciunt totiens adulterium
committitur quia sicut se contraxerit
Quinto quia eius pueri de parentibus nati
sunt spurii et illegitimi Octavo
quia talis persona numquam potest absol-
vi a peccatis suis postquam matrimo-
nio quem ante occulte cum a-
lia matrimonium contraxerit et post-
modum negavit et aliam duxerit
primo nihil Et quia talis est
compellendus redire ad primam
Et in signum huius tunc clandestina
matrimonia sunt ab ecclesia prohibita
de quibus patet alibi Sexta causa
quia uxores ducunt cum rebus
iniustis Vel econverso ipsa ma-
ritum usurarium vel alias posse-
dentem sicut res iniustas Pro
quo sciendum quod quondam consuetu-
do fuit cum quis filiam suam des-
ponsare voluit tunc primo tria
interrogavit. Primo utrum de bonis
et honestis parentibus natus esset
sponsus ille Secundo utrum ipse pro-
sus esset virtuosus vel viciosus
scilicet humilis vel superbus iratus
vel mansuetus utrum lusor
vel potator Blasphemus vel
mendax vel verax an timorem
dei promptus habet servando in
diebus ieiuniorum festa celebrando
Tercio quod bona dotalia lucrata
sint iusta an iniusta Sic similiter
cum quis filiam alicuius in matrimonium
ducere debuit illa eciam diligenter
interrogavit Et signanter interro-
gando quales condiciones
mater istius filie habet an
sit iracunda vel benivola
et [illegible] Nam filie

qui imitantur mores matrum
sive in bono sive in malo Sed
heu iam malus modus communiter
inolevit quia aliqui vendunt pueros
suos tamquam equi venduntur nichil
querentes nisi divicias ut dicitur
quantum dabis filio tuo ego tantum
dabo filie mee Non enim quo
illa bona lucrata sunt querunt Sed
solummodo querunt largiter dare Sed
Sed sciendum quod quando filiam suam disponsat
usurario sicut [illegible] tradit illam si-
mul cum omnibus heredibus ad eter-
nam dampnacionem qui istas iniustas
res postmodum sicut possideant
unde quis potius potius debet
tradere suam filiam pauperi mercenario
qui de iustis laboribus se nutriet quam
tali diviti qui iniustas res pos-
sidet quia melius est modicum iusto
super divicias peccatorum multas Nam
cum quis primo querit deum et iustas
res tunc deus est cum eo et prosperabitur
quia numquam vidi iustum derelictum Sed si
quis primo querit divicias qualitercumque
lucratas tunc ex premissis dona
talis habebit plura infortunia
sic quod tandem ad paupertatem deveniet
Septima causa est quia quis contrahit
matrimonium in peccato mortali Nam ante
inchoacionem nupciarum Sponsus et
sponsa se debent preparare per contricionem
ut digne hoc sacramentum [illegible] recipiat
et suscipiat Nam matrimonium est tam
dignum sacramentum sicut eukaristia Ergo
sicut se preparant tempore pasche ad re-
cepcionem eukaristie Sic ante inchoa-
cionem matrimonii debet precedere digna
preparacio Et racio huius quia quicumque
unum de septem sacramentis recipit
in peccato mortali peccat mortaliter

6

Nota

vez di 2 Musti di 27 illud xi q3
audi Similit sacdos p q prurigit
aliqd sac tn in pcto mortali pecat
mortal Sextum q mrio denote
e incohand et cu timore dei vn
Thob vi angelus raphael ad
thobia minore accipias virgine
tua cu timore dni amore filiorum
magis q libidine ductus Et cu
mrio inchoat tunc p tres dies
et noctes debent se continere
ab actu mrimoniali Et hoc docuit angelus
raphael Thobia minore qn de-
buit contrahere cu sara virgine dicens
Cum ingressus fueris ad virgine
tua p tres dies continens esto ab
ea Sic parentes debet informare
suos filios et filias qn debeat
contrahere mrio Sic angelus
raphael docuit Thob minorem
et saram et hoc est hoi valde
meritorium et deo valde acceptum
q deum in hoc honorat subtrahendo
se illa delectacone obediencia dei
p triduum. abstinere et ad minus
p p una nocte unde dicit in de-
creto Coniuges debet prima
nocte abstinere per reverencia propter
reverenciam sacramenti di 23 Sponsus.
Item Nupcie sunt celebrande
devotis hoibus et honestis personis
Ad convivium nupciarum invitandi
sunt pauperes ceci et claudi ut
intercedat pro ipsis sponso et sponsa
tunc xpus mutat aqua in vinum
i. vitam hanc insipida in celeste
leticia unde dicit Iohannes 2 Nupcie
facte sunt in Chana galilee
Erat mr ihu ibi vocatus aut
e ihus et discipuli eius et hoc
fit in pauperibus unde xpus
dicit de pauperibus Qui vos

recipit me recipit Et q vos spreverit
me sprevit hoc isti no attendunt
qui pauperes de domo expellunt
et foris ianua stare permittunt et
personas inhonestas scilicet fistulatores
tripudiatores tibicines introducunt
Et xpus eum dicit in evangelio luce
14 Cum facis convivium
voca pauperes debiles cecos et
claudos et beatus eris Et si pau-
peres redundant intrare cum tunc
dicit xpus compelle intrare Sz
heu ia e contrario a pluribus fit qui
expellunt pauperes ad manendum
foris Ideo scitis q isti qui mrio
in peccato mortali contrahunt et
nupcias sine timore dei inchoant in
fistulis tubis et histrionibus
Et q peius est ad prostibulum
vadunt et coruscant colla et capita
sua denudant et corpus suum
in vestibus superbis et cingulis
de auro cu maniccis et caudis
longis et ideo apparacione faci-
ciant per malas concupiscencias
In talibus nupciis xpus no est
sicut fuit presens in nupciis
in chana galilee, et ideo tales
sunt contrahentes habent infortunia
et pena sine perorare q se
ad no parant ad nupcias
inchoandas

ro

Estote misericordes
sicut et pater vester
misericors est Luce
vj cap vij ma[teria] in Vitale
e omnibus animalibus eius speciali-
ter sui naturam consociat multo
magis homo ad ymaginem
dei conditus debet alter alteri
tanquam sue ymagini compati et
omnes alterius defectus et mise-
rias in corde suo imprimere et
compati et in hoc consistit opus
misericordie ad quam Christus
nos inducat in verbis premissis
dicens Estote misericordes etc. Unde
de operibus misericordie dicit Christus exprimendo
que deus in iudicio a quolibet homine
velit requirere et hoc agitur xxv ubi
dicturus est hiis qui a dextris
eius erunt Venite benedicti patris
mei possidete vobis regnum a consti-
tucione mundi Esurivi enim et
dedistis mihi manducare Sitivi et dedistis
mihi bibere hospes eram et collegistis
me Nudus et operuistis me In-
firmus et visitastis me In carce-
re eram et venistis ad me Tunc
et hiis qui a sinistris ei erunt
Discedite a me maledicti
in ignem eternum qui paratus est
dyabolo et angelis eius Esurivi
et non dedistis mihi manducare Sitivi
et non dedistis mihi bibere hospes
eram et non collegistis me Nudus
et non operuistis me Infirmus
et in carcere et non visitastis me
Unde Augustinus dicit super predicta
verba Si aliquis esset qui
de tota sacra scriptura nichil audi-
ret nisi solum ista verba puto
hoc posse sufficere sibi ad salutem
quia ibi continentur merita et demerita
premia et supplicia bonorum et
malorum etc. Primum opus misericordie est

Cibare esurientem

Unde ysa. lviii Frange esurienti
panem tuum Secundum est

Potum dare sicienti

Mt x Qui potum dederit uni
ex minimis meis calicem
aque frigide non perdet merce-
dem suam Sed sunt quidam
adeo duri et immisericordes quod
pocius dant porcis et canibus
quam pauperibus quia plures divites
melius pascunt canes suas quam
pauperes scilicet proiciendo canibus
assam vel dando eis carnes
de quibus pauperes refici deberent
Ubi tales divites districtam
redditum sunt racionem super aliqui
tam avari et tenaces sunt
quod pocius id quod remanet per-
mittunt computrescere quam hoc ex
minima parte quam quod pauperibus
erogarent Unde deus de magnis
convivis quod faciet stultis suis
repellet eos cum confusione
magna nichil eis dando
quia hic de mensa sua nichil
ei dederunt ut de divite epulone
et paupere Lazaro Luce 16 Unde
eciam Gregorius Dei misericordiam non
est inventurus qui hic misericors
non fuit Unde super epistola
Jaco. Sine misericordia iudicabitur ille

qui cum possis non facit misericordiam
Ex hijs patet quod periculose stant tales
tenaces divites quia deum graviter
in hoc offendunt et contra caritatem
proximi faciunt et contra animas proprias
graviter peccant quia tales quodammodo
comparantur furibus et raptoribus Ambrosius
in sermone Non minus criminis est habenti
tollere quam cum possis indigentibus
denegare Unde etiam Basilius Non-
ne inquit spoliator es qui dispen-
sanda suscepisti propria reputando
Est enim panis famelici quem
tu tenes / Nudi tunica quam
in conclavi conservas / discalciati
calcei qui penes te marcescunt
Indigentis argentum quod possides
humatum et Unde Christus dicit
in ewangelio et habetur hic supra Quam
difficile qui pecunias habent quod regnum
dei intrabunt Item Est malum
signum cum quis durus homo non
potest audire clamorem pauperum et
si audit tamen ei non compatitur
dicit misericordiam quia est signum quod non
est in caritate et ex hoc sequitur
quod est in statu dampnacionis Unde
Iohannis iii Qui habet substan-
tiam mundi et viderit fratrem suum
necesse habere et clauserit viscera
sua ab eo quomodo caritas dei
manet in eo quasi diceret nullo modo
Augustinus de civitate dei Misericordia
est aliene miserie in nostro corde
compassio qua utique si possemus
subvenire compellimur Unde de duris
cordibus dicitur Proverbiorum xxi Qui obturat
aures suas ad clamorem pauperum
clamabit et ipse et non exaudietur

et ergo ut divites misericordiam dei
consequantur tunc ipsi debent esse mi-
sericordes pauperibus Unde ait Christus
Beati misericordes quia ipsi misericordiam con-
sequentur. Ieronimus in epistola ad Nepo-
tianum Non memini me legisse
mala morte mortuum qui libenter
opera pietatis exercuit habet enim multos
intercessores et impossibile est preces
multorum non exaudiri Item opus
misericordie est

Peregrinos ad hospitium recipere

Hoc utile est et deo tam acceptum
ut quidam etiam ad beatam vitam auxili-
fuerunt hospicio recepti ymmo etiam
quidam ipse Christus recepit ut in Emaus
Sed sunt quidam adeo avari quod nullum
pro deo hospitale volunt inha-
bitare expellere Unde expellunt
pauperes a domibus suis Cum tamen
Christus in ewangelio dicit Qui vos
recipit me recipit et eadem mensura
qua mensi fueritis etc. Ergo si clau-
dis ianuam pauperi Christus faciet
tibi si venis dicens illud Matthei
xxv dicet nescio vos qui noluit
Amen amen dico vobis nescio
vos Sed bonis et electis suis dicet
illud Matthei xxv hospes fui et colle-
gistis me Venite benedicti patris
mei etc. Ex hijs patet quod multi re-
prehensibiles sunt illi divites qui
latas domus et pomeria possident
eos vacare permittunt quod pauperes in eis
propter deum vellet hospitari Cum tamen
laudabile esset quod quilibet dives ad
minus haberet unum pauperem in do-
mo sua et illud quod expendit in men-
sa subtraheret sive in comedendo

sive in bibendo hoc illi paupe-
raret ut et posset mereri vitam
eternam. **Quartum est nu-
dos tegere.** Quantum hoc
deo placeat patet in beato Martino
quem xpistus coram omnibus sanctis
et angelis in celo existentibus co-
mendavit dicens Martinus adhuc
cathecuminus hac me veste
contexit. Unde amonet unum-
quemque hominem per ysa. prophetam
dicens Cum videris nudum operi
eum ysa. lviij. Circa hoc duas tunicas
dat una non habenti. Sed quia hoc
opus misericordie non per ita facile exer-
cetur quod unus dat pauperi
sericeum pannus vel recipit pro arte
longa ad hospitium quam non dedit
tunicam et cum divitibus Ergo
divites monere debent filare
et non otiose incedere quia corpus
ipse non indiget per se tamen multi pau-
peres sunt qui hoc indigent Exem-
plo beate Elizabeth que filabat cum
ancillis suis et inde pauperibus
faciebat. Unde augustinus in libro de
vita xpiana Illam elemosinam
deus approbat que de iustis
laboribus ministratur. Vere scriptum
honora dominum de tua substantia. Unde
xpistus dicit illis in iudicio Nudus
fui et cooperuistis me. Quia ita
acceptum est ei quasi eum nudum
in cruce pendente cooperuisses.
Unde dicit mathei xxv. Quod uni
ex minimis meis fecistis michi
fecistis. **Quintum est
visitare infirmos.**
Hoc multum acceptum est xpisto quia
ipse iacet infirmus et cum
visitabis quia eos passus tamen
ministrantur ab angelis et remu-
nerantur a xpisto in vita eterna.

Contra hoc faciunt qui pauperes et in-
firmos abhorrent vel quando ipsos
famulos vel famulas cum infirmantur
a domo expellunt vel si retinent
ut canem sub gradu locant nec me-
lius ei quam cani faciunt Non sic eis
faciendum immo est eis benefaciendum quia
angelis vel ipsi xpisto. Qui dictu-
rus est in iudicio infirmus fui et
visitastis me. **Sextum opus
misericordie est vinctos**
visitare et redimere sive bonum sive
malum aliqua eis ministrando. Sed
boni pro posse laborare debent
iuxta illud prover. Erue de manu
peccatoris liberate. Qui hoc facit scilicet
redimet captivos innocentes a latro-
nibus et ab aliis malis hominibus
similis erit deo. Unde prover. deus
quasi filius tibi eripies corpora
de manu fortiorum eius. Si vero
mali tunc saltem liberandi sunt
ab eterna morte scilicet monendo eos
ad penitentiam et ad contritionem de peccatis
suis et quod offerunt deo crucifixum
et amaram mortem quam sustinent
eos operibus pro peccatis suis quia hoc
est multum utile homini et deo acceptum
Dicit vero pena mortis diminuat aliquid
de pena debita pro peccatis. Unde
sanctus Thomas in iiij di. xx. Mors
naturalis est pena consequens originale
peccatum et quia iam in naturam conversa
est ideo per mortem naturalem non
purgatur aliquid de peccato actuali
sed per mortem illatam bene potest pur-
gari. Unde si aliquis mortem illatam
patienter sustineat cum per aliis
criminibus sit illata valet ad dimi-
nutionem pene et liberatur etiam a tota
pena si sit contritus culpe et patiens
et confessus. Require dicit q. de

capitandis et suspendendis an
deat eis dare corpus xpi vnde
Si sunt confessi et penitent non
deat eis denegari 13 q 2 c. finali
vere suspensi sunt sepeliendi vno
sed hostes per sepeliendi sunt
du penituerit Sed si quo adhu
vi(ui)te de patibulo deponatur requiri
litur a iudice seculari ne iniuria
contemptui videatur et locat leges
sed ipsorum litteram iudex denegare
hoc debet etc

Expleti sunt omnes spiritu sancto act. ij Ex
quo illis sacris diebus peragitur mis(sa)
sio spiritus sancti tunc de(bemus) de donis
spiritus sancti pro presenti est dicendum
secundum sanctum quod septem sunt dona
spiritus sancti que ideo sunt septem
quia per ea septem vicia capi-
talia expelluntur. **Primum donum est Timor dei**
die gotliche furchte. De quo
dicitur Eccl(esiastici) j Timor domini initium
sapientie. quod donum cordi nostro adve-
niens multa bona nobis confert
Primo docet mala preterita emen-
dare Eccl(esiastici) j Timor domini expel-
lit peccatum Secundo docet bonum opera-
ri Eccl(esiastici) xv Qui timet deum faciet bonum
Et qui timet deum nichil negligit
Tercio timor conservat hominem
in bono vnde Salomon Si in timore
domini non tenueris te instanter cito
subvertetur domus tua Vnde Bo-
na(ventura) tractatu de septem donis connexa
sunt quidem timor et religio nec
manent per aliud ab altero. Quar-
to valde nichil ita valet ad
graciam promerendam conservandam
recuperandam sicut si videaris coram

alta sape(re) sed semper time Quarto ti-
mor domini miraz dei mereatur per quo
misereatur per filiorum misericordia est domus
timentibus se Quinto Timor confert
homini prolongationem vite et temporalium
provisionem vnde prov(erbiorum) x Timor
domini apponet dies. de 10 per Timor
domini omnes sancti eius quia non est
inopia timentibus eum Sexto
deorum facit exaudiri per voluntate(m)
timencium se faciet et deprecationem
eorum exaudiet et salvos eos faciet.
Septimo gloriam eternam meretur
prov. 28 Beatus homo qui semper
est pavidus Eccl(esiastici) xj Beatus vir
cui donatum est timore dei hec
Greg(orius) vbi timor non est ibi salus
non est. Hij sunt septem fructus
quos confert donum timoris
quod est primum donum spiritus sancti
Et hoc primum donum timoris expel-
let primum peccatum mortale scilicet Super-
biam Nam timor domini hominem hu-
miliat. superbia vero elevat Eccl(esiastici)
10 Odibilis est coram deo et
hominibus superbia et quanto homo
se hic magis exaltat tanto magis
in futuro humiliabitur Luc 18 Omnis
qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat
in futuro exaltabitur humiliemus
ergo coram deo in timore domini ipse
vero humiliamini sub potenti manu
dei vt vos exaltet in die visi-
tationis Bern(ardus) Sola humilitas
est que exaltat Sola que ducit ad
vitam **Secundum donum est donum pietatis**
Vbi sciendum quod duplex est pietas
vnde prima ad deum et illa di-
citur motus sive bona opera devotus
licet ad deum primo in temporali
provisione. Sicut. Iacta cogitatum

tuam in deo et ipse te enutriet
Et numquam vidi iustum derelictum etc.
Hec confidencia tollit nimiam et
superfluam sollicitudinem temporalium quam habent
illi avari qui numquam saciantur sed
semper timent sibi deficere et propterea
curant sibi et suis omni sollicitudine temporalia quasi
semper deberent vivere et forte in brevi
morientur Luce 12 Stulte hac nocte
repetunt animam tuam etc. Contra quod et Christus
ait Mathei 6 Nolite solliciti esse dicentes
quid manducabimus aut quid
bibemus etc. Nonne anima plus est
quam esca quasi diceret Si dat maiora scilicet vitam
etiam dat minora id est cibum et vestitum
Secundo in temporalibus quantum ad
animam propter sperantem aut in deo
nimia confidabit et sic tollitur desperacio
que est peior omni peccato unde ysidorus
de summo bono desperacio auget peccatum
desperacio peior est omni peccato Unde
Crisostomus in sermone mecum enim sic
deum offendit quam desperando Tercio
in celestibus id est in remuneracione celestium
bonorum Luce 12 Nolite timere pusilli
grex complacuit patri vestro vobis
dare regnum Hanc fiduciam non debemus
habere in meritis nostris sed ex me-
ritis ihesu Christi qui est redemptor
noster quem pater nobis dedit Romanos 8
quomodo non omnia nobis cum eo donavit
In signum huius Christus habuit in cruce
latus apertum quia per eum intramus
regnum celorum quia ipse nobis per suam
passionem ianuam celi reseravit
Contra hoc sunt illi pusillanimes
qui cum audiunt de divina iusticia
perterriti dicunt Ego numquam salvabor
Et sic diffidere de salute eterna
Est contra illum qui omnes sperantes salvat

reprobatus est Sed nos christianam similiter
in deum spem debemus quia ipse est qui
salvos facit sperantes in se Secunda
pietas est quo ad proximum et illa debet
esse miseracionis spiritualis unde Thobie 30
miseracione tue plateas eius vidit etc.

Sex opera misericordie

debemus exhibere anime nostre Primo debemus
eam cibare et hoc fit primo cum digne
quandoque sacramentum eukaristie vel cum eciam
devote audiamus missam vel eciam
cum devote audimus verbum dei unde ait
Mathei 4 Non in solo pane vivit homo etc.
unde Gregorius Cibus mentis est verbum
dei Sed heu plures sunt qui corpus omni die
cibant Sed animam raro cibant audiendo
verbum dei quod est malum signum unde
Iohannis 8 Qui ex deo est verbum
dei audit propterea vos non auditis
quia ex deo non estis Secundo debemus
eam potare cum calice tribulacionis
et passionis quem Christus per se bibit
et nobis propinavit Mathei 20 Potestis
bibere calicem quem ego bibiturus sum etc.
Tercio vestire cum caritate dei et proximi
quia hec est vestis nupcialis vite
eterne Mathei 22 Amice quomodo huc
intrasti per quam vestem cognoscuntur
filii dei Iohannis 13 In hoc cognoscent
homines quod mei estis discipuli si
dileccionem ad invicem habueritis Quarto
hospitare quod fit per penitenciam quam
agimus pro peccatis nostris quia cum homo
est in peccato mortali tunc facit sibi
mansionem in inferno Psalmus appropinqua-
verunt ad portas mortis Sed cum
penitenciam agit tunc preparat sibi mansionem
in celo unde penitenciam agite appropinquabit
regnum celorum Quinto debemus

animam meam visitare et hec fit qn
fragilitatem meam pensamus et peccata
mea cum amaritudine cordis recolimus
ut cum propheta dicere possimus recogitabo
tibi omnes annos meos in amaritudine
anime mee. Sexto debemus eam
educere de carcere huius mundi et hoc
fit per desiderium supernorum unde
apostolus ad colo. iii Que sursum
sunt querite non que super terram. Item ad phi.
iii nostra conversatio in celis est
Altera pietas est que ad proximum
et illa exhibetur primo in dando
Eccli. 14 ante mortem benefac amico
tuo i. proximo quia elimosina
in vita multo melior est quam post
mortem quia unus denarius in vita
melior est quam centum post mortem
Secundo exhibetur proximo
commodanda. ps. Justus miseretur
et commodat et semen illius in
benedictione erit. et de hoc gaudet
xpistus et tota celi curia quia sumus
membra et est hodie valde me-
ratorium hiis [illegible] mutuum dantes
[illegible] et nichil inde sperantes [iram]
Tertio in condonando proximo hiis
dimittite et dimittemini Augustinus ea
elimosina nichil est maius qua
ex corde dimittimus quod in nos quis
peccavit Quarto facta proximi non
in malum iudicando sed semper
ad partem meliorem interpretando
unde Augustinus super id ait Nolite
iudicare ut non iudicabimini. hoc
loco nichil aliud precipi existimo nisi
ea facta que dubia sunt quo
animo fiant in meliorem partem
interpretamur Unde sciendum quod quilibet
tenetur omnia dicta et facta proximi
in meliorem partem interpretari nisi
sint manifesta mala Amplius
[iudicio] Secundo alium iudicans teipsum conde-
mnas Ro. 2. unde sciendum quod aliqui
omnia que videt vel audiunt de
proximis semper in malum interpreta-
tur quod ex duobus provenit primo
quia mali sunt unde Crisostomus super Mathei
Sicut homo sanctus se estimat alium
Sic difficile aliquis suspicatur malum
qui bonus est Sic difficile sus-
picatur bonum qui malus est Secundo
quia male efficitur ille qui
iudicat Augustinus Certum est quod de
malo incerto neminem iudicares
quem tamen nec ipsum diligeres
sed et defenderes et excusares
quamdiu in publicum non prodiret
Quia quia caritate proximus facit
alium iudicas et ergo qui alium
iudicat audit se vacuum a gracia
dei et caritate proximi Sed qui
bona suspicantur de proximis est
signum bone persone et caritatis
Gregorius in moralibus Quantum
vos in bonis proficitis tanto ea
bona de aliis sentitis et illud
donum expellit iram

Tertium donum est donum scientie i. gotlich kunst

Quod donum docet primo seipsum
cognoscere s. quis es. quid fuisti
et quid eris tu. cogita ergo unde
venis et erubesce ubi es et
ingemisce. quo vadis et per
mesce tamen cognosce te per
culpa actualem exosum fieri
deo Sapientie 14 odio sunt deo
impius et impietas eius Eccli.
xii altissimus odio habet
peccatores Item per culpa eris male

dictus patris. Maledictus qui decli-
nat a mandatis et insequitur debitor
mortis eterne Non solum temporalis
ut innuitur Ezech. 18 Anima que
peccauerit ipsa morietur. Qui cognos-
cit quod gratia facit hominem esse
filium dei et heredem terre set heres

Ad Ro. viij Si filii dei et heredes etc.

bonorum patris. Vnde quilibet cuius est
dominus deus eius terre gratia facit heres
benedictionis Deut. xxviij Si precepta
mea audieris benedictus eris domine
benedictus in agro etc. Et ergo hac
voce vocabit deus bonos qui
a dextris eius erunt dicens Matth. xxv
Venite benedicti patris mei etc.

Secundo debet homo scire cognoscere
deum primo in quantum creator tuus
et tu creatura eius vnde ipse
fecit et non ipsi nos etc. teneris
ei obedire tamquam tuo creatori
Secundo in quantum dominus tuus et tu seruus
eius etc. teneris ei fideliter seruire
tamquam fidelis seruus domino Tertio
in quantum pater tuus et tu filius eius
sic teneris ei exhibere honorem
et reuerentiam Quarto in quantum rede-
mptor tuus sic teneris eum diligere
Johannis xv maiorem caritatem nemo
habet etc. Quinto in quantum futurus
iudex tuus sic timere debes. ideo
siue bibis et facis siue comedendo
dormiendo etc. Tertio debet homo scire
debet cognoscere proximos suos quod omnes
homines tam diuites quam pauperes
tam nobiles quam ignobiles sunt

inuidia

similes in quatuor Primo enim
homines sunt similes ex parte principii
quia omnes ab vno deo et de eodem
luto formati sunt et omnes nudi
et pauperes nati Job xxxiii Ecce
me sicut et te fecit deus et de eodem
quia luto formatus sum Sapientie vii
Nemo ex regibus habuit aliud natiuitatis
initium Secundo sunt similes ex parte
medii quia omnes mortales et breuis
vite tam diuites quam pauperes Eccli
x. Omnis potentatus breuis vita Job xiiii
Breues dies hominis sunt etc. Tertio ex parte
finis quia omnes in cadauer mortem
et putredinem reducuntur Job xvii Pu-
tredini dixi pater meus es etc. Hoc patet
in ossibus mortuorum quia ibi nulla est
distinctio inter nobiles et ignobiles
Quarto ex parte iudicii quia omnes sub
vno iudice racionem reddere compellantur
ii Chor. v. Omnes nos manifestari
oportet ante tribunal Christi vt referat etc.
Act. x Ipse est qui constitutus est iudex
a deo viuorum et mortuorum Et cum
hec omnia cognoscimus tunc nos mutuo
diligere debemus et vnus non spernere alium
Vnde Gregorius Omnes fecit similes impa-
tabilis potestate conditi et pacifice (?) ipsius
redempti. et ideo fratres nostros quamuis
pauperes et abiectos in nullo despicere
debemus Augustinus in doctrina christiana
Ego non intelligo te sicut et pau-
perem pauperem non quales vestibus
sitis sed quales nati sitis. ambo estis
nudi. ambo infirmi ambo miseram
vitam inchoantes. et ob hoc ambo
plorantes. qui nascuntur infantes et
illud donum expellit inuidiam
que contraria est caritati quia gaudet
de malis et tristatur quod est dyaboli
Ergo inuidi sunt a deo maledicti
Ysa. v. Ve qui dicitis bonum malum
et malum bonum Et tales inuidi sunt
filii dyaboli. Quia sic caritas est signum
filiorum dei vnde Johannis xiii In hoc cognoscent
omnes homines quia mei estis discipuli si
dilectionem adinuicem habueritis

Quartum est donum fortitudinis i. [illegible]

sterile Job. Scitum quod non quivit for-
titudinem corporis sed spiritus unde ne-
cesse. Gaudium domini est fortitudo nostra
Secundum quod spiritus sanctus per donum for-
titudinis confortat hominem primo
in tollerando adversitates patet Thess.
iiij. Pacientes estote ad omnes. Secundo
confortat spiritus sanctus per donum fortitudinis
nos ad vincendum dyabolum Jacobi iiij
Resistite dyabolo et fugiet a vobis
Tertio confortat ad operandum bona opera
unde Johannis ix Operari oportet dum dies
est quia venit nox cum nemo operari
potest unde Augustinus Invalidi hoc in
tempore vivunt nisi ad querendum immu-
tabilem quo merito remunerentur
quia opera bona sequuntur etiam post
terminum unde Apok. xiiij Opera
enim illorum sequuntur illos. et pro hijs re-
remunerantur in vita beata unde Seneca
innumerabilibus temporibus suis mercedem
accipiet Et illud donum expellit accidia

accidia Quintum donum
est donum consilij idest
Gotlich rath Nota spiritus sanctus
vult quod in omnibus debes querere con-
silium primo a deo unde Thob. iiij
Benedic dominum et peta ab eo ut vias
tuas dirigat et omni tempore consilia tua
in ipso permaneant Eccli. in omnibus de-
precare consilium altissimi Secundo querere
debes consilium a proximo non
concienciosos et discretos et timentes
deum qui habet sciam et vita etiam
ab illo qui est dissolutus et male
vite unde Ambrosius li. ij de offi-
ciis Nullus utilem iudicat alienum
cause quem videt inutilem vite
sue unde Eccli. xiiij Qui sibi
nequam est cui bonus erit Tertio

debes querere consilium a propria con-
sciencia Eccli. xxxij Sine fili sine
consilio et post factum non penitebis
quia sic quis vellet alijs consulere sic
et sibi ipsi debet facere Et isto

avaricia donum spiritus sancti expellit avariciam
et hoc fit cum spiritus sanctus per donum
consilij consulit terrena despicere et
celestia appetere quia terrena modicum
valent in presenti vita quia solum ad
sustentationem corporis et in morte
nichil proficiunt Proverb. xi Non
proderunt divicie in die ultionis
Item quia non possunt transferri ad
aliud seculum Job. xxviij Dives
cum dormierit nichil secum auferet
Item post mortem sepius nostris
nullibi est redditum fit nobis de ipsis
temporalibus quod lucrata quod posses-
sa et quomodo expensa sint usque
ad novissimum quadrantem Sed
spiritualia sunt appetenda quia valent
in vita et hoc fit cum faciunt
opera nostra victoria esse in morte
quia faciunt hominem feliciter mori
Item post mortem quia eternam gloriam
tribuunt unde Bernardus in epistola Bona
mors iusti propter requiem Melior
propter novitatem Optima propter securitatem
Damascenus li. iiij Mors sanctorum
sompnus magis est quam mors
laboraverunt enim in presenti seculo
et vivat in celis

Sextum donum est donum
intellectus i. gotlich ver
stentnusse Per illud donum spiritus
sancti docemur nos intelligere deum
in nobis et in creaturis Nam
per magnitudinem et latitudinem crea-
ture potentia dei agnoscitur

q ipse e supotas q pz in hoc q poss adhuc infinitos modos ex sua pota creare sta per de tore celi et mdi et creaturaz sapiaz dei intelligimus Item p bonitate et vtilitate bonitate dei intelligimus Sicut enim vi-des aqua pulcra et gustas dulcia p hoc intellige demum et cogitare celestia Bn dulcedo om creaturarum si quis iuste advert mentes dnd e iust q ad illa eterna dulcedine nos invitat et illud donum expellit pccm gule q p donum spus sti summus cibu et potu et vtimur creaturis dei ad honore ipsius et advti-litate nram et sic resistimus suggestionibus gule

Margin: gula

Septimum
donum est Sapie id est

Gotliche weysheit Sed q sapia d. q sapida scia quia per hoc donu spus sanctus dat nobis sape celestia que dulcedo pcellit omem dulcedine terre mdi vnde Basilius o dul-cedo melliflua. dulcedo nimia q dulcis es i meditace Sed dulcior in ore dulcissima in tm contemplace Sed superdul-cissima in btitudie. Ymo tanta dulcedo e in eterna pria q inex-plicabilis et intimabilis vnde tanta e dulcedo q si celu aperire et mim gaudiu dom sti vide ipius a nobis remote fuit en tm modus suffici no posse Si possibile esset tu nllum cor adeo tristem qn letificaret nec dq

pena tam amara qua homo sentiret sive igne sive aquam bulientem ymo nec ipam morte corporalem Grandu tu ele cum nos illuc venies et cu deo et om scis gaudebimus deum vide ita delectabile e q aug. dt q potius vellet esse in infrno et deum vide q in celo et eius visione care pos. Cum nulle admixte Et illud donu expellit pccm luxurie q sm Gregor i gustato spu despicit ois caro Aug Bn dulcedine dulcemus nd degustas si cordi delectace tox mandas

Margin: luxuria

Si quis peccavit con
patre remittetur ei qui

aut peccavit vel blasphemiam dixit in spm sctm nd remittetur ei neq hic neq in futuro vel in etiam neq est eis etiam delicti ut d xij mat. in pro quo e notand ut habetur in ij sentem d xliij Est unum genus pcti ceteris gravius et abhominabilius qd e pccm in spm sctm qd xpus suma veritas hic appellavit irremissibile iniustum de quo dixit dupl made lotuz sup aut et in ij senten ubi d s. aug et ambro. et in aly doctores in multis locis ut aut de argumentis eoz et conclusionibus dimissis clarius veritate et cognitionem illius gravissimi pcti in spm sctm pro declaracione illius tria sunt no-tanda primo q speale gen pcti sit pccm in spm sctm Sedo qt spes sunt illius pcti Tercio quod hoc pccm in spm sctm dr irremissibile Primo sciendum e q pccm in spm sctm intelligitur triplicit primo sic committitur contra personam spus sti Sedo con eius

attributum quod est bonitas et clemencia
Tercio qui fit ex certa malicia cordis et
electione voluntaria Primo illi peccant
in spiritum sanctum qui errant circa ea que
dicuntur de spiritu sancto quod coequalis co-
eternus consubstancialis est eterno patri
et filio ut ait beatus Augustinus de fide
et symbolo Contra hoc peccant quidam heretici
qui spiritum sanctum minorem dicunt esse
patre et filio et sic peccant contra
personam spiritus sancti Secundo illi peccant
in spiritum sanctum qui faciunt contra attributum
eius scilicet eius bonitatem. patri enim attribuitur
potencia filio sapiencia Spiritui autem
sancto bonitas et clemencia ut habetur
in i sententiarum questio x Et fit tali
modo quia aliquis delectatur in aliquo
peccato et ut liberius possit inherere
tali peccato et delectari in illo abiciat
a se graciam que posset eum retrahere a tali
peccato ut est nimia bonitas spiritus
sancti Spes eterne felicitatis. quantitas
eterne pene terrores sermonum et huiusmodi
que omnia procedunt a bonitate spiritus
sancti et sic graviter peccat in spiritum
sanctum spernendo bonitatem eius
ne impediat in sua delectacione
seu superbie seu luxurie Tercio illi
peccant in spiritum sanctum non coacti
aliqua fragilitate nature vel
motu ignorancia vel sed ex certa
malicia cordis libera voluntate
eligunt sibi carnalem delectacionem
Vita sic est de virtute sic et de vicio
De virtute autem sic est cum quis habet
habitum inclinantem eum per modum
nature ad actum virtuosum sive sic
ad elemosinas dandum sive casti-
tatem conservandum sive ad obedienciam
divinis mandatis et huiusmodi de aliis
virtutibus et sic dicitur habere talem

Et dicit eum esse minorem patre et filio et spiritus sanctus [illegible] equalis patri et filio

virtutem ad quam habet inclinationem eum
libere per modum nature ex electione voluntaria
sine coactione alicuius instancie
inclinat Sic de vicio intelligendum
quia quis habet habitum viciosum incli-
nantem eum libere per modum nature
necessarium sive sic avaricia sive
luxuria sive superbia et sic de aliis
obiectis in quibus homo se delectat
illicite libere per modum nature
ex electione proprie voluntatis sine
coactione fragilitatis seu ignorancie
et sic ex propria malicia cordis
peccat in spiritum sanctum Sic [illegible]
et scire non ex infirmitate vel ex
ignorancia sed ex certa malicia sine
cordis [illegible]
adeo in spiritum sanctum [illegible] ut habetur
in textu [illegible] et [illegible] esse

talis defectus

Secundo est videndum
quot sint species illius
peccati in spiritum sanctum
Et breviter ut habetur ij sententiarum
d. xlj Sex sunt species in spiritum
sanctum. Duo sumuntur ex parte obiecti
contra quod committuntur s. divini summi
boni. Duo ex parte effectus
divine bonitatis. Duo ex parte pec
cantis ex quo elevatur peccatum. Primo
ex parte obiecti in quod committuntur
peccata s. in deum elevantur duo scilicet
presumptio et desperatio sed in deo
eius duo sunt specialia ut dicit
omnis scriptura s. misericordia et iusticia
Actus misericordie est dimittere peccata
penitentibus et humiliantibus se
Deo. actus autem iusticie est punire peccata
perseverantium in malo proposito et
hoc patet videtur xxxiij q. j. deus
ita misericors est ut in misericor-
dia non relinquat iusticiam
Et ita iustus est ut in iusticia
non relinquat non relinquat
misericordiam. Unde dicit
David Thob. iij iustus es domine
et omnia iudicia tua iusta sunt
Et omnes vie tue misericordia et veritas
Patet autem hec duo in deo primo
in angelis peccantibus quos per iusticiam
condempnavit damnavit misericordia autem
eius patuit in angelis per
manentibus in originali puritate
quos per gratiam confirmavit ut
in eternum cadere non possint a beatitudine
Patet in ij sententiarum d. vij. Secundo
hoc patet ex iusticia quem
propter transgressionem mandati ex
pulit de paradiso voluptatis
Gen. iij. Eius misericordia splenduit
in eo quod ante portam paradisi con-
stituit cherubim cum gladio igneo
et versatili qui erat figura divine visi-
onis per ignem tribulacionis et passionis
ihesu xpi et per medium gladii divine
[illegible] debet ab hoste celesti
[illegible] ita quod ada cum suis posteris
possit ingredi paradisum eterne voluptatis
Iusticia dei etiam patuit in diluvio
in quo omnem pene terram lavit ab
[illegible] hominum Gen. vij et viij. misericordia
autem eius in hoc splenduit quod non
universam creaturam in nichilum redegit
sed ex misericordia conservavit in archa
octo homines et de ceteris animalibus
paria et paria Gen. viij et cetera
Et sic discurrendo per totam scripturam
semper misericordia cum iusticia et iusticia
cum misericordia operatur. et sic fit cum homo
delectatur in actibus inordinatis in vo
luptate carnis vel in divitiis sed
in carnali amore itaque homo
faciat [illegible]
[illegible] ignorantie. Sed ex electione liberi
voluntatis et faciendo levat oculos
mentis ad misericordiam dei quod sonat per
totam scripturam Ezech. xviij Qua-
cumque hora peccator ingemuerit
vita vivet et non morietur et
peccatorum non recordabor. Ysaias xliij
Ego dominus [illegible] delebo iniquitates
tuas propter me et peccatorum tuorum non recor-
dabor et sic quando peccator promittit [illegible]
[illegible]
spem future confessionis et penitentie
peccat super misericordiam qua ipse abutitur
in malo suo quod iam non vult contra
ne careat delectationibus suis dicens
mihi adhuc tempus satis habeo
penitendi per duos annos vel tres
vel [illegible]. Et sic a misericordia [illegible]
presumptuosus efficitur et [illegible]
[illegible] fontem
totius bonitatis constituens [illegible]

dine mie in sua ppa volutate
et hic no e sermo pvocans
miam dei s ira et indignacoz
eius Judith viii dixit Judith
Et qui vos estis qui constituisset
tem. et tempus mie dei no est hic
sermo. talibus dicet dns Ezech
ego volebam ex mea mia te con-
vertere et tu volebas tu te ve-
vertere et tu nolebas unde Crisostomus
sicut ego nolim ... Unde Orosius
sic ps. Enim exarsit in ... ira
sic Gre. Et di. greg. sic Job ... En
enis ... et di. greg. sic Job Ca
peccatores proponit et longa vita
et sic qui secure peccant. eo tempore
quo mie putat ad etna supplicia
rapiunt et petit spes corp et sic
hec p ii peccatum contra in spm scm
s. presumpcio q oritur ex inadverta
consideracione dine mie presumpcio-
s aut vt Thes in ii summa
d. xli. estimat deum no esse
iustum quod e negare essenciam
diuinam. **De secundo**

pecco in spiritum sanctum

Secundo in deo considerat iusticia
reddendi vnicuique iuxta opera sua
sic scriptum est iustus e dns et iusticias
dilexit. Et exo. xx dicit dns
Ego sum dns deus tuus fortis
zelotes i. ardens amator iusticie
visitans iniquitatem patrum in filios
vsque in terciam et in quartam generacionem
in hiis qui oderunt me. Credo
enim quod et dns in multis peccatis
vult oculos mentis pm ad iusticiam
dei. et non etiam ad miam cogi-
tans quomodo ipse innumerabiles angelos
propter vnum peccatum ab etna gloria
in profundum inferni submisit et
cum ira et totum genus humanum
propter vna trasgressione mandati

de paradiso in hanc vallem miserie
depulit et totum mundum propter multa
homines in diluvio delevit exceptis
paucis et zodoma et gomorram
igne et sulphure destruxit. Sic ho
timore dine iusticie sine spe mie
decidit in profundum desperacionis
et desperat de dina mia bonitate
estimans sua malicia dine bonitatis
magnitudinem excellere vt ait B. aug
et Thes in ii summa vbi e Ex.
de cayn Gen. iiii Ca. ii dixit
maior e iniquitas mea quam venia
merear et sic tales desperantes de
dina bonitate propter sua malicia
estimat deum no esse bonum quod
e iniquitas maxima deum no esse
et negare eius essenciam infinitam
vt ait B. aug. sic ps. ... dne ne
in furore tuo ... Et sic peccatores
debent iusticiam dei quam ipse ondit
per spm sanctum non vt desperent
sed vt timeant et a peccatis recedant
ad sua miam qui vt dicit Augustinus
in libro de similitudinibus ante
casum peccati homo non debet recordari
mie dei ne efficiatur presumptuosus
ad peccandum sed iusticie dei debet
meditari vt retrahatur a peccato timore
eterne pene post peccatum aut non
multum recordari debet iusticie dei s
et mie vt non desperet. qui autem
hec ambo contempnit ta presumptuose
peccando super miam dei quam desperando
de dina bonitate et iusticia dei
hortatur nos spiritus sanctus Eccli v.
de propiciatu peccatorum noli esse sine
metu iusticie neque addicias
peccatum super peccatum et ne dicas mi-
seracio dei magna est multitudinis peccatorum
meorum miserebitur. mia enim et ira
ab illo cito proximat et in peccatores
ira illius respicit

Secundo ex parte effectus spiritus sancti dico peccatorum.

Primo spiritus sanctus ex sua eterna bonitate et inestimabili caritate dat nobis veritatem sacre scripture veteris et novi testamenti ut cognoscamus bonum et malum, viam et finem ut declinemus a malis et faciamus bona et sic eternam felicitatem attingamus.

electi fuerint in eorum civitatibus et diocesibus confessiones subditorum
suorum confiteri sibi volencium audire libere valeant et huiusmodi confitentibus
prout secundum deum expedire noverint penitencias imponere salutares atque eis
absolucionis beneficium impendere de gratia et licencia eorundem et deinde pre-
fati magistri priores provinciales ministri et custodes ordinum predicatorum
et minorum eligere studeant personas sufficientes discretas modestas
atque peritas ad tam salubre ministerium et officium exequendum Quas sic
ab ipsis electas representent vel faciant representari prelatis ut de eorum licencia
gratia et beneplacito in civitatibus et diocesibus eorundem persone huiusmodi sint
electe confessiones sibi confiteri volencium audiant et imponant penitencias salu-
tares et beneficium absolucionis impendant prout superius est expressum Extra
civitates et dioceses in quibus fuerint deputati per quas eos volumus
et non per personas confessiones nullatenus audituri hec ibi Vide adhuc
remanent ad maiorem declaracionem principaliter pretactam. Primo colligo ex littera 1o
quod ad hoc ut fratres predicatores et minores licite valeant audire confes-
siones sibi confiteri volencium et ~~eisdem iniungere~~ plura requiruntur. Primo ut
eorum superiores habent promissi in littera per se vel per fratres ydoneos se conferant
ad presenciam diocesanorum petentes licenciam ut fratres electi possint audire con-
fessiones sibi confiteri volencium et eisdem iniungere penitencias salutares 2o post 2o
petitam licenciam ab episcopo vel tenente in hoc casu eius vices superiores fratrum
in littera hic nominati debent eligere fratres ad audiendum confessiones tales et ita
ita qualificatos prout papa exprimit in hoc loco Primo sufficientes
quo ad litteraturam qui possunt discernere inter lepram et lepram et cognoscere differenciam
inter mortale et veniale et inter casus episcopales et simplices de peccatis
Cum velit penitens peccata ut mereatur graciam querat sacerdotem scientem
ligare et solvere. ne cum negligens circa se extiterit negligatur ab illo
si insufficienti hec ibi. 2o eligere debent ydoneos fratres a iure nec
reprehensibiles quo ad huiusmodi actum. quia secundum paulum de heleaza ydoneus
est actus irreprehensibilis utilis et conveniens. Tercio eligere debent

fres vite probatos i bone vite Ex quo sequitur fres non tenentes regulas
ab initio professas et contra professionem notorie facientes maxime quod tales
si sint aliqui saltem non debent eligi ad confessiones aliorum expediendas
et penitencias iniungendas Cumque tamen secundum fratrem minorem in genere vel speciali
habent proprietate notorie non sunt probate vite quia hii sunt viri professi
qui nec debent habere proprietates in genere nec in speciali prout in regula
fratrum minorum clare continetur Et in ex parte sexta xxii questione magister
Lerma quondam et in alia ex parte quam ingerit ad conditorem canonum
Sic dico quod de fratribus predicatoribus qui contra substanciam regule et man-
datum tenent aliqua propria non sunt probate vite ideo secundum formam huius
Clementine non debent eligi ad audiendum confessiones fidelium Et quod ta-
les non sunt probate vite patet de sta. mo. c. Cum ad monasterium ubi dicitur
Cumque fuerit inventus habere proprium postquam monitus canonice de monasterio
expellatur et in aternus pro tempore proximam recendatur Et si proprietas inventa
tam quamquam invecta fuit insignum perditionis cum eo extra monasterium sub-
terretur hec ibi Et si hoc est signum perdicionis et reprobacionis patet
quicumque talia possidet non esset probate vite unde si de hoc constat
non debet eligi Eodemmodo dico de fratribus qui ex regulari professione
carnibus uti non debent et notorie sano corpore contra iuramentum carnes
comedunt et tales non reputo ad hoc officium salutare eligendos quia
in rei veritate tales non sunt probate vite qui transgressor est penitus regule
nec est probata sed reprobata vita quam notorie professiones fratrum
transgredientes secundum priorem regulas vivere permittit Et si dicitur de curato
ut Omnis utriusque sexus quod talis debet eligi in confessorem qualis
debet esse secundum privilegiatus idem dicimus de ipso existente notorie peccatore
Sed ex quo illud non dicitur quod dum ab ecclesia tolleratur quia non est suspensus
vel excommunicatus a iure vel ab homine ab eo licite recipiuntur extra de fide
in q vlt c vlt Et de cohi cle c mli c vica inf Sed eo suspensum
predemon et vel eo licet nra greve tamen sit probate vite debet eligi ad con-
fessiones confessionibus salubriter confitentes Etiam si non esset probate vite
sed vite reprehensibilis et in moribus pravis vel moribus notorie et perseverante
constitutus non possunt esse iudices salutis aliene qui non sunt iudices proprie
nec possunt intendere circa salutem proximi qui negligit semetipsum et
extinctacta vita desistit quid de subscripti confessore presumatur de proprie-
tate chandata alias nichil non possunt propter lucrum animarum sed propter lucrum
bursarum gerere audientia confessionum unde hic dicit littera quod fres eligendi
ad hoc officium debent esse probate vite unde leprosus in lege missus
est ad sacerdotes propter lepre non ad alios unde dicit petrus damiani
legis preceptum est ut cum quibus lepra perfunditur sacerdotibus ostendatur tunc
aut non sacerdotibus sed leproso parvus leprosus ostenditur cum immundus immunda
parcata quorum nequiciam confitetur Talibus ergo valde nephandum et ab-
surdum est gloriari se habendam potestatem confessiones audiendi sic et etiam
sacerdotes curati Certo eligere debent fres discretos ut inde sancti medicina
suprainfundat vinum discipline aut correctionis et oleum misericordie aut

complacent vincendus sauciati de pe. et re. dis. et xx. d. c. disciplina
Certo debent eligi fres modestos Ordinatos probatos Oz mirum posset alicui
quare hee qualitates et modificaciones non sint adiecta sacerdoti curato cui debet
fieri confessio ex precepto decretalis Omnis utriusque sexus Ratio huius possem
talem qualem assignare sed ipam relinquo inquisitoribus curiosis vel
pocius curiosis. nisi absque dolo fres requisiti Oz utrumque vocatum debet
eligi expressis verbis Respondit paulus quod debet vocatum eligi et
debet personaliter presentari ut sunt presentes coram epo Racio huius quia
alis tolleretur episcopo facultas repellendi indignum et dignum ad hoc officium
admittendi quod esse non debet ut notatur. i. prallegato. c. dudum prope licet
supremus posita Tercio dicitur quod fres presentati epo et admissi. audiant
confessiones eis volencium confiteri in diocesibus et civitatibus in quibus sunt
deputati et non extra illa tamen quod in nullo casu eis absolvendi auctoritatem ma-
iore se licet intromittat quam parochiales presbiteri nisi epus vel superior
ut. ipsis uberiore graciam specialiter duxit concedendam Tertio notatur et ut.
ut confessus hoc legittime eisdem fratribus privilegiatis et rite absolutus
teneatur eadem peccata iterum confiteri presbitero curato. vel alteri presbitero cuicumque
ut. p ex. va. Joh. xxii. que incipit vas eleccionis Ubi dicit quod illi
qui predictis fratribus confitentur non magis tenentur eadem peccata iterum confiteri
quam si ea alias confessi fuissent eorum proprio sacerdoti iuxta consilium generale Omnis
Cuius tamen oppositum quondam multi doctores tenebant principaliter magister Johannes
de polliaco. doctor parisiensis. qui dixit quod confessi fratribus presentatis habentibus
generalem licenciam audiendi confessiones tenentur ea peccata que confessi fuerant
iterum confiteri sacerdoti curato Et quod iste doctor in hoc erravisse dicitur
et compulsus est publice parisius revocare errorem p ex vaginte vas
elecionis sedes ergo non condicio nec est condicionis Alii vero doctores non sunt
dixerunt peccata confessa fratribus iterum semel in anno esse confitenda ex debito
Contra hoc consuluerunt quod fuit doctor venerabilis magister henricus degandavo
in quodlibeto questione 23a. dicit quod diligenter privilegio fratribus concesso de con-
fessionibus audiendis inspecto si rim tale esset concessum a summo pontifice
adhuc non auderet eo uti confessiones audiendo absolvendo et penitencias iniungendo
nisi exhortando eos quos audiret ut saltem semel in anno confiterentur suo
proprio sacerdoti omnia peccata sua que tamen michi confessa quam non confessa per totum
annum interesse peccata In hoc eos premuniendo quod aliter non prodesset
si hoc contempnerent agere et sequens non licet hoc propositum eius nullo modo
ad confessionem recipere hoc audientes viginti tres epi erant eius opinionis
parisius ad id declinabat papa benedictus xi in constitucione sua
Inter cunctas Cetera ubi dicit Cetera sic predicatoribus quibus de necessitate non sit
iterum eadem confitenda peccata tamen quod propter erubescenciam que magna est pars penitencie
ut eorundem peccatorum iteratur confessio reputamus salubre fratres distincte
iniungimus ut fres privilegiati confitentes attente moneant et in suis

non tenetur
opinio oposita
opinio alia

predicatoribus exhortentur ut suis sacerdotibus saltem semel confiteantur in anno
attendendo id ad quem consecutum procul dubio pertinuerit hec illa Erubescant
igitur hii fratres privilegiati qui tam audacter et presumptuose se iactant
et gloriantur publice seu occulte tanta habere potestatem confessiones fidelium
audiendi et penitentes iniungendi sicut et sacerdotes curati quod sciliceet de onere gra-
vissimo quod sibi impositum est a domino ad portandum Concluditur quod ex
dictis quod quilibet tenetur confiteri curato semel in anno ad minus hoc autem confirmatur
ex eo quod curatus datus alicui quo habens potestatem audiendi confessiones quod
ab exordio ecclesie ut dicit innocentius unde non est verisimile papam privile-
gium fratribus confessorum subditum velle omnino eximere ab obediencia sui pastoris
sic quod unusquisque parochianus tenetur illi sua confiteri peccata confitendo veneraque
hec tamen sub curati sit numquam sit et sub fratribus privilegiati sit vo-
luntarium et ideo prius fortius videtur ex quo quod unde armachanus
traxit vero saltem forte sicut arguendo voluntarium non tollit
idem ideo confessio fratri facta non tollit confessionem faciendam curato
ex precepto c. omnis utriusque sexus quia tamen quod prius utrique est voluntarium
ut patet ex hoc capitulo in cle. de se. c. dudum sibi dicitur Si volerint
confiteri est necessarium et preceptum ut ex de pe et re. c. omnis
utriusque sexus fidelis postquam ad annos discrecionis
pervenerit omnia sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur
proprio sacerdoti Penam autem non facientibus ibidem subditur vivens ab ingressu
ecclesie prohibeatur et moriens christiana careat sepultura unde unitas
semel in anno veniendi ad curatum non est hic sublata sed utique ad hunc
durat unde credo quod hoc privilegium fratribus confessorum potestate presbitero
curato non esse omnino sublata sed prius quod hoc sibi sunt concessi in
multis casibus plures quam semel confitendo et perplexis et fideles expedit in
curato confiteri vadat ad fratres privilegiatos. Et si volunt cum sibi quibus aliud
tex essent sua peccata celare non prohibeo. tamen ad minus semel ad minus in anno
maxime circa festum pasche in ex precepto demandatum curati ut sui vicarii
vel alterius auctoritate habentis tenetur recipere eukaristie sacramentum sua confitendo peccata
et vultum suum pastori suo ostendere non debet et cetera

Simile est regnum celorum Mat. xiii. hoc est status ecclesie
militantis homini qui seminavit bonum semen in agro suo homo est
christus ager autem ecclesia labore et xpi forme exculta bonum semen
est sancta doctrina et fides katholica Cum autem dormirent homines venit
inimicus et superseminavit zizania quia post dormicionem xpi et apostolorum
per mortem statim hereses inter fideles seminavit dyabolus per suos
quia eciam aliquae hereses inventoribus apostolis fuit suscitate ut in epistolis pauli
sicut 2o c. Nunc antichristi multi sunt facti Unde sequitur quod ex nobis prodierunt
sed non erant ex nobis Cum autem crevisset quod fides katholica per orbem

incipiet multiplicari tunc heresis q primo latuerat manifeste apparet in persecutione
fidelium accidentes aut servi id est doctores isti sunt patres antiqui qui fecerunt
in primitiva ecclesia qui admirantes perfidiam heresis insurgere ad deum accesserunt
personam inquirentes unde talis perfidia oriretur quibus sunt divinitus
revelatum q hoc erat ex opere dyaboli deo permittente et hoc ut stabilitas pro
betur unde dicit inimicus homo i dyabolus hoc fecit doctores aut dixerunt i sti
patres personam divinitus consilium querentes volumus simus et colligimus separando
eos a unitate ecclesie per excommunicationem et tamen committendo iusticie secular
exterminando per mortem et ait non ne forte eradicetis simul et triticum id est
ex quo patet Dominus hereticos non vult permittere vivere ab
solute sed in casu tantum s qui non possunt separari a fi
delibus sine periculo fidelium et hoc contingit dupliciter de causa
Una quando non bene cognoscuntur nec bene distinguuntur a fidelibus alia
e qui habet tantos defensores q si contra eos procedatur maius
periculum in ecclesia probabiliter timetur et fasmata vel intersectiones
tunc enim permittendi sunt propter maius
fidelium a furoribus hereticorum
periculum evitandum Ubi aut non occurrent ista obstacula seu pericula
sunt separandi ab ecclesia et iusticie seculari relinquendi et occidendi
per mortem ne per eos tota ecclesia contempnatur Sequitur Sinite utraque
crescere usque ad messem i usque ad mundi consummationem quod duobis
modis intelligitur uno q in casu sunt permittendi vivere alio
q quilibet ecclesia hereticos patitur usque tunc ab ea vendabitur usque
ad finem mundi et tempore messis i iudicii Dicam messoribus i
angelis colligite primum zizania q per ministerium angelorum separabuntur
tunc mali a medio iustorum et alligate fasciculos ea i diversitates
hereticorum dicit fasciculos non unum fasciculum q pro sua diversitate
sive unusquisque punietur ad comburendum igne perpetue dampnationis Triticum
i fideles in horrea huius mundi hic contemptos et flagellatos congregate
in horreum meum i in celestem gaudium

vo bu

Incipiunt Responsiones ad obiectiones et picturas huius heretici

Ex tractatu prescripta materia tamquam ex quodam fundamento
posito faciliter solui possunt obiectiones et argumenta wiclef-
phistarum et hussitarum quibus sanctam katholicam romanam ecclesiam
sacros canones sacramenta claues ministros bona ecclesie beneficia
proprietates vestimenta iurisdictione et omnia que ad ecclesiam pertinent
multipliciter impugnare non cessant veritates in omnibus scripturis
veteris et noui testamenti in decretis canonibus et nouis scribentibus vi-
dentur contrarietates et repugnantias statum romane ecclesie poterit
inuenire allegantes canones contra canones nec curant per
veritatis indagacionem et per glosas doctorum suas et sua concordare
contraria sed in una parte condicionis persistunt firmissime
per quam viderint se posse romanam ecclesiam impugnare prout
lucide apparet in tabulis et picturis ipsorum

Depingunt enim in una parte tabule papam equitantem et insigniis
cesaree dignitatis utentem allegantes de ymule antiqua In alia
vero parte depingunt Christum pauperem crucem suam in humeris baiulantem
allegantes ysa. liij Nouissimus virorum etc. Item mt xvi Si quis vult
post me venire tollat crucem suam et sequatur me Ex hac diuersitate Christi
et pape concludunt dicentes papam esse antichristum et totam romanam
ecclesiam esse de secta heresis antichristi Unde et huic tabule asscribunt
titulum Incipit conuersacio Christi opposita conuersacioni antichristi Item
pingunt Constantinum imperatorem et Siluestrum Ludowicum imperatorem dona-
tes pape urbem romane pallacium ducatum suburbana et cum glan-
tes pape urbem romane Constantinum quoque imponentem pape coronam auream
pietatis ipsorum Constantinum quoque exhibentem sibi equitanti stratoris offi-
cium clamidem purpuream et Constantinus et lxiij di. Ego Ludowicus In opposita parte
vt habetur xcvi di. Constantinus et ... purpura indutum spinisque coronatum Item xxvij
depingunt Christum derisum purpura indutum filius autem hominis
dicentesque vulpes foueas habent et volucres celi nidos
Item act. vij et induunt quo fugit cum cognouisset et venerit et facerent eum
regem Io. vi Item Sanctum petrum in cruce dicentem Aurum et argentum
non est mihi act. iij et illud non temporibus auro et argento redemptus est
i pe. j Item pingunt papam gloriose sedentem sibi pedes osculari permittere
et in parte opposita Christum geniculatum et discipulorum pedes lauantem atque
dicentem Petro quod feci vobis etc. Io. xiij Et quibus multis similibus
non argumentis sed cauillacionibus non racionibus sed stultis deliramentis se-
ducunt simplices ab obediencia vere fidei retrahentes ostendere nituntur
ipsis ad oculum quod papa sit Christo contrarius et per quos antichristus

Ad obuiandum igitur ipsorum venenosis erroribus ex eo-
rum ipsorum stulticia manifeste declaramus si papa antichristus esset
ex eo quod in persona Christi et tamquam Christi vicarius pedum sibi oscula
beatorum et similiter ipsius nomine acceptat imperialis insignia potestate

et alia que sunt de regno xpi / Cum data sit ei omnis ptas in celo et in terra / Unde sequitur quod ipse xpus esset similiter antixpus / qui ista facit similiter / que papam dicunt facere et depingunt / Nam et ipse xpus in domo symonis / peccatricem recumbens pedes suos non solum osculari sed et lauare lacrimis et capillis tergi permisit / et peccata hec similiter et peccata dimisit / Luc. vii / Item accessit et tenuerunt pedes eius Mt. ult. Similiter eciam si xpum ita depingeret ut pedes suos sibi osculari permitteret / In parte aut alia papa lauante pedes tredecim pauperum in die cene domini singulis annis / quod xpus tamen semel fecisse legitur / Secundum argumentum ipsorum nomine haberet inferre nunc papam esse xpum et ihesum dominum antixpum / Item veritatis racione pendet xpum non solum et semper portasse crucem in humeris nec spineam coronam in capite / sed sepius tractatum honestissime / invitatum ad convivia / et rogatum in domo principis phariseorum sabbato manducasse panem Luc. xiiii / et in die palmarum susceptus est honorifice ut salvator et rex israel Mt. xxi / Et cottidie erat apud eos et sedebat in templo docens ut ipse testatur Mt. xxvi / Et tamen per hec factus est sibi ipsi contrarius / Sic nec xpus in terra vicarius per hec dicendus est antixpus si peccata penitentibus pena executive dimittit et tales ad oscula pedum admittit qui pedes xpi iam ad dexteram patris in celo sedente cum maria magdalena osculari non possunt / Immo verius in talibus hiis papa sequitur xpum et tollit crucem suam / Nam secundum beatum Gregorium ita vero crux tollitur / cum per compassionem proximi animus frangitur / Sicut enim papa omnibus indulgendo / gracias beneficia / indulgencias largiendo et omnium necessitatibus providendo / dicere potest congrue cum apostolo / Quis infirmatur et ego non infirmor / quis scandalisatur et ego non uror / Ita similiter nunc et ante xpus / Cum omne iudicium datum sit a patre / per ecclesiam et regnum xpi regit et iudicat / iura condit / ligat et solvit et cetera omnia que imperiosissime potestate xpi sunt in terris exequitur / Nam gloria et divicie in domo eius iusticia et iudicium correccio sedis eius ps. et corona aurea super caput eius ex. sg. scilicet et c. prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis posuisti in capite eius coronam de lapide precioso et c. / Nam et xpus non solum mortuus est / sed et resurrexit et vivit et regnat / Ita et membra sua in ista corporis non solum prefecit parte sue et humilitatis exemplarum sed et pre cunctis regis et iudicis et excellencie potestatis / Ro. xii / in uno corpore multa sunt membra / non eundem actum habencia / Ro. xii / Ita in ecclesia sue membris sunt / alii qui renunciatis omnibus xpum pauperem in paupertate sequuntur / Alii qui presunt in sollicitudine / Alii qui tribuunt in simplicitate / Alii qui docent in doctrina et c. / Item .i. Cor. xii / Si totum corpus oculus ubi auditus et c. / Ita si omnes pauperes et abiecti ubi divicie gloria regni xpi / ubi iudiciaria potestas presidencium et defendencium divinas subditorum / Ad hec autem quod de sancto petro obicitur qui dixit / clando argentum et aurum non est michi / Unde

q intelligendu est / quia dixit no est mi in affectu ut habeam
argentu et aurum / sed potius ut habeam dare salute aiaz
et corporu / sed hoc quod habeo / hoc tibi do / In noie Jhesu surge
et ambula / et hanc salute aie tue non redimo dando tibi
argetu et auru / sed precio magno alio redemptus est et prog^s
dixit Non corruptibilibus argento etc sed precioso sagwine / Et
sic obiciunt per hoc qd dixit Ecce nos reliqumus oia et secuti sumus
te quid ergo erit nobis Mt. xix Ad quod videt xpus. Omnis qui re-
liquerit prem et agru aut etc centuplu accipiet in hac vita et
vita eternam possi. Unde petrus et alii pro rebus relictis et pre
ve centuplu acceperut / cu de piscatoribus facti sut glosi principes
tre Et petrus pontificalis kathedre dignitate accepit i anthiochia
et in Roma Aliquid ergo petrus huisset argentu et auru si tunc
ipm decuisset hre Ad cuius corporis umbram sanabant^r infirmi
Ad cuius pedes ponebat^r precium de omnibus possessoib et agris vendite
ad fidem venientiu / Sed illud tote expendit / q potuit neqz decuit
nec poterat hre apls et alii xpiani argentu et auru nec
possessiones neqz divicias nec preciosa vestimenta nec equos
qui nec vita corporalem permittebant^r hre. Quo em in regnis
et terris persecutoru xpiane fidei predicatores / hec permittent hre a xpo
tunc missi tanqz agni inter lupos / Sicut vero in xpianoru terris et
regnis. Lupis conversis in agnos / Iam convenit prelatos ecclie
et magistratu spiritualis ptate esse in grege omni sic canes ut
agnos / cum ptatis fortiore a grege dovo alia nociua repellat
Ps. lingwa canu tuor etc Unde et nunc sum saniores Capitulis / Aiun
liz ecclia. no ut servat et congregat si ut subditorum utilitati subveniat
Unde et possessiones et vestes et alia que sut honestatis insignia et
auctoritatis et preeminentie dignitatis / Quis ignorat aliter se ~~hre~~ rationabiliter
hre rusticu eu serviat in laciniis sine vestimentis et calciis et quasi
nudu incede. Aliter aut eu fructus suos iam congregant in hoc
rea. Nec tn est in hoc pbz / conciliis. Unde et hoc quod obicitur
de sancto Martino qui veste hispida indutus et vili dum celebraret
tegmis dum nudis brachiis elevavit. Unde q hoc emulus suus in
corpus sibi fecit / Et q hoc no deceat Spus s. vili veste abiecta tali
Claret ex eo q angelus dni preciosa veste protegit eius brachia
denudata. Et ex hijs pz quod aliter oportuit tunc illos incede qui fuerit
gentium predicatores / Aliter vero nunc istos qui sut xpianorum indices et
rectores / Sicut etiam hodie predicatores et religiosi viri catholici qui
peregrinant^r in terris gentilium humili habitu et sine diviciis incedentes
nichil aliud nisi conversione et salute aiaz querentes solam crucem
et morte pro xpi noie expectantes / Constat itaqz no solu talia
viri etiam quosdam peregrinatos sive etiam mercatores quantumcumqz divites
in terris extraneorum et maxime inimicorum nullis talibus licite uti posse
quibus inter suos et in terris propriis habundaret / Et q hec oia supradicta
tam possessiones quam reliqua ecclesiam et personas ecclesiasticas hre deceat
sufficienter probatum est in ca. ii. tractatus suprascripti. Sequitur
Rex aut ~~aut~~ Papaon dicitur antixpus / qui nascetur in Babi-
lonia et hoc ideo / quia btus Petrus Romam vocat Babilonem

ipse vult. Et quod regnum antichristi et regnum Romanorum quantum pertinet de quo dicitur ut dicit; ut de lira super dan. viii. Unde quod tempore beati petri et Roma fuit Babilon et Nero Romanorum rex fuit quasi Babilonicus antichristus qui petrum crucifixit et Christi ecclesiam persecutus est. Sed per Constantinum regnum huius mundi factum est regnum domini nostri ihesu christi. Apoc. xi. et Roma que erat Babilon et mater errorum facta est sedes ecclesie et discipula veritatis. Omnia autem que in Apoc. de antichristo dracone et bestia dicuntur allegat de ecclesia et papa, patet hoc esse falsum quia secundum veteres et omnes expositores ecclesia Romana non intelligitur per dracone et bestiam, sed per mulierem amictam sole et lunam habentem sub pedibus eius etc. quam persequitur bestia et draco per quem antichristus intelligitur qui tempore suo Romanum imperium et urbem forte violenter usurpabit ad persequendam mulierem Romanam ecclesiam memoratam. Que tamen ecclesia licet persecutionem maxima sit passura non tamen deficiet nec unquam deficiat ut tamen dicit hiero. Nec potestas clavium vel administratio sacerdotum propter quantumcumque ministrorum maliciam poterit esse cassa, quia nec a malo magis percitur sacerdote. Cum sacerdotum virtus non ex ministrorum virtute dependet sed ex sola virtute divina. Ideo potestas clavium et ad ministrato sacerdotum spiritualium sacerdotum a qualibuscumque malis ministris facta secundum formam clavium, preterquam in casibus a iure prohibitis semper valet. Dum ministri tales non sunt per ecclesiam ab eorum officiis suspensi, aut per sententiam interdicti et mtervm quod notorie manifesti non sunt vitandi. Nec eorum administratio est spernenda quod probatum est supra c. viii huius tractatuli. Et habetur etiam De consecr. di. ii. et intra c. vestra et c. Quesitum. Nec propter malorum tollerantiam ante tempora denunciatorum, ipsa Romana ecclesia dicenda est sedes antichristi sicut argumentat heretico quod sic esset conveniens et hoc error inevitabilis sequeretur scilicet quod et christus et apostoli crederentur errasse. Similiter qui quotidie conversabat et participabat in cibo et potu et quam cetere corporis et sanguinis christi in prima missa et in primis ordinibus celebrate ipse Iudas qui fuit fur et traditor et maximus symoniacus. Tamen et idem ad ministrandum spiritualium officiorum sine exceptis propter pecuniam fecerat, quia loculos habebat et fur erat, nec tamen a patris osculo est repulsus, donec per confessionem propriam innotesceret ecclesie dicendo peccavi tradens sanguinem iustum et projectum argenteis in templo dicitur. Tum videre et in signum quod tunc primum vitandus fuerat abiens laqueo se suspendit. Simulatis autem obiectionibus nititur tota condempnare ecclesiam propter symoniacos [illegible] et concubinarios et fornicatores, qui ex prelatorum connivencia tollerant in ea. Unde singulis auctorum versiculis. Unde perscripta puto non esse convenientes, ne aures simplicium tali veneno pestiferos maculent quam non dum noverint alias. Sathane a cuius suggestione processerunt talia et addunt ipsis cottidie plurima. Hec enim sunt illa septem tonitrua

que dant mo in ecclia voces suas Apoc. x. c. ptate bestie huius
vij capita precedencia de quibus eciam dictum est Johanni Signa ea
et non ea scribe. Sed ut fidelibus sub quadam generalitate facilis
via pateat qua in talibus obieccionibus et similibus contra dei ecclesiam fulminandis
possit a fide dectri veritas sunt aliqua breviter sunt notanda. Et
primo notandum quod in sola fide romane ecclesie perfecta veritas continetur. a
secundarie necessarium est omnia que contraria sunt huic fidei in fide errore p-
sistere quia si non sunt sequeretur unum et falsum non esse contraria. sunt posse
contraria simul in veritate psistere quod non capit racio sane mentis.
probatum est autem in primo et ij t. tractatuli pscripti. solam romanam
ecclesiam et unicam esse que veritatem continet et salutem. 2o.
Secundo notandum est quod omnia que eadem fides tenet et approbat tam
veteris quam novi testamenti scripta quam eciam sacrorum decreta canonum
necesse est veritatem dimodum continere. Ita quod non sit in ea aliquid
veritati contrarium. Aliter enim esset absurdum repugnans veritati quod esse non
potest. Tercio notandum quod in locis multis et variis veteris ac novi 3.
testamenti et canonum magna sepe videtur esse contrarietas et contradiccio
hiis qui ignorant aut nolunt diversitatem scripturarum et sensuum
modo convenienti et concordi ad veritatem in ea concordare.
Et nisi hic ita fiat quis est scripturas prohibitas veritatem minime
continere. Ex eo quod omne unum verum non contradicit sed consonat consonum.
Quarto notandum quod contrarius obviatur tam veritate fidei ex duobus 4.
locis scripture diversis et quasi contrariis. prout heretici faciunt vo-
lentes statim ex hoc ecclesiam de errore convincere. Tunc
talis est regula observanda videlicet ut videat qualis sit — Regula
ista scripturarum diversitas et per distinccionem talis diversitatis seu
diversi modi intelligendi solvatur obiectio et concludatur concor-
dancia talium scripturarum que videntur esse contrarie et non sunt.
Sed sola sunt ibi diversitas cum concordancia veritatis. Est autem — diversitas multiplex
sepe inter duo loca scripturarum diversitas intencionum aut effectuum
aut causarum aut condicionum aut temporum aut finium aut consi-
deracionum aut intellectuum aut modorum. Ex quibus tamen diversitatibus
non potest concludi scripturarum contrarietas seu repugnancia veritatis.
Si enim sit similiter concludi posset quod esse in Christo non esset veritas
cum diceret mea doctrina non est mea Jo. vij Super quo dicit
Gregorius Si mea quomodo non mea et si non mea quomodo mea. Ad ex-
emplificandum igitur ea que in notabili sunt predicta talis locorum
diversitas ita per beatum Gregorium exponitur ad concordanciam veritatis
Doctrina mea i. secundum consideracionem divinitatis mee non est mea s.
secundum consideracionem humanitatis mee. Et si dicit vobis alibi Ego a meipso
non loquor sed sicut audivi a patre meo Jo viij Aliud exemplum
modi solvendi diversitatem consilium dicebat Christus discipulis suis in viam
gencium ne abieritis et in civitates samaritanorum ne intraveritis sed ite potius ad o-
ves que perierunt domus israel. Mt x Et alibi docete omnes gentes etc
Mt ult. Ergo in iste locis non est arguenda repugnancia nec con-
trarietas. Ex eo quod talis diversitas est ad diversa tempora referenda videlicet

ut primo venit christi adventus que preerat domus ipsi / et postea in
Samariam et usque ad ultimum terre ad docendum omnes gentes / Unde Actuum
xiii dicebat paulus vobis primum oportebat loqui verbum dei sed
quia repulistis illud etc. / Ecce convertimur ad gentes / propter
igitur modum notare est cum indagacione veritatis concordare diver-
sitates scripturarum et iura contraria secundum exigencia causarum
condicionum et temporum / aliqua eciam convenabiliter abrogare / Unde et
in hoc sanctos doctores plurimum laborasse conspicimus ut
Augustinum in evangelistarum concordancijs / Et gracianus in tocius
decreti volumine ubi et in prima lectura di. / Incipit discordancia
Canonum concordia et plurimum doctorum apparatus in concordandis
iuribus / Omnium licet inter se diversis respectibus sint dissonan-
tes unus tamen spiritus et una fides in eis facit eos in una veritate
concordes / Illi vero qui huius fidei veritatem impugnant solo
contradicendi studio perdiderunt sensum prout dicit Augustinus in
li. de natura boni et inciderunt in falsissimos errores / Primi autem
studio concordandi invenerunt sensum et permanent in fidei veritate

Ut autem perfectius habeatur modus generalis intelligendi et solvendi obiectiones
que fiunt contra veritatem fidei. sicut est ut exemplificetur inducam adhuc
duo exempla cum difficilioris materie. ut per talium solucionem simi-
liter obiectiones alie que faciliores plane refutentur. / Primum
horum est de una diversitate que est inter predestinacionem et liberum arbitrium
ex qua diversitate duplex heresis est exorta / Prima est illorum qui receperunt
predestinacionem multis et firmis scripturarum auctoritatibus / hanc probatam esse
videntes et propterea tali potissima racione / Certa enim perfecta sapiencia est
in deo / Deo nota esse sequitur predestinacionem esse / Novit enim ab eterno
sicut deus quis salvari vel condempnari deberet / De hac igitur
predestinacione sic concludunt false liberum arbitrium tamquam predestina-
cionem nichil esse / Unde ex tali errore decepti omnia opera meritoria ne-
gligunt et se dubijs peccatis involvunt dicentes si michi dominus si predestinati
sunt esse de numero salvandorum / Secunda heresis est prime contraria et
est illorum qui in libero arbitrio suffulti / simul multis scripturarum auctoritatibus
eciam tali innixa racione / Sicut enim in deo est perfecta iusticia / Ita necessario de-
bent dare homini liberam arbitrij voluntatem / Quam sine qua homo non iuste
reciperet a deo pro meritis penam eternam aut gloriam / Tales igitur libero
arbitrio insistentes / false concludunt predestinacionem in deo non esse / Et
iste est error pelagij qui eciam graciam dei et suffragia ecclesie homini
nichil addere dicebat / sed tota consistere in hominis libera voluntate / Ex
hijs autem duobus erroribus oritur talis dubitacionis via apud multos
quod videlicet nunc propter credulitatem liberi arbitrij ut salventur non audent
credere predestinacionem esse in deo / Alij autem propter notariter predestinacionem
in deo non audent libertatem arbitrij credere et sic perplexi ex hijs ignorant
quid eligant / Huius autem dubij et errorum diversitas taliter solui
potest / Constat autem quod perfecta sapiencia et perfecta iusticia simul sine con-
tradiccione aliqua sunt in deo. ex quibus innixa racione convincitur tam pre-
destinacionem esse quam eciam liberam hominis voluntatem / Sed quod propter apparen-
ciam alterum sit negandum / hoc omnino iniquus potest esse / cum inter / illa
ea /

est contrarietas aut contradictio Ex eo quod eorum diversitas intelligitur esse respectu
inestimabilis diversorum / Est enim predestinatio respectu dei eterni creatoris infiniti
/ et liberum arbitrium respectu hominis creature finite. Et sicut exaltantur celi
a terra ita exaltate sunt vie dei a viis hominis et cogitationes dei a cogi-
tationibus hominis Ita et predestinatio dei ab hominis libera voluntate Que
infinitas tamen finiti ad infinitum / ut aut predestinatio dei imponat necessitatem
libero arbitrio / aut liberum arbitrium hominis impediat dei predestinationem
etiam Non potest igitur esse contrarietas inter ea que diversis respectibus
constat sic simul convenire / et hec de primo exemplo solvendi diversitate ubi vide-
tur esse contrarietas et non fuit Secundum exemplum modi generalis
intelligendi et solvendi obiectiones factas contra veritatem fidei est de obiectione
generali que potest colligi ex omnibus et singulis locis et auctoritatibus inductis vel inducendis
per hereticos contra fidem et ritum sancte Romane ecclesie Et qualiter talis
obiectionis falsitas consistat probatum est aut in primo et ii c. supra / quod Romane
ecclesie fides non deficiat nec umquam deficiet dicente domino Ego pro te rogavi petre
ut non deficiat fides tua Et ego vobiscum sum omnibus diebus etc. Esset etiam dei veritati
contrarium / quia Iuravit dominus david veritatem et non frustrabitur eum psalmista Et semel iuravi in
sancto meo si david mentiar semen eius in eternum manet Et econtra enim sicut sol in conspectu meo
et sicut luna perfecta in eternum / Ita si dereliquerint filii eius legem meam etc. Visitabo in
virga iniquitates eorum etc. Misericordiam autem meam non dispergam ab eo neque nocebo in veritate mea. In hac
totum de fide ecclesie xpi dictum veritate constat esse In qua et sola reprehenda
est veritas Ex qua ratione convincitur quod omnis huic fidei contraria obiectio in falsitate per-
sistit Hec autem est generalis obiectio ex omnibus argumentis hereticorum collectis
in unum / Certum inneggabiliter in deo est summa iustitia et de eo psalmista dicit
dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem Cum autem hoc ita sit In Romana vero
ecclesia dominatur omnis iniustitia et habundat iniquitas et viget omnis contraria
Ex hoc igitur infertur quod Romana ecclesia iam non sit dei et xpi ecclesia
Sed xpo contraria. et ideo congregatio antixpi Ad probationem autem minoris
veniunt omnia contraria que inducit ex auctoritatibus doctorum et locis omnis scripture Simo-
quibus reprehendere possunt prelatorum et membrorum ecclesie avaritiam Symo-
niam. luxurias. pompam vestium. equorum. ornatum. et abusum preciosorum
ciborum Ex quibus omnibus inducunt simplices ad discessionem a fide Romane
ecclesie faciendam Et cetera in ecclesia vicia Et cetera probationes
quos auctoritates scripturarum que talia vicia reprehendunt Omnes igitur obiectiones
sub tali generalitate solvuntur Manifestum est dei ecclesiam esse sub consideratione
duplici capienda Primo quod exteriori ecclesia que est congregatio omnium qui
pro posse obediunt Romani pontificis et fidei Romane ecclesie exteriori quantum
et participes sacramentorum et divinorum et omnium que ad veritatem fidei pertinent
Et hec est sagena militantis ecclesie que continet pisces bonos et malos
ut probatum est in hac sumpsimus in c. iii. Secunda est ecclesia interior que est
caritatis quod et societas sanctorum atque iustorum et corpus xpi misticum cuius
caput xpus est et omnes fideles membra xpus et illa solum continet
bonos et iustos. Et quilibet etiam mortale peccatum separat ab eadem Per hanc
distinctionem ad obiecta taliter videtur quod illos qui contra iustitiam fidei perfecte
sunt vivus mandati et de quibus loquuntur auctoritates inducte Tales non sunt de
ecclesia interiori et hoc una cum ipsis concedimus Sunt enim de ecclesia
exteriori tamdiu donec per sententiam separantur ab ea Nec sequitur propter quod sunt

malos quos continet Romana ecclesia ita non sit ecclesia dei. Romana per hoc nec
primitiva ecclesia nec christi et apostolorum fuisset dei ecclesia, que in se bonos habuit
et malos. Sicut autem in Romana ecclesia sunt mali tamen multo plures multo boni
sunt si propter malos deserit ecclesia et est mala multo fortius propter bonos non
deserit ecclesia et est bona. Quod si non tunc sequitur quod malicia malorum conveni-
ret cum maiori et cum esse, et bonorum bonitas cum maiori posset et minori, et
hoc inconveniens esset esse potest. Ex quo inconveniencia patet obiectiones istorum
non concludere quod intendunt. Et hec de complexionibus secunda modi generalis
obiectionibus respondendi. Hiis igitur consideratis facilior erit modus
singulis obiectionibus specialiter respondere. Unde principaliter considerandum est
quod in dictis quam obiectionibus ubi arguunt ecclesiam generaliter de peccata, in hoc
a veritate deviant quod multa dicunt in ecclesia fieri cum peccato, que tamen possunt et quomodo
debent aliqui fieri vel sine omni peccato. Si igitur omnia talia arguenda
et abicienda essent in ecclesia dei, que possunt bona intencione fieri
sicut mala cum merito aut peccato. Illud inconveniens sequitur quod videlicet
et sacerdotum, precepto, de mense, sermones, oracionibus, predicatores et similia essent
abicienda et arguenda simpliciter. Sed tamen illa possunt fieri intencione prava
ut propter cupiditatem sicut ut videantur ab hominibus, de quibus dominus
dicit: Receperunt mercedem suam. Sed talis vesania non accedat
in cogitationem hominis sane mentis. Cum igitur in libello obiectionibus reprehen-
dunt vestimenta preciosa in personis ecclesiasticis allegatis auctoritatibus doctorum
qui pompam vestium reprehendunt. Et exemplo Johannis Baptiste in veste
de pilis camelorum et aliorum quorum sanctorum qui duxerunt in meliori to-
nere est ut hec ignorancie per indagacionem veritatis sub tali
distinctione duplici obviant. Prima est quod vestimenta ornata preciosa
et honesta deferri possunt uno modo et intencione propter ostentacionem superbie
et vane glorie, et talem intencionem reprehendunt auctoritates doctorum quas
allegant heretici. Tali modo possunt deferri propter honestatem vite et dignitatem
ac officii atque preeminencia superioritatis et iudicariae potestatis et hunc
modum intelligunt iura ut xxi. q. iiii. Omnis, ubi dicit quod possunt
clerici secundum consuetudinem regionis preciosis vestibus uti, ut conforment se
moribus eorum inter quos vivunt, et ne vilescat dignitas clericalis pur-
puram et anulum ferre possunt. Nam et veste dominum purpurea fuit etc.
Item de excessibus prelatorum h. vi. Ut Apostolus, Johannes, dicit in glossa. Non est prom-
ptitate respondendum quod doctores mitrati, togati et ornati incedunt
ut per eas dignitas doctoratus appareat etc. Item de aucto. et usu pallii
quod confert propter plene pontificalis officii et ecclesiastice potestatis. De
primule antiqua. Secunda distinctio est quod vestimenta simplicia vilia et
abiecta deferri possunt aliter uno modo et intencione propter humiliacionem et statum
pene et refrenacionem carnis ac superbie, et propter exemplum voluntarie
paupertatis et hunc modum habuit Johannes Baptista et ceteri penitentes
ac anachorite et hunc eciam religiosorum ordines per ecclesiam confirmati.
Precedente vero modum de honestate vestium habuit vel christus tamquam
rabi magister et dominus ad cuius honestioris vestimenti fimbriae tactu mulier
est curata. Et aliis apostolis ut b. Bartholomeus qui vestiebatur

purpura et pallio albo exeuntes purpureis insignitos. Et tamen sunt ista duo mo-
di contrarii sed solum diversi. Et secundum intentiones suas in veritate concordes. Propter quod dicebat
dominus: Venit Iohannes non manducans et bibens etc. Venit filius hominis manducans et bibens
Mat. xi. Alios et intentione abiecta vestimenta deferentes putant propter singularitatem
et ypocrisim ut qui nequit se humiliat et interiora eius plena sunt dolo
et ut ceteros despiciat et iudicet. Et hunc modum habent heretici et
propterea alios modos prescriptos confundunt et dampnant. Unde non solum
in Romana ecclesia ornate vestitos arguunt sed et religiososque men-
dicantium cappas lacerant et utrosque repellunt et eorum delicta deri-
dent. Ex hiis duabus distinctionibus et quattuor modis prefatis liquet quod
sit respondendum hereticorum obiectionibus cavillosis. Unde secundum dulsle
exi actionis Christi. Notandum est ut membra Christi ipsum diversimode sequantur
nam non solum Christum patientem iudicatum et denudatum et apocalipsim equitantem
Quod ecce non iudicante propter proprie vestitum podere et zona aurea ad
mamillas eius Apoc. i. et sedentem in equo albo cum iustitia iudicantem
et in capite eius diademata multa et in vestimento eius scriptum
Rex regum et dominus dominantium. Et ideo hunc sequuntur exercitus eius in equis
albis vestiti byssino albo et mundo. Apoc. xix. Per oppositum huius
equi figuratus est Christus et primus ecclesia. Gen. xlix. Dan vero coluber
in via cerastes in semita. Figurata est talis antichristiana heresis
que sub veste abiecta quasi coluber in terra gradiens mordet
huius equi ungulas ut cadat ascensor eius. Dum vero omnem honorem
et potestatem Christi et ecclesie conatur delere fraudulenter. Unde sic obviant
Gen. iii. fecit deus Ade et uxori eius tunicas pelliceas et induit eos.
Item qui preciosis induitur facit contra deum. Ideo dives qui induebatur
bysso et purpura sepultus est in inferno. Luc. xvi. Unde quod propter Ade
transgressionem in signum pene tunc eis dedit vestes illa nec sequitur quod per
hoc vestimenta preciosa de genere sunt malorum. Neque propter byssum et purpuram
dives in inferno sepultus est, sed propter carentiam misericordie in Lazarum cui
denegavit micas, non meruit accipere guttam. Unde etiam a ministris et
misterio testamenti veteris in diversis usus byssus purpura coccus et cetera
preciosa precepto domini habebantur. Et hoc modo preciosior et dignior est novi testamenti
veritas quam figura. Etiam obviant contra ecclesiam propter eo quod habetur de auct. et
usu pal. Quod ut Archiepiscopus pallium suum alteri commodare non debet sed debet
sepeliri cum eo. Allegant intentionem de beato Martino qui clamidem cum
paupere dimidiavit ut faciat idem nobis exemplificavit. Unde dicitur quod b.
Martinus sic quamvis episcopus aut prelatus dux habet vestimenta communi proprie utilite
ad tegendum et vestiendum corporis nuditatem. Aliud tradite autem
et insignia officii potestatis. Cum primo vestivit b. Martinus pauperes ac
nudos. Et de tali dicitur: Qui habet duas tunicas det una non habenti.
Luc. iii. Secundum autem nemini dimisit qui ex hoc pontificalis est sepulta.
Et licet id aliis commodari in signum ne unquam dominum videatur abicere. Et
missa manu ad aratrum retrospicere sed ut permaneat in fine dubet
Archiepiscopo in pallio sepeliri. Hiis et multis similibus latrant contra ritum et

et ecclesiastica honestate etc. Videndum est insuper quo impugnant
eam toto ecclesie symoniaca pravitate, probare nituntur quod predicte ecclesie re-
cipiunt oblatam pecuniam etiam administratores ministrorum spiritualium et etiam
ordinatos episcoporum et aliorum ordinum clericorum, pro litteris et formatis
etiam consecracionibus ecclesiarum et aliorum sacrorum, etiam receptionibus in monasterium
pro investituris, pro sepulturis etiam sacramentorum porrectionibus et multa
similia allegant contra eos canones illos qui reprehendunt vicium
symonie i. q. i. etc. patet ubi dicitur quod symoniaci sunt inter primos et
precipuos hereticos reputandi et ab omnibus fidelibus respuendi. Item
quod tollerabilior est error Macedonii qui spiritum sanctum servum dei patris et filii
fatebatur. Isti vero spiritum sanctum efficiunt servum suum. i. q. i. eos. Item quod nil
exigi debeat pro sacramentis spiritualibus conferendis. De symo. c. i. et c. ecclesia
et c. i. ubi dicitur quod nec magister nec notarius vocem vel calamum vende-
re debeat. Et ut nullus clericus pro beneficio vel sancto ecclesie aliquid conferre
audeat. i. q. iii. Calcedonense, nec excusat consuetudo super hiis
quia non valet contra legem dei. xi. di. in hiis. Ex quibus et similibus arguunt
quod in Romana ecclesia talia recipiuntur et dantur, quod ideo sit ipsa ecclesia
de pravitate symoniaca iudicanda et ab omnibus respuenda. Sed contra
obiectionis fraudulenta falsitas ita patet quia aliud
est recipere vel dare pecuniam et intencione sine pacto pro spiritualibus administrandis
vel emendis et hoc sacri prohibent predicti allegati canones nec ecclesia eius
sacri patitur vel admittit. Aliud autem est etiam omnium spiritualium administratorum
predictorum sponte oblata, ymo sponte offerenda recipere non tamen pro spiritualibus
sed pro collatis spiritualibus gratis accepta et gratis data, modicum hoc estimare
cum ecclesie si ab hiis metent temporalia quibus spiritualia seminant. i. Cor. ix.
Et hoc licet et licuit in testamento veteri atque novo. Et si non liceret talia
oblata recipere, quibus esset quod etiam Christus et apostoli et pene omnes veteris
ac novi testamenti spiritualium ministri subiacerent simili vicio symonie quod non
est phas cogitari nec credi. Constat autem quod Christus qui dominorum spiritualium
novi testamenti minister est Hebre. viii. ab hiis quibus sua spiritualia ministrant
fidei facta sua cum suis apostolis recepit temporalia ministrata. Unde Luc.
viii de mulieribus que ministrabant ei de facultatibus suis. Etiam a tribus
magis oblata de apertis suis thesauris munera preciosa recepit.
Hec igitur consuetudo laudabilis recipiendi sponte oblata a ministris spiritualium
introducta et tenta est per Christum in novo testamento et ideo per Moysen
in veteri testamento. Nimis enim potest enarrare per singula quante fuerant tunc
oblaciones spontanee, sicut etiam in lege precepte primicie decime omnium
sacrificia hostie pro peccatis, pro purificandis post partum, pro mundacionibus
leprosorum et aliorum immundorum, pro redempcionibus votorum videlicet a viro
quinquaginta siclos argenti, et a muliere xxx. Agrorum animalium et
primogenitorum per certos argenti siclos que omnia ad ministros spiritualium veteris
testamenti spectabant ut habetur in li. Levitico. Et Christus similiter hec licet larga
offerenda instituit ministris spiritualium novi testamenti. in signum receptionis Christi et
quia Christum iam recipere et colligere in propria persona non poterint. In tali tamen rece-
ptionis signo Christum in suis ministris recepisse videntur. Unde dicebat Mat.
x. Qui vos recipit me recipit et qui recipit me recipit eum qui misit me
et qui vos spernit me spernit. Et ipse hec dixit. Nolite possidere aurum

et argentu[m] [?] quali propriis sumptibus predicare seu spiritualia administrare
et propriis stipendiis militare. Sed in quacumque domum intraveritis
manet in ea edentes et bibentes que apud illos sunt. Dignus enim
est operarius mercede sua. De prebendis c. cum ex officii. Quinta aut[em] est instancia
talis exceptionis ministris spiritualium aliqua offerre iuxta consuetudinem
quam xp[ist]m cum discipulis habuit turba. Aut modo episcopos et alios prelatos recipere
et in necessariis procurare. Cum aut[em] spernunt xp[ist]m in hoc quod minus est
plus utique eum spernent in alio quod est maius. Propter quod debent per
episcopos cogi tales spernentes qui consuetudinem hanc offendi non servant. De
simo. ad apostolicam. et hoc ab ante xpi receptum est. luc. x. ubi dicit
qui vos non receperit. exeuntes excutite etiam pulverem de pedibus vestris
in testimonium illis. Amen dico vobis quod tollerabilius erit terre Sodo-
morum et gomorreorum in die iudicii quam civitati illi. Cum igitur
arguunt heretici quod pretextu nullius consuetudinis sit pro spiritualibus aliquid
exigendum. Cum diuturnitas temporis non minuit peccatum sed auget. de
simo. Non satis. Unde quod dux est pravam consuetudo bona est
spiritualia. pacto vendendi et simoniaca de qua loquitur hec decre-
talis et illa non valet. Alia est laudabilis et bona a xpo et ab
ecclesia approbata. Et de ista loquitur c. ad apostolicam de simo. et secundum illam
licite recipiuntur oblata. et ad eam servandam compellendi sunt simoni
contemplatores. Unde patet ministros ecclesie propter receptionem talium oblatorum
de simoniaca pravitate esse minime iudicandos. Hiis et multis
aliis obiectionibus multis scilicet heretici impugnant sancte ecclesie romane fidei
heretici. Sed omnium talium obiectionum falsitas ex supscripti tractatus
veritate racionibus et auctoritatibus clare patet annullante omni siccare
artifice spiritu sancto dei et domini nostri ihesu xpi. Amen.

Incipit tractatus thome de iudeis ad petitionem comitisse flandrie

Illustri domine etc. frater Thomas de aquino
ordinis fratrum predicatorum salutem etc. Excellentissima domina
vestras recepi litteras ex quibus et piam sollicitudinem
quam habetis erga regimen subditorum vestrorum et devotam di-
lectionem quam ad fratres nostri ordinis habetis plenarie intel-
lexi deo gratias agens qui vestro cordi tantarum semina
virtutum inspiravit. Quod tamen in eisdem a me requiritis litteris
ut vobis super quibusdam articulis responderem utique mihi
difficile fuit tum propter occupationes meas quas requirit of-
ficium lectionis tum quia mihi placeret ut super hoc requireretis
consilium aliorum magis in talibus peritorum. Verum quia inde-
cens reputavi ut vestre sollicitudini negligens coadiutor
inveniar aut dilectioni ingratus existam super propositis
articulis vobis presentibus respondere curavi absque preiu-
dicio melioris. Primo ergo vestra excellentia require-
bat si liceat vobis aliquo tempore et quo exactionem facere
in iudeos. Ad quam questionem sic absolute propositam responderi
potest quod licet sicut iura dicunt iudei merito culpe sint
perpetue addicti servituti et principes et sic eorum res
terrarum domini tamquam possint accipere tamquam suas hoc tamen
servato moderamine ut necessaria vite subsidia eis nulla-
tenus subtrahantur. Quia tamen oportet nos honeste ambulare
ad eos qui foris sunt ne nomen domini blasphemetur sicut apostolus
monet fideles suo exemplo ut sine offensione sint iudeis
et gentibus et ecclesie dei hoc servandum videtur ut
sicut iura determinant ab eis coacta servitia non exigantur
que ipsi preterito tempore facere non consueverunt quia
ea que insolita sunt magis solent animos hominum perturbare.
Secundum autem huiusmodi moderaminis sententiam potestis secundum con-
suetudinem predecessorum vestrorum in iudeos facere exactionem
si tamen aliud non obsistat. Videtur enim quantum coniectare potui
ex his que subsequenter inquiritis in hoc magis dubitationem
vestram versari quia iudei terre vestre nihil habere videntur

nisi que acquirunt per usurariam pravitatem. Unde consequens in-
quitatis, si non liceat aliquid ab eis exigere, id restituenda
sunt si extorta. Circa hoc igitur taliter respondendum videtur

Prima questio

quod cum ea que iudei per usuras ab aliis extorserunt non
possint licite retinere, consequens est etiam ut si vos hec
acceperitis ab eis, nec vos licite retinere possitis, nisi forsan
essent talia que a vobis vel ab antecessoribus vestris iniuste
extorserunt. Si que vero habent que extorserunt ab aliis, hec
ab eis exacta illis debetis restituere quibus ipsi restituere
tenebantur. Unde si inveniuntur certe persone a quibus extor-
serunt usuras, debet eis restitui; alioquin debet in pios
usus secundum consilium dyocesani episcopi et aliorum proborum virorum vel etiam in
communem utilitatem terre si necessitas immineat vel exposcat communis
utilitas erogari. Nec esset illicitum si etiam de novo a iudeis
exigeretis talia, servata consuetudine predecessorum vestrorum,
hac intentione ut in pios usus expenderetis.

2a q.

Secundo vero querebatis si peccaverit iudeus utrum sit pena
pecuniaria puniendus, cum nihil habeat preter usuras. Ad quam
questionem respondendum videtur secundum predicta quod expedit eum pe-
cuniaria pena puniri, ne ex sua iniquitate commodum
reportet. Videtur etiam mihi quod graviori pena pecuniaria
puniendus sit iudeus vel quicumque alius usurarius quam aliquis
alius in simili casu, quanto pecunia que ei aufertur minus ad
eum noscitur pertinere. Potest etiam pecuniali pene superaddi alia
pena non pecuniaria, ne hoc ad penam sufficere videatur
quod pecuniam aliis debitam desinunt possidere. Pecunia tamen
pene nomine ab usurariis ablata retineri non potest, sed debet
in usus predictos expendi, si non habent aliud quam usuras. Et si
vos dicatis quod ex hoc principes terrarum dampnificarentur,
hoc dampnum sibi imputent, ut supra, ex negligencia eorum
proveniens. Melius enim esset ut iudeos laborare compellerent
ad proprium victum lucrandum, ut in partibus Ytalie faciunt

quam quod otiose viventes de solis usuris ditentur et sic eorum
domini suis redditibus defraudantur. Ita enim et propter suam
culpam principes defraudarentur redditibus propriis si per
mitterent suos subditos ex alieno latrocinio vel furto lucrari
tenentur enim ad restituendum quicquid ab eis exigitur.
Tercio querebatis si ultro offerat pecuniam vel aliquod
exenium an recipere liceat. Ad quod respondendum videtur
quod recipere licet. Sed expedit ut pecunia sic accepta reddatur
hiis quibus debebatur vel aliter sicut dictum est expendatur
si nichil aliud habet preter usuras. Quarto queritis
si plus accipiatis a iudeo quam ab eo christiani requirant
quid sit de residuo faciendum. Ad quod apparet responsio
ex predictis. Quod enim christiani a iudeis illud et non amplius
requirere possint duobus modis contingit. Aut forte
iudei aliqua habent preter usurariam lucrum. Et in talibus tantum
licet vobis recipere servato tamen moderamine supradicto.
Et idem dicendum videtur si hii illa a quibus extorse-
runt usuras eis bona voluntate quia donaverint
cum ipsi prompte se offerrent ad restitucionem usure.
Alio modo potest contingere quod illi a quibus acceperunt sunt
abstracti de medio vel per mortem vel in terris aliis commo-
rantes et tunc ipsi debent restituere. Si tamen non appa-
reant certe persone quibus restituere teneantur procedendum
videtur secundum modum supradictum. Quod autem de iudeis
dictum est idem intelligi potest de quibuscumque aliis insisten-
tibus usurarie pravitati. Quinto queritis de ballivis
et officialibus vestris si liceat vobis ipsis officia vendere vel
mutuo ab ipsis accipere centum libras donec tamen reci-
piant in officiis sibi deputatis. Ad quod respondendum videtur
quod ista questio videtur duas difficultates continere. Quarum
prima est de officiorum vendicione. Circa quam mihi consi-
derandum videtur quod apostolus dicit quod multa licent que non
expediunt. Vobis autem ballivis et officialibus vestris nichil committitur

Nisi generalis officii potestatem, non video quare non liceat vobis
huiusmodi officia vendere dummodo talibus vendatis de quibus
possit presumi quod sint volentes ad officia exercenda, et non
tanto pretio vendatis officium ut et compare pecuniam non possit
sine gravamine subditorum. Sed tamen talis venditio omnino
expediens non videtur. Primo quidem quia contingit frequen-
ter quod illi qui magis essent ydonei ad exercenda huiusmodi
officia sunt pauperes ut officium emere non possint, etsi etiam
sunt divites illi qui meliores sunt ad huiusmodi officia non
ambiunt nec inhiant ad lucra ex officio acquirenda. Sequitur
igitur quod ut plurimum illi in talia officia suscipiunt, qui sunt
peiores ambitiosi et pecuniarum amatores quos probabile est et
subditos vestros opprimere, et vestra etiam commoda non ita fideli-
ter curare. Unde magis expediens videtur ut bonos homines et ydone-
os ad officia eligatis quos etiam invitos si necesse fuerit ad ea
suscipienda compellatis, quia per eorum bonitatem et industriam
magna accrescent vobis et subditis vestris lucra quam de pretio
officiorum venditione acquiri valeat. Et hoc consilium Moysi de-
dit suus cognatus, provide inquit de omni plebe viros sapien-
tes et timentes deum in quibus sit veritas et qui oderint avaritiam
et constitue ex eis tribunos et centuriones et quinquagenarios
et decanos qui iudicent populum omni tempore. Sexta vero dubi-
tatio circa istum articulum quae est de mutuo, circa quod dicendum
videtur quod si hoc pacto mutuum dant ut officium accipiant
absque dubio pactum est usurarium quod pro mutuo accipiunt officii
potestatem. Unde in hoc datur eis occasio peccandi et ipsi tenentur
resignare officium taliter acquisitum. Si tamen gratis officium datur
et postmodum ab eis mutuum acciperetur quod de suo officio possent
recipere hoc absque omni peccato fieri potest. Septimo queritur
si liceat vobis exactiones facere vel precaria in vestros subditos
christianos. In quo considerare debetis quod principes terrarum

6ta. q.

sunt a deo instituti, non quidem ut propria lucra quererent, sed
ut commune populi utilitatem procurent in dispensatione ante
quotidianam propheta dicit in Ezech. principes eius in medio eius quasi
lupi rapaces prompti ad effundendum sanguinem et ad perdendas animas
et avaritiam ad lucra sectanda. Et alibi dicit per eundem prophetam: Ve pas-
toribus israhel qui pascebant semetipsos nonne greges pascuntur
a pastoribus; lac comedebatis et lanis operiebamini quod crassum crassu
erat comedebatis, gregem autem meum non pascebatis. Et ideo
instituti sunt redditus terrarum principibus, ut contenti illis communiter
a spoliationibus subditorum abstineant. Unde in eodem propheta dicitur
mandante domino: de principis erit possessio in israel et non praedabuntur
ultra principes populum meum. Contingit autem aliquando quod principes
non habeant sufficientes redditus ad custodiam terre et ad alia
que imminent rationabiliter principibus ad expedienda. Et in tali
casu iustum est ut subditi exhibeant unde possit eorum communis
utilitas procurari. Et inde est quod in aliquibus terris ex antiqua
consuetudine domini sunt subditis collectas certas tallias impo-
nunt; que si non sint immoderate absque peccato exigi possunt.
Quia ut apostolus: Quis militat stipendiis suis unquam? Unde principes
qui militant pro communi utilitate debent etiam de communibus
vivere et communia negotia providere vel per redditus deputatos vel
si huiusmodi desint aut sufficientes non fuerint per ea que a
singulis colliguntur. Et simile ratio videtur si aliquis casus
de novo emergat in quo oportet multa expendere pro utilitate
communi vel honesto statu principis conservando, ad que non
sufficiant redditus proprii vel exactiones consuete, puta si
hostes terram invadant vel aliquis similis casus emergat.
Tunc enim praeter solitas exactiones possunt licite terrarum
principes a suis subditis aliqua exigere ultra id quod in-
stitutum est. Si vero pro sola autem libidine habendi vel propter
immoderatas et inordinatas expensas hoc eis omnino non licet.
Unde Ioh. bap. militibus ad se venientibus dixit: Neminem
concutiatis neque calumpniam faciatis et contenti estote stipendiis vestris.
Sunt enim quedam stipendia principum redditus eorum quibus

debent esse contenti · vt vltra no exigat · insistendu tam
pdicta ca vtilitat comis · Septimo querebat si officiales
vri absq iusto ordine aliqd a subdit extorserint qd
ad manus vras devenat vl forte no qd sup hc fare
debeat · De quo plana e responsio · q si ad manus
vras devenerit · debet restitue eis qs gravatis si potest
· vel i pios usus expende sive p vtilitate coi · si certas pso
nas no potestis invenire · Si aut ad manus vras no
devenerit · debet copelle officiales vros ad simile res
titutionem · etiamsi no fuerint ubi aliq certe psone · a quibs
exegerint · ne de sua iniusticia lucru reportent · sint a vob
sup hc gravius puniendi · vt cete a similibs abstineant
in futuru · quia sicut Salo · dicit flagellato pestilente
stultus sapientior erit · Vltimo querebat si bonu est
vt p provincia vram iudei signu distinctivu a xpianis
cogant deportare · Ad qd plana est responsio · q scdm
statutu concilii gnalis iudei vtriusq sexus · in xpianor
provincia et omni tpe aliquo habitu ab aliis populis debent
distingui · Hoc etia eis in lege mandat · vt sct faciant
sibi fimbrias p angulos palliorum · p quas ab aliis disc
nant · Hec sunt illustris et religiosa dna q vris
questionibus ad pns rndenda occurrerunt in quibs no sic
mea sententia ingero qn magis suadeam peritorum
sententiam magis esse tenendam · [illegible]

7a q.

vltia q.

In disputacione contra Iudeos noto solitam cautelam primam ut studeatis
errores explicare et ledere in ea parte. Secundum quia facilius est errores quam
nostre fidei articulos racionibus declarare. Tercium quia non possunt semina veritatis
nisi prius extirpentur spine et tribuli falsitatis. Quarta ut obiectiones que videntur
contra nos non tangatis nisi prius eas iudeus proponat (?) obiciat tunc solvite eas sic solutas in-
venietis. Quinta ut ipsi pluribus iudeis presentibus disputatis omnibus silencium
indicatis uno respondente donec illo superato accedat alius responsurus. Ne forte
clamoribus vos obruant et tacente uno loquatur alius interim evasionis diverticula
studeat invenire. Contra quos Ysa. Iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum
peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Manus enim vestre pollute
sunt sanguine et digiti vestri iniquitate. Labia vestra locuta sunt mendacium et lingua vestra
iniquitatem fatur. Non est qui vocet iusticiam nec est qui iudicet vere sed confidunt in nichilo
et loquuntur vanitatem. Tolle arma tua pharetram et arcum et accipe gladium spiritus id est verbum
ut testis legis et prophetarum. Superbus golias id est populus iudeorum tamquam gladio superetur. Distinguitur
autem hoc opus in duas partes. In prima parte que pertinet ad fidem katholice probatur. In
secunda que ad iudeorum errorem reprobatur.

De adventu Cristi probavit Moyses in adabarab (?) id est in deut. xviii. Prophetam
de gente tua et de fratribus tuis sicut me suscitavit dominus deus tuus ipsum audies
et paulo post ait Moyses. Dominus ait michi prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum
similem tui et ponam verba mea in ore eius et loquetur ad eos omnia que precepero illi. Qui autem
verba eius que loquetur in nomine meo audire noluerit ego ultor existam. Hoc non
potest intelligi de Iosue qui fuit successor Moysi et dux populi quia non fuit propheta
nec quid prophetavit nec fuit similis Moysi. Numeri xxvii. Tolle Iosue virum
in quo est spiritus dei et dabit ei precepta cunctis videntibus et dabit ei partem glorie
tue non totam. Ergo non fuit ei similis neque ullus prophetarum dedit legem nisi Moyses et
Christus et ideo dixit prophetam sicut me suscitavit tibi dominus ipsum id est sicut audis legem meam
sic audi suam. Unde dicit dominus deut. xviii. Qui verba mea que loquor audierit non ego
ultor existam. Quod hoc completum est in iudeis sicut patet in excidio Ierusalem per Titum
et Vespasianum et in dispersione gentium eorum per mundum. De hac ulcione predixit Dan.
ix. Occidetur Christus et non erit populus eius qui eum negaturus est. Civitatem et sanctuarium
eius dissipabit populus romanus cum duce venturo id est Tyto. **Quod Christus iam
venit probatur per verbum Iacob.** Qui ait Gen. penult. Non auferetur sceptrum
de iuda etc. Certum est usque ad ortum Christi regem iudeum fuisse de gente iuda usque ad Herodem
qui fuit alienigena sub quo natus est Christus qui est expectatio gentium. Iudei autem
mentiuntur Christum adhuc non fuisse. Et nescio quem regem de tribu iuda in extremis
orientis partibus tenere regnum sed eorum mendacium fallit confutatur quia sicut nullum templum
nullum altare nullum sacrificium. Ita nullus rex nullus sacerdos summus remansit eis et
ipsi deiecti et expulsi sunt de regno proprio. Neque enim mendax esse qui ait Osee: Sedebunt
filii israhel sine rege sine principe sine sacrificio sine altari et sine manifestacionibus,
que omnia quia non videt iudeus iam esse completa. Iudeus obiciat (?): Si messias venit
quomodo completa quod dixit Ysa. de adventu suo: Egredietur virga de radice Iesse et
infra. Habitabit lupus cum agno, pardus cum edo accubabit, vitulus et ovis et leo
simul morabuntur etc. Item Non exercebuntur ultra ad prelium et conflabunt gladios suos in
vomeres et lanceas suas in falces. Non levabit gens contra gentem gladium nec exercebuntur
ultra ad prelium. Ad hoc dicimus quod per bestias crudeles intelliguntur homines crudeles et in-
iusti et per mansueta et simplicia alia boni et iusti quibus simul Christus habere pacem
precepit quod autem de aliis intelligi nolunt declarat cum addit. Quia repleta est terra dei (?)

neque enim hoc propheta pendens dixit quod sciam et cognitum dominum habere non putant. quod autem dicat
non crediderunt etc. hoc tempore Christi impleta sunt in gente qua natus est in titulo ubi probatur quod
messias .i. Christus iam diu venit Iudei obiciunt nobis quod dominus promisit per Ma-
lachiam prophetam se Heliam missurum. sed nondum venit Helias ergo nec messias. Sed hec obiectio
nulla est Iudei enim intelligere volunt de Christi adventu. quod de secundo dictum est ad iudicium quod
patet ex ipso textu Malachie in fine ubi dicit Ecce veniet dies succensa sicut caminus
et erunt omnes superbi et omnes facientes impietatem stipula et inflammabit eos dies veniens
dicit dominus exercituum que non relinquet in eis radicem et germen et orietur vobis timentibus
nomen meum sol iusticie et paulo post in eodem Ecce ego mittam vobis Heliam prophetam
antequam veniat dies domini magnus et horribilis et convertat corda patrum ad filios et
corda filiorum ad patres eorum ne forte veniam et percutiam terram anathemate. Quod Cristus de
virgine natus sit probatur Isaie vii capitulo hoc dabit dominus ipse vobis
signum Ecce virgo concipiet etc. Ysaie. Sed hic obicit iudeus infidelis quod non est quod ibi ponit
sed alma non sonat [be]tula .i. virgo Alma enim tantum quantum puella significat. Respondet fide-
lis ad fidem conversus quod talis cavillator ignarus est in libris nostris hebreorum
Mulier namque sive sit iuvenis sive vetula quamdiu virgo est. virgo est et dicitur be-
tula. quamdiu autem iuvenis est sive virgo sive corrupta sit vocatur naara. Alma
vero vocatur nulla nisi sit iuvenis et virgo Item Ysaias predixit ad Achaz vii pete
tibi signum etc. Si postea daret signum quod corrupta pareret numquid non ridiculum esset
tamquam quis rem arduam et insolitam promisisset sed consuetum et naturale exhiberet. Sed quod dicunt
perverunt iudei nasceretur ridiculus postea dabit dominus ipse vobis signum Ecce
virgo etc. Nullum enim signum esset si corrupta pareret. Numquid deus qui fecit ut virga
arida floreret et fructum ferret ut habetur Numeri xvii. Non potuit facere ut virgo
pareret et quod post partum virgo permansit et deus qui rubum ardentem conservavit
incorruptum ut habetur Exodi iii. Numquid virgine pariente non potuit servare incorruptam
Item quod dicitur pariet filium et vocabitur nomen eius Emanuel non potest intelligi de Achaz
de Ezechia quia tempore huius prophetie ix annorum erat et xxv annos habuit cum regnare cepit
nec etiam potest intelligi de filio Ysaie qui de nullo alio sive de regibus sive prophetis legitur
qui dictus sit Emanuel nec etiam competit filio Ysaie quod scribitur in textu viii capitulo et extensio
alarum eius implens latitudinem terre Emanuel hic fuit propheta certitudinem eius potestatem
admirans quod scribitur butyrum et mel comedet etc. Si Iudeus querat qualiter intelligis de Christo
sic expone secundum Ysidorum Butyrum synagoge venientis et consolationes tamquam bonus [illegible]
legis posito mel vero factus est celis veniente ex gentibus cuius fructum et ope pasci-
tur Christus Sequitur autem antequam sciat puer reprobare malum et eligere bonum derelinquetur
terra quam tu detestaris a facie duorum regum suorum. et antequam sciat puer vocare patrem et
matrem suam auferetur fortitudo Damasci Sic expone antequam sciat scientia creata vel
sua humana in qua etate proficiebat vel secundum Ysidorum sic antequam sciat .i. scire faciat secundum divi-
nitatem patrem se habere deum, et secundum humanitatem virginem se habere matrem. Sicut id quod dominus ait ad Abraham
tu volebas immolare filium tuum nunc cognovi quod times dominum .i. nunc te cognoscere faciam
Quod autem iste puer sit deus et homo testatur Ysaias parvulus enim
natus est nobis et filius datus est nobis et factus est principatus eius super humerum eius
.i. crux quam humeris suis portavit. Alii autem reges principatum suum coronam portant
in capite et vocabitur admirabilis. scilicet in [illegible] quia de virgine mirabiliter natus. consiliarius
in predicatione. deus in miraculorum operatione. et potestate dimissionis vel remissione peccatorum
nullus potest dimittere peccata nisi solus deus. fortis in passione et diabolum expugnavit.
Deus dominus fortis et potens etc. pater futuri seculi in resurrectione. princeps pacis in eterna
beatitudine multiplicabitur eius imperium et pacis non erit finis Super solium David

et sup[er] regnum eius sedebit i. sup[er] ecclesiam significatam p[er] soliu[m] david ut confirmet in
iudicio et iusticia amodo et in sempiternum. Hec o[mn]ia de nullo regum aut p[ro]phetarum
p[otes]t intelligi nisi de xpo. Jere. c. xxxi Creavit d[omi]n[u]s novum sup[er] terram femina
circumdabit virum. quomodo circumdabit si iudeus dicat amplexibus brachiorum hoc non est
novum, sed circumdabit gremio uteri sui virum qui licet puer sit etate et corporis quantitate
est tamen vir perfecte sapientie et roboris deitatis. Item dan. vii post que vidi dan. quatuor
bestias ascendentes de mari. paulo post adiungit Aspiciebam in visu noctis et ecce
in nubibus celi, i. filius hominis veniebat et usque ad antiquum dierum veniebat i. in mundo
operatione sp[irit]us s[an]cti celestis apparuit. Deinde et in conspectu eius obtulerunt eum. glo. in cruce et dedit
ei potestatem et honorem et regnum et omnes populi tribus lingue servient ei, i. de omnibus tribubus
et populis multi. et est simile tamen omnibus homo apparuit non tamen fuit ergo manus et pedes. Deinde
potestas eius potestas eterna que non auferetur et regnum eius quod non corrumpetur. Angelus aut[em]
hanc revelationem exposuit danieli dicens hee quatuor bestie magne quatuor reges sunt
qui consurgent de terra suscipient aut[em] regnum dei sancti altissimi et obtinebunt regnum in secula
seculorum. hoc non p[otes]t intelligi de regno messie cum iudei sperant se regnaturos mille
annis. sed de regno xpi dei veri cum quo sancti obtinebunt regnum in secula seculorum. Querere
p[ri]us a iudeos quanto tempore regnaturus sit cum messia. et si dixit mille annis tunc concludo
quod predicta non possunt intelligi de regno messie. Propheta Michee autem v. c. et bethleem
effrata parvulus es in milibus iuda ex te enim egredietur qui sit dominator in israhel. Si
egredietur ex bethleem et erit dominator in israhel est homo. Deinde et egressus est eius sicut
a principio dierum eternitatis. ex hoc concludit quod sit deus. nichil enim est eternum nisi deus.
quod si velint esset quod omnis anima ab initio iudei vel ante secula create erant ut iudei
fabulantur. nulla tamen ab initio eternaliter creata est quia impossibile est quod creatura sit coeterna
creatori. preterea nulli dies temporis sunt eternitatis. dies temporis inceperunt esse et desinunt
esse. dies autem eternitatis sunt preteritum et presens et futurum quia tamen illa enim adiutate vocatur quia si omnes
anime ab initio vel dies eternitatis egresse essent. Unde propheta illum solum commendaret de
hoc quod omnibus conveniret. Aut quid negocium duxisset hoc de messia iudeorum intelligunt
iudei non possunt quia ipsum de paradiso reversurum expectant non de bethleem. Item omnis dominator
et humanitate sit dominatur ps. lxxi Deus iudicium tuum regi da et iusticiam tuam
filio regis. sed xpus est filius regis et homo eius dominabitur et adorabunt eum omnes reges quia solus deus
adorandus est secundum legem moysi et hoc etiam dicitur in hoc verbo sit nomen eius benedictum
in secula ante solem permanet nomen eius. quod omnia si iudei de salomone vel de alio rege
volunt intelligere frivola sunt. Quomodo enim convenit ei ante solem permanere nomen eius cum
sit creatus esset quod anima sua post animam eius creata esset tamen nomine eius non fuit. preterea quod
quod salomon vel alii reges descenderet sicut pluvia in vellus et orietur in diebus eius iusticia
et habundancia pacis donec auferatur luna. hoc etiam de messia non potest dici cum quo
sperant se regnaturos tamen mille annis. luna autem numquam auferetur quia ultimo die erit lux
lune ut lux solis ut dicitur ysa. xxx. David etiam afflatus sp[irit]u ad xpum loquitur dicens
ps. xliiii Sedes tua deus in seculum seculi virga directionis virga regni tui. dilexisti iusticiam et odisti iniquitatem
propterea unxit te deus deus tuus. propheta david dominatum xpi ac perpetuitatem demonstrat cum dicit
sedes tua et cetera. dicit per equitatem virga directionis potestatem eius regnique demonstrat. postremo
cum dicit unxit te deus deus tuus et cetera quia non oleo sicut sunt ceteri
principes tamen i. principes qui infra processerant sed oleo letitie quo misterio designatur
sp[iritu]s sanctus cuius celesti infusione et virtute xpus consecratus est in regem et sacerdotem
ps. cix Tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech qui obtulit panem et vinum

Si xpus pauper venit in mundum

dicit Jere. xiiii Et ibi peccavimus
expectatio israel salvator eius in tempore tribulationis quare quasi futurus colonus es in terra vir vagus
et fortis qui non potest salvare. Tu autem in nobis es domine et nomen tuum invocatum est super nos. Dicunt
ubi dicit peccavimus exponit iudeorum prophetam qui in deum peccaverunt quia venientem eum in forma
hominis crucifixerunt. obtulit enim se aspectibus hominum quasi vagum et viatorem. Illi autem
putabant tamen esse hoc quod videbatur. occiderunt hominem quasi qui non potest salvare. In hac auctoritate

manifeste exprimit eius divinitas et humanitas ad hoc pertinet Zacharias propheta ix Iubila filia
syon ecce rex tuus venit tibi mansuetus iustus et salvator ipse pauper et despectus ascendens
super asinum et pullum asine hoc non potest intelligi iuxta de messia iudeorum quem
dicunt tu divicijs et gloria venturum sed quia causa iubilandi est filia syon si rex eius
veniet pauper vel quo potest esse salvator si pauper est nisi quamlibet pauper
sit in humanitate sed tamen virtute et divinitate. Propheta ysaias dicit Audite celi et auribus
percipe terra quoniam locutus est dominus filios enutrivi et exaltavi ipsi autem spreverunt me. cognovit
bos possessorem suum et asinus presepe domini sui israel autem me non cognovit et hoc est quod predixit
ter v. prevaricatione prevaricata est in me domus israel et domus iuda. aut dominus negaverunt
me et dixerunt non est ipse. hoc est iudei usque nunc de christo dicunt non est ipse expectantes
alium antichristum Quod christus xxx argenteis sit venditus Per zachariam
prophetam pronunciavit dicens xi c Si bonum est in oculis vestris afferte mercedem meam et si non
quiescite et appenderunt mercedem meam xxx argenteis. et dominus ad me proice eos ad
statuarium decorum precium quod appreciatus sum ab eis et tuli xxx argenteos et proieci illos in
domum domini ad statuarium. statuarius est ponderator vel scriptor statuarum. hic ca
sibi nota est Iudas precia dicta scilicet pecuniam reportavit et proiecit eos in templum et
abiit laqueo se suspendit ut impleretur quod dictum est per ysaiam Testes falsissimus
impiissimus Iudeos qui vendidit iustum, quia pecuniam domini bonum mercedem suam dixit
multa enim opera apud eos fecit reddens vitam mortuis lumen cecis, auditum surdis,
gressum claudis, pro quibus nefandi iudei iniqua estimatione mortem christi xxx
argenteis mercedem isti restituerunt Quod propter invidiam eum occiderunt
probatur libro sapientie ij dixerunt impij circumveniamus iustum quoniam inutilis est nobis. contrarius
est operibus nostris et improperat nobis et peccata legis promittit scientiam dei habere etc. Si enim
est verus filius dei liberet illum de manibus nostris et de manibus liberabit contumelia et paulo
post et probemus eius patientiam morte turpissima condempnemus eum i. affixione crucis
De gloria christi et ignominia passionis multa habentur
ysaie lii Ecce intelliget servus meus secundum obedientiam humanitatis et exaltabitur et elevabitur
et sublimis erit valde in miraculorum operatione et in resurrectione et in ascensione
sicut obstupuerunt super eum multi. scilicet cum miracula faciebat sic hic gloriosus ignominiosus erat
inter viros aspectus eius et forma eius inter filios hominum Iste asperget gentes multas i. lavabit
inter viros aspectus eius in baptismo super eum continebunt reges os suum quia propter peccata nostra suscitatur
sanguine vel in baptismo super eum continebunt reges os suum quia propter peccata nostra suscitatur
probatur infra paulopost ysaias liii vere languores nostros ipse portavit et nos reputavimus
eum quasi leprosum et percussum a deo ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras etc. hoc non potest intelligi
de aliquo rege vel aliquo propheta quia sequitur et livore eius sanati sumus Quod se
sponte obtulit ad mortem probatur per illud quod sequitur oblatus est quia
ipse voluit et non aperuit os suum Quod autem iste Crucifixus sit deus
et homo probatur cum subditur generationem eius quis enarrabit quasi nullus
hominum generationem bene enarrat sed qualiter christus secundum divinitatem genitus sit a patre vel secundum humanitatem
a virgine matre nullus enarrare potest Sequitur vox patris propter scelus populi mei
percussi eum et dabit impios pro sepultura et divitem pro morte sua eo quod iniquitatem
non fecit nec dolus fuit in ore eius et paulopost ideo dispertiam ei plures et fortium dividet
spolia desp. i. expoliavit mundos christianos et fortium dividet spolia i. demones spoliavit i. animas
sanctorum a demonibus raptas liberabit et dividet inter choros angelorum hec omnia de messia
lo potest intelligi quia occiderunt eum mortuum De passione christi Psalmus xxi
foderunt manus meas et pedes meos etc. Et dederunt in escam meam fel etc. hec dauid
non de se dicit quia sibi non contigerunt Contra quos loqueris tu iudeos de passione dei destinguere
quod secundum humanitatem passus est qui secundum divinitatem mansit impassibilis impassibilis et immortalis
Quod Cristus inter duos latrones fuit suspensus ysaias dicit

(Margin: sanguine)

elm. Cum sceleratis deputatus est et ipse multorum peccata tulit et pro transgressoribus orauit ut non perirent. **Quod per mortem nos saluauit.** David ps. lxvii Exurgat deus deus noster deus salvos faciendi et domini domini exitus mortis. Dicit ergo Christus per istum textum contra iudeos: deus noster deus salvos faciendi et domini domini exitus mortis. Deus mortis quam passus est in cruce et domini domini exitus de inferno fecit salvos. Item dominus dicit Osee xiii de manu mortis liberabo eos de morte redimam eos. Ero mors tua o mors morsus tuus ero inferne. Item Zacharie ix Ecce rex tuus venit tibi iustus et salvator ipse pauper et ascendens super asinam. Et paulo post preter sermonem dirigit ad filium dicens: Tu vero in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Si refrigerari hic queris a iudeis quibus lingua consueverat testamenti vinctos ligauit nisi Christus vel quis unquam sanguine vinctos de lacu eduxit nisi Christus. Propter hoc scriptura prophete non per sacerdotes sed per similitudines veteribus patribus supposuit et eductus est de lacu in quo non erat aqua sed lutum in quo erat missus Jeremias.

Quod deus et homo fuerat qui sepultus fuit Ysaias xi Egre- dietur virga et paulo post non secundum visionem oculorum iudicabit neque secundum auditum aurium arguet sed arguet in equitate pauperes mei etc. et percutiat terram virga oris sui et spiritu labiorum suorum interficiet impium. Ecce hic probabitur eius divinitas. Sicut enim terreni reges iudicant secundum quod vident et audiunt. deus autem intuetur cor et spiritu labiorum suorum interficit impium. Quod nullus terrenorum regum facit. Et paulo post radix Yesse qui exurget in signum populorum ipsum gentes deprecabuntur et erit sepulcrum eius gloriosum. In hoc quod dicitur radix Yesse notatur eius humanitas. quod dicitur ipsum gentes deprecabuntur notatur eius divinitas quia solus deus adorandus est et erit sepulcrum eius gloriosum. Hoc manifestum est in hebreo habetur et erit requies eius gloria et hec plus importat quam facta est requies corporis gloria in sepulcro et requies anime eius gloria in inferno et requies utriusque scilicet corporis et anime metuenda in celo. Requies corporis eius in se facta est gloria quia non est in sepulcro corrupta. ps. quoniam non derelinques animam meam in inferno nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Hoc de David dici non potuit quia vidit corruptionem. Item requies glosa facta est in inferno quia solus fuit inter mortuos liber. ps. Vita anima in inferno appropinquavit. Estimatus sum cum descendentibus in lacum factus sum sicut homo inter mortuos liber. Descendit enim sicut homo in infernum sed hic solus inter mortuos liber fuit quia mors illum tenere non potuit. Fuit etc. requies eius glosa in inferno quia lumine divinitatis sue sanctos illuminavit. Unde ipse ait in ecclesiastico hec de filio sirach xxiiii penetrabo omnes inferiores partes terre et inspiciam omnes dormientes et illuminabo omnes sperantes in domino. Et Ysa ix habitantibus in regione mortis umbre etc. Item fuit eius requies glosa in inferno quia suos inde eripuit. Unde Osee xiii de manu mortis liberabo etc. Et facta est etc. requies glosa in celo deo patri eternaliter consedendo. ps. dixit dominus domino meo etc. Si iudeus dicit quod David dixit hoc de Abraham vel de alio tunc queratur quo tunc fuit tecum principium in die virtutis etc. Item tu es sacerdos in eternum. Abraham enim non fuit sacerdos et Christus fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedech. nullus. **Cristus re-** **surrexit. pater filium resuscitavit.** dicit ps. lvi Exurge gloria mea exurge psalterium et cithara ex diluculo respondit ipse ps. Ego dormivi et somnum cepi et exurrexi. Item in ps. 33 Nunc exurgam dicit dominus. nunc exaltabor nunc elevabor. **De Ascensione** xviii ps. xviii A summo celo egressio eius. Et calor amoris et calor spiritus sancti a quo nullus se abscondit. Unde ps. ignis ante ipsum precedet. Et calor iustitie eius scilicet ignis infernalis a quo nullus malorum se abscondit. Unde ps. ignis ante ipsum precedet. ps. Ascendit deus in iubilo. Quod hic iudeus de Christo non vult intelligere quia cum deus sit ascendit. ps. Regna terre cantate deo psallite deo qui ascendit super celum celi ad orientem. Et bene dicit ad orientem quia ibi locus est in orientalibus partibus ubi Christus resurrexit et unde ascendit ut dicit vel ad orientem ad lumen in qua etiam claritas semper oritur et nunquam occidit. Item Amos ix dominus deus exercituum qui tangit terram et tabescit et infra qui edificat in celo ascensionem suam et fasciculum suum in terra fundavit. Expone hoc de dimissione spiritus sancti. Secundum expositorem introducunt hunc textum ps. Edificavit dominus in celo ascensum suum et potestatem

sua intra fundauit Item mich ii Ascendens pandis iter ante eos dlz et transibunt porta
egredientur per eam s. de mundo ad celum et transibit rex eorum coram eis et dns in capite eorum
tanquam principes Item post Ascendens in altum sic paulus assignat textum ps quod bis nominat
textum iudeorum hic vel not. xpus ascensus et spiritus sancti missio. quod a iudeis quid dicit
ascendo in celum qui vbique est sic salomon ait iii regum viii Si celi et celi celorum capere
te non possunt quantomagis h domus quam edificaui et in ppha celum et terra eius dns impleo
qui ergo vbique est de loco ad locum moueri non potest. Sed ascensio eius est motus de loco
ad locum ergo deus ascendere non potest motus enim de loco ad locum non conuenit nisi corporibus
Sed deus incorporalis ergo sibi non conuenit ascensio ergo scdm humanitatem quod vbique est scdm diuinitatem

De missione spiritus sancti dominus ait pphe Iohel ii Effundam
de spiritu meo super omnem carnem i. super multos de omni carne et pphabunt filii
vestri et filie vestre et post super seruos meos et ancillas meas in diebus illis effun-
dam de spiritu meo Et Zach xii Effundam super domum dauid et super habitatores
in celum spiritum gratie Qui varijs linguis loquebantur apli Et per totum
mundum predicauerunt testatur dauid ps xviii Non sunt loquele neque sermones
quorum non audiantur etc quod loquebantur omnes linguas Item exiuit
sonus eorum etc quod de nullis pphetis potest dici quod non loquebantur scdm linguas
in omnem terram Sed maxime in cordibus iudee Quod iudei qui xpm crucifixerunt
videbunt eum iudicem venturum Zach xii Aspicient ad me quem confixerunt
et statim ppha subinfert planget eum quasi vnigenitum et dolebunt super eum sicut
dolere in morte primogeniti. hic planctus potest referri ad eundem planctum quem
multi iudeorum planxerunt quando xpm resurrexisse et ascendisse audierunt vnde statim
sequitur In die illa magnus erit planctus in ierusalem Quod per mortem xpi iudei
desolati et dispersi sunt ps 33 Quando fecit sibi iudeos planctus Item deus vltionum
dns captabat iam iniusti et reddet illis iniquitatem ipsorum et in malicia eorum
disperdet illos dns deus noster Sic dicit dispersi quod dispersi per mundum et dispersi in infinitum
Item daniel ix Occidetur xpus et non erit populus eius qui eum negaturus est. ciuitatem
et sanctuarium eius dissipabit populus romanus cum duce venturo tyto Sicut nouit
aut ciuitas ierusalem vastata sit post necem dni. scribit Iosephus 19 Quod tyto
capta fuit et xv milia Item l et xxxv milia vendita sunt Ierusalem Ascendi non poterat
congestione cadauerum et ciuitas plena cadaueribus ita quod vie cadaueribus claudebantur
et super cadauera ambulabant Item infiniti in Iordane submersi sunt Item plurimi multi
ventres exenterati sunt propter aurum quod deglutinerant Item agnouit largior fuit
et igne extincti Item plus milia vel xxx. sed post comedebant Item matres pueros
comederunt quia comederunt Iosephus Item iudei sepe grandia peccata commiserunt per
ydolatriam et multa alia sed nunquam tam acriter puniti sunt vnde fuisse
peccatum quod xpm crucifixerunt test. Iosephus de Iacobo l viii Iacobus frater ihu tante fuit
sanctitatis vt destructio ierusalem et calamitas quam passi sunt per tytum eis acciderit
propter necem Iacobi Cum autem ipse Iacobus de pinnaculo precipitatus fuit eo quod xpm
palam predicauit et propter mortem eius ierusalem sit destructa vt dicit Ios et post. Secundo
in veritate predicauit gratiam baptismi dns per eze. Ezechiel 36 Custificam vos Sicut
ab vniuersis ydolis vestris mundabo vos et dabo vobis cor nouum et spiritum nouum et ponam
in medio vestri Sed baptismi processit in veteri testamento legitur iiii Re. v. quod
naaman siccus vir leprosus ex iussu elizei septies in Iordane baptisatus est
Sed figura efficaciam baptismi quem xpus in Iordane recepit hic testatur Iohannes bapta
legit quod herodes exaltatus ideo periit quod in eum indignatio diuina mota est per
vindicta Iohannis hunc enim herodes occidit virum valde bonum qui precipiebat iudeis

vtuti opum dat. mistam tol. videm precl. fuac tur cor adeo bapt arceple
fe no solu ad diluenda pcta sumat verum et ad testimoniam cordis et arche
iustitia purificatorem qd servat' sunt pariter vtuti qz signum et custodia fidelis
habeat. Herodes feltas ne doctrine eius persuasione populi a regno eius discederent
occidit Iohannem. Item Io. fuit istis tempibus Ihesus vir sapiens si eum virum nominare
fas est. erat enim mirabilium effector et doctor eorum qui libenter ea que vera sunt
audiunt et multos sibi ex gentibus adiunxit. Xristus hic erat. hunc accusatione primorum nostre gentis
cum Pylatus agendum in cruce decrevisset non deseruerunt qui eum ab initio dilexerunt
Apparuit eis tertia vivus secundum quod prophete hec vel alia de eo futura predixerunt. sed
etiam in hodiernum diem Xristianorum qui ab ipso dicti sunt nomen perseverat et genus
Iosephus autem tamen apud iudeos hec testimonia de Xpo non dicunt esse. Tu quere
si habeant ibi de rege Herode nec. quia si easdem habent historias vel de Xpo nisi sponte
delenerit

De cruce domini quam iudei derident dixit

Ysa. xi levabit signum in nationibus dominus et congregabit dispersos Israel et profugos
iuda colliget a quatuor plagis terre. Item xlix levabo ad gentes manum meam et
exaltabo ad populos signum meum. Item eze. xvii Exaltavi lignum humile et siccavi
lignum viride et frondere feci lignum aridum.

Crux Xpi figurata est multis figuris

Legitur in exo. xv. quod cum filii Israel venissent in Marath non poterant
bibere aquas eo quod essent amare et murmuravit populus contra Moysen et ille
clamavit ad dominum qui ei ostendit lignum et cum misisset in aquas in dulcedinem
verse sunt. Item numeri xxi quod cum igniti serpentes pungerent filios Israel Moyses iu-
bente domino serpentem eneum posuit in ligno quem cum aspicerent qui percussi erant sa-
nabantur. Item eze. ix Cum dominus mitteret sex viros i. angelos unusquisque
habebat vas interitus in manu sua. vir quoque unus habebat in medio atramentarium
ad renes eius. Cui dixit dominus signa Thau super frontes virorum gementium et dolentium
super cunctis abhominationibus in medio eius. et dixit sex viris transite ad civitatem
sequentes eum et percutite senem adolescentem virginem parvulum et mulieres interficite omnem
autem super quem videritis Thau non occidatis. Thau est extrema litera antique litterature
ebraici alphabeti et huic simile scilicet T. superiori autem altitudine caret quia non dum
pylatus apposuerat tabulam in qua super scribens scripsisset titulum triumphalem
nec dum erat victore Xpo sublimata hec cruce. quamvis Xpo signatus fuit fide et spe
in misteriis non prohibit. Hec omnia si figurata non essent. nec deus non potuisset aliter aquas
mararis indulcorasse nisi per lignum. Vel nonne aliter potuisset curare morsum serpentium
quam per serpentem eneum appositum in ligno suspensum. Vel nonne alia litera quam Thau si non
figuratio crucis fuisset

De mutatione legis veteris in nova

dicat Ier. 31 Ecce dies veniunt dicit deus et feriam domui Israel et domui Iuda fedus
novum non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum in die qua apprehendi manum ut
educerem eos de terra Egypti pactum quod irritum fecerunt et ego dominatus sum eorum dicit deus
et hoc est pactum quod feriam cum domo Israel post dies illos dicit dominus. Dabo legem meam
in visceribus eorum et in corde eorum scribam eam et ero eis in deum. et ipsi erunt mihi in populum et
non docebit vir ultra proximum suum et vir fratrem suum dicens cognosce deum. Omnes enim cognoscent
me a minimo eorum usque ad maximum ait dominus. quia propitiabor iniquitatibus eorum
et non ero memor amplius. xlii. ubi in latino dicit fedus novum In ebreo Beritadasa
quod interpretatur nova lex. Moy. testante. qui in multis locis precepta sive legis
Berith appellat. Unde Paulus eandem auctoritatem sic inducit in epistola ad ebr.
viii Ecce dies veniunt dicit dominus et consummabo super domum Israel et super domum
Iuda testamentum novum quod feci patribus eorum etc. Hec omnia referuntur ad tempus gratie

Item autem dicit nondum vel ubi re tenetur ad statum glorie ubi videbimus sicut est hoc Iudei
non possunt efficere ad tempus messie tunc enim docebit semen tuum legem etc. in zeraim
nassim vel pro talmut convertit de virtute in virtute ubi dicit rabi levi non est requies
sapientibus in futuro seculo quia convertit de loco ad locum ad doctrinam talmut et non cessant
Item Iudeus obiicit quod paulo post sequitur sic dicit deus Si mensurari poterit celi desursum
et fundamenta terre deorsum et ego abiciam universum semen israel super tum infidelitatem
de quibus omnia que fecerunt consenciant quod deus non abiciat universum semen israhelis
tunc infideles de quibus ipse dicit per malachiam i Non est michi voluntas in vobis dicit dominus
exercituum et munus non accipiam de manu vestra. ab ortu enim usque ad occasum magnum
est nomen meum in gentibus et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblacio munda et
magnum est nomen meum in gentibus Ecce manifeste propter repulsam iudeorum quedam gentilium

Nota divisio talmut

Talmut id est doctrina iudeorum dividitur in quatuor libros quorum quilibet vocatur zeraim
ut nos omnes libros bibliam vocamus habet quilibet nomen speciale primus vocatur moheb
id est 1us 2us nassim id est mulieres 3us torassim id est statuta 4us Jeffuhos id est salutacions
hunc talmut preferunt iudei libris moysi et prophetis et ut magis inducant
ad credendum talmut fabulis addunt fabulas. dicentes quod deus studeat in talmut contra
fidem sensum. in talmut ergo non legit plenum in illo quod est hesbs. et contra illum strach qui
dicit xliij Cognovit dominus omnem scientiam. legitur in zeraim moheb iiio quod rabi eliezer
infirmus fuit et discipuli intrantes ad eum dixerunt magister doce nos vias vite quibus
iurifici fuit et discipuli et dicit eis estote valores in obediencia sapientum et sciencie
litterarum vias futuri seculi et dicit eis estote valores in obediencia sapientum et scriptorum
talmut prohibete filios vestros a studio biblie aliter enim exhibit ad alia doctrinam
Item deus facit et operatur per xxiiij horas dicit rabi mer in zeraim nassim in lo dicit
Quando deus facit et operatur per xxiiij horas dicit deus. doleo caput doleo brachium et subdit
doleo intrinsecus firmum. Illa hora dicit deus doleo ante quorum quanto magis super dolore unius capitis talmut
sit ita dicit super peccatore et dolore iniquorum quanto magis super dolore infinitorum
Contra Cotidie unus et mali dolet ergo deus semper dolet. ergo non est beatus quod est hesbs
Non ipse dicit spiritualiter in ego sum dominus et non mutor sicut exo viij lo Cum
Nove ipse dicit Ieremiah viij Ergo sum dominus et non mutor iste exo vi le Cum
pharo persequeretur israel usque ad mare rubrum ubi dicit rabi samuel illa hora volebat
angeli dicere laudes more solito sed samai id est deus ait vos me letificatis et laudes
dicatis tamen laudes more solito sed deus ait vos me letificatis et laudes impletis fuit hostium vel mari submergentur item
ramitis et opera manuum mearum impleto fuit hostium vel mari submergentur item
querit rabi amena rabi iuda Quando est spiritus dei respondet iudas hoc dicit xiiij
tribus horis sedet deus et studet in lege talmut. Aliis tribus sedet iudicat et iudicat
tribus horis sedet deus et studet in lege talmut. aliis tribus sedet iudicat et iudicat
totum mundum et cum videt mundum dampnandum surgit a sede iusticie. et sedet in sede misericordie
tribus horis pascit a maximo usque ad publicanum. ceteris tribus sedet et ludit cum leviathan
ut dicit psalmista draco iste quem formasti ad illudendum ei tamen esset sic hic pro delectacione horas
quod cum dracone ludet sed si ipsi nolunt ad litteram intelligere sit expone draco id est que
for ad ill ad incantatores sic querit quod fecerit in nocte Item Iudeus dicit ad quod
in die vel dicitur sicut vir qui sedet super cherubin tenuit et tristis ego ad infinita secula
ut locus in psalmo Currus dei multiplicibus decem milia milia Contra quod sedet quod ubique
est vel quia debilis est qui non potest nisi sedeat super cherubim conviolare sic dicit ubi
alia ad rabmaarman Item quod non fuit risus coram deo a destruccione templi iuxta ysa
xxij vocabit dominus ad fletum in die illa et ad planctum et ad calvicium et ad cingulum
sacci Deinde scribit rabi naaman et sic tristabitur usque velum et templum restauraretur
Item querit rabi ysaac a rabi iuda Quid facit deus ne tristetur dum sedet docet
talmut eos qui moriuntur parvuli et indocti sic dicit ysa xxviij Quem docebit sciam
et quem intelligere faciet auditum ablactatos a lacte avulsos ab uberibus sicut ante
destruccionem templi cum deus ludit cum leviathan quis tunc docuit parvulos dico quod
metatron scriba angelus vel dicit filius vicarius faciebat similiter Contra primum obiicitur
sic Si non fuit risus coram deo sed tristicia ergo miseria coram deo ergo non beatus

q e heresis Item alit dt ysa. uo vocabit dns in die illa ibi dedit quinque videlicet deus
ad fletu uocat et planctus suus vt patet ibidem Item alit paulo ante recedite a me amare
flebo vox ysa. et uo dei Ad 2m qd dt ysa. Concedo. sz absit ablacte. Responde
p voluptatis et copula et anul. abu. inedias delectacionis unde salomon p q d i
Si te lactaverint peccatores ne acquiescas eis unde andreas q ipso vero sacerdotes
et prophetae nescierunt p ebrietate absorpti sunt a vino asserit deum multum peccasse
vt legitur in 3o nessym super hoc verbo gen. 1o fecit deus duo luminaria magna. Solem
et luna ibi rabi anaya dixit luna coram deo duo reges una corona. et ph. coruna
gla dt ei deus vade minora temperans dt luna dne deus nunquid quia dixi hoc verum
minorabo me dicit ei dns vade et p ipso nocte dt luna q valet candela
i meridie vade et computes ipsa inter dies menses et annos inde videns deus
q quiescit animus lune dixit afferte sacrificium pro me propterea quia ego minoravi
q quiescat animus lune dixit afferte sacrificium pro me propterea quia ego minoravi
luna Item vt legitur 3o xxiiij obijurauit ira mea Item dt in 3o Ressuhite i in
iiijo Rabi ysmahel filius fily rabi ana dt deus iram meam iuravi de subversione
ipsi et penitet me afferte super absolutionem et venia si quis absolvet me Contra
Si deus indiget absolutione et venia ergo peccavit tradit in dm q e blasphe dire
q sm legem moysi lapidandi sunt qui hoc credunt Item super verbo ysa. xij reliqui
domum meam dimisi hereditatem meam dicit rabi sohel 3es super custodie angelorum
nocte et si custodia custodia e deus q e clamans vt leo et flens. ve michi
et maledictus ego quia dimisi templum et iudeos deserta dimisi domum
meam combussi palacium meum captivavi filios meos inter gentes seculi Contra si
deus flet et seipsum maledicat est miser et impotens seipsum iuvare et alios
q e heresis Item dt rabi rachel ex tempore quo deus templum destruxit locus
quadrati cubitorum inter rimas ei remansit vbi studet in talmut et alia
dic dicit studium docendo pueros qui meruit tali scientia non imbuti vt legitur in ressuhoz
Contra si deus continet locus in quatuor cubitorum paruus est. si studet in talmut ignarus est
Item rabi rachel in tempore quo iudei intrant domum oracionis et domus scolarum dicunt sit
nomen eius magnum et benedictum et respondet deus in loco dei vnus de perfectis suis rex
que laudant in domo sua. ita tunc deus respondet. q cum blasphemant ve pri q captivavit
filios suos ve patris filius q captivati sunt ve eis qui carent mensa patris sui
Contra qui maledixerit patri morte morietur. si ipsi maledicunt patri ergo ergo
morietur et habet corpore et anima legitur in 3o nassim q Jesus xpus maxima
tormenta paciatur i inferno q ego presertim nolui ne aures fidelium crucis ab
Luc. xxiii dicebat Ihesus in cruce. Pater dimitte eis quia nesciunt quid faciunt
Contrarium arguitur per id quod habetur Ioh. xv. Nunc autem viderunt et oderunt et
me et patrem meum. Cum autem videtur manifeste cognoscatur. Item super id quod dicitur Math. xxi
Agricole videntes filium dixerunt intra se hic est heres dicit glosa
manifestissime probatur principes iudeorum non per ignorantiam sed per invidiam
dei filium crucifixisse. Ratio quia in populo iudeorum aliqui erant maiores scientes
scripturas legis et prophetarum aliqui autem minores sicut laici et vulgares
tantummodo scientes illud quod est de necessitate salutis ut precepta decalogi et
huiusmodi que debet sciri ab hominibus. Sed subtilitates scripturarum et dicta prophetarum
ignorantes. Ideo quod xpus erat verus homo prophetia scribis et deus super prophetas in veritate
suppositi dicunt tamen aliqui et bene quantum ad hoc quod minores populi iudeorum non
cognoverunt Ihesum esse xpm. Nec quantum ad deitatem nec quantum ad humanitatem
sicut cognoscebant ipsum hominem sed prophetam qui erat a deo promissus sicut xpus
Cuius ratio est quia ignorabant scripturas que loquuntur de xpi nativitate et illas
que loquuntur de tempore et de signis sui adventus. Sed maiores cognoverunt
quod erat eis in prophetis a deo promissum et missum. Quia sciebant scripturas
loquentes de tempore sui adventus et de signis que omnia videbant in eo impleri.
Non tamen ut isti dicunt cognoverunt xpm esse deum. Et secundum hoc loquitur Apostolus in

aucte p allegata q si cognouisset nunq dnm glorie crucifixissent q. d. nunq cognouerunt eius diuinitatem. Oz hoc ud videtur conuenire dictis qr scriptura declarabat de tpe sui aduentus Daniel ix. in ebdomade illis assignatis et de signis sui aduentus sicut est translatio regni ut hec Gen. xlix. et mod aduenien in humilitate et paupertate ut hec Zach. ix. Ita expresse et expressius loquitur scriptura prophetarum de eius diuinitate Jere. xxiii. Ecce dies veniunt dicit dns et suscitabo verbum bonum qd locutus sum ad domum Israel et ad domum Juda in diebus illis germinare faciam Dauid germen iustum et faciet iudicium et iusticiam in terra Et hoc est nomen quod vocabunt eum dns iustus ns in hebraico vero dicitur hic est dns ponitur nomen dni tetragrammaton qd nullo pt de aliquo dici nisi de deo vero Cum ergo ista auctoritas secundum sacros doctores ebreorum et hebraicorum exposita sit de xpo sequitur ipsum esse verum deum Item Ysa. ix. dicitur paruulus natus est nobis et filius est paruulus super humerum eius et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius deus fortis pater futuri seculi princeps pacis que ut auctoritas secundum ebreos intelligitur de xpo et in ea fit expressa mentio de eius diuinitate sicut et humanitate et multe alie auctoritates et consilia possunt adhuc adduci Oz propter prolixitatem obmitto Et ideo dicendum q sicut maiores ipsorum iudeorum habuerunt cognitionem de xpo quantum ad eius humanitatem ita habuerunt quantum ad eius diuinitatem Considerandum tamen q aliquis cognoscit in habitu cuius tamen cognitio actualis impeditur propter aliquam passionem vel habitum impedientem sicut dicit philosophus vii ethicorum q incontinens dicit ab intemperato per hoc q licet estimatio vera non solum in vniuersali quia et sic intemperatus q fornicari est malum cum peccet per ignorantiam Oz et licet estimatio vera in particulari et per hoc dicit ab intemperato et tamen aduenientes passiones corrumpunt estimationem veram particularem qr passione vincente iudicat tamen fornicandum ita q passio impedit actualem considerationem veram in particulari et si passio semper duraret semper sic iudicaret eodem modo iudei habuerunt veram estimationem de Cristo in habitu et maxime in principio Oz tamen incepit contra eos predicare veritates facti sunt cum eis passibilibus ire rancoris et inuidie quibus passionibus impediebantur ab actuali consideratione veritatis prehabite de Cristo Ideo machinati sunt in eius morte sicut incontinens propter passionem concupiscibilem elegit fornicandum qd tamen alias refugit Considerandum tamen q ista notitia quam habuerunt de Cristo per scripturas prophetarum non erat tante certitudinis euidentie Tum qr talis certitudo habetur solum per demonstrationem vel sensum Tum qr prophetie possunt varie exponi et ideo erat magis notitia probabilis et visibilis coniecture vel similibus ubi erat certitudo adherentie tamen tamen potest impediri in actu modo predicto Predicta possunt solum circa q probat q non habuerunt notitiam de xpo intelligendum est de notitia habituali modo predicto Alie autem auctoritates q dicunt contrarium loquuntur de actuali cognitione applicata ad opus q fuit impedita propter passiones inuidie et rancoris ut dictum est Considerandum q

licet pharisei et legisperiti cognouerunt in principio Jhesum esse xpm et per consequens deum et hominem ut supra dictum est supra in 1 verbum h' est hec qr conceperunt contra eum odium et rancorem Ideo habitum veram estimationem corruptam erat in eis aliquo modo ut supra dictum est Et ideo imposuerunt eum vetabile et postremum tanquam blasphemum qr dicebat se esse filium dei et per consequens inquantum corrupte scripturas et per prophetarum que loquebantur de eius diuinitate propter qd xpus fecit eis

ista questio de xpo cuius filius est. dicunt ei david scilicet quia regnando divinitatem
vt habetur xxij. Ait illis scilicet Iesus quomodo ergo david in spiritu sancto inspiratus
vocat eum dominum dicens Dixit dominus domino meo sede a dextris meis etc. Cum ergo ista
scriptura intelligatur de xpo patet quod ipsi pharisei non negantes hoc. primo confitentur
sede a dextris meis. Sede autem a dextris meis ampliat per equalitatem et per xpo
scilicet deus sedet a dextra patris Alio sede est esse in potioribus bonis et hoc non
habuerunt xpo secundum humanitatem quia vt ipse in gloria post angelis donec ponam
inimicos etc. Illud completum in iudicio cum omnia perfecte subiciet homini xpo
Si ergo david vocat eum dominum quomodo ergo est filius eius q. d. Cum secundum naturam
humanam sit filius david et quocunque eo inferior secundum corporis formam naturam
humanam sit filius david et eo superior hec autem est divina Et sic in xpo due
per quam sit deus eius. et eo superior Hec autem est divina Et sic in xpo due
sunt nature divina et humana et nemo poterat respondere quia non poterat
scriptura negare Considerandum tamen quod Iudei moderni divinitatem xpi negantes
scripturam ad literam De abraham et quod heliezer
dicunt predictam auctoritatem dictam esse ad literam De abraham et quod heliezer
dispensator domus abraham fecit hunc psalmum agens deo gratias
de victoria quam habuit abraham de quinque regibus vt habetur Gen. xiiij post
victoriam apparuit dominus abraham. noli timere abraham ego protector tuus
et merces magna tua nimis Dicit ergo heliezer loquens de
suum et merces magna tua nimis. domino meo scilicet abraham Sede
Dixit dominus i. deus celi qui est dominus omnium. domino meo scilicet abraham Sede
a dextris meis etc. quia confortavit eum vt visum est promittendo ei amplius
et promissio Sed ista expositio patet esse falsa per titulum psalmi vbi ponitur
psalmus david. etiam in hebraico quod non est psalmus factus ab aliis sed ipse
psalmus david. etiam in ebraico quod non est psalmus factus ab aliis sed per
id quod subditur in psalmo eodem Ex vtero ante luciferum genui te quod non potest
dici de abraham quod sit genitus ex vtero dei vel substantia et ante luciferum
i. ante mundi creationem Sed solum potest verificari de filio dei et idem in fine psalmi
Tu es sacerdos etc. quod non potest verificari de abraham cum non fuerit sacerdos
et dato quod fuisset et tamen sacerdotium eius non potuisset fuisse in eternum sed sacerdotium
xpi est eternum. habetur Hebr. ca. xxij

Et non cognoscebat eam donec peperit primogenitum

suum etc. Sed aliqui exponunt de cognitione faciei dicentes quod ex preclaritate
faciei in vtero virginis tanta erat vultus eius claritas. quod Ioseph non poterat
eam cognoscere. sicut dicitur de claritate faciei moysi ex consortio sermonis domini quia
non poterant in eam tendere filii israel vt habetur ij Cor. iij. Alii exponunt
secundo de cognitione carnalis copule quia non cognovit eam quia sic eam noverat
virginitatem Sed donec peperit primogenitum suum Ex hoc loco dicit elvidius
hereticus quod licet maria a Ioseph non cognita sit ante partum xpi tamen post eum
partum ab ipso cognita fuit Et alios filios peperit quod arguit ex hoc quod dicit
non cognoscebat eam donec peperit etc. ergo post partum cognovit Item ex hoc quod dicit
primogenitum quia primogenitus non dicitur nisi per aliorum filiorum respectu genitorum hoc etc.
confirmatur In evangelio leguntur xpus fratres habuisse Sed hoc non valet quia sic dicitur est
ex quo maria et Ioseph virginitatem noverant sic vobis voto fuisset nihil tam sancta
sit tanto et tali filio non fuisset credendum sic Ioseph qui dicitur sanctus scelestissimus
et presumptuosissimus fuisset. si templum spiritus sancti et speciale habitaculum
dei violare et polluere presumpsisset ad primum dicendum quod hoc dictio donec

alicui signat tempus deputatum quo transacto fiet aliquid sicut dicitur iste non comedet donec hora sexta compleatur hoc est intelligendum quod completa hora sexta comedet et sic non accipitur hic Alio modo quod sit ad sensum sicut in psalmo dicitur de Christo Sede a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum non sic intelligendum quod a dextra patris quando sedebit eternaliter et hoc modo accipitur hic donec. Non primogenitum filium virginis non quia alios fuerit post partum Sed quia nullum prius deo offerretur et per aliqua inter pariebat vulvam tales primogenitum assignabatur qua de eadem cognatione sicut Abraham et Loth dicunt fratres Gen. xiii Rogo sit questio virgini inter me et te fratres enim sumus. et tamen Loth erat nepos eius

Quomodo potest homo peccator hec signa facere Ioh ix

Circa dicit multos dicunt in multum videtur Math vii Nonne domine domine in nomine tuo demonia eiecimus et virtutes multas fecimus Et tunc confitebor illis quia numquam novi vos discedite a me omnes qui operamini iniquitatem Sciendum quod miraculum est opus excedens omnem virtutem creatam et per quod fit a solo deo. talia autem fiunt aliquando ad testificandum aliquid quod est supra humana cognitionem Et hoc dupliciter primo ad testificandum de veritate alicuius doctrine excedentis supra facultatem intellectus nostri et tunc ostendit quod illa doctrina sit vera tamen deus non potest testis esse falsitatis non ostendit quod ille qui docet illa doctrina sit bonus quia miraculum fiunt non ad testificandum eius bonitatem sed doctrine veritatem et hoc modo aliquando per malos homines predicantes fidem katholicam facta sunt miracula ad confirmationem fidei katholice et sic intelligitur illud verbum Math preallegatum Alio modo fiunt miracula ad testificandum de bonitate de omnibus docente et tunc ostendit quod bonitas sit in ipso alias deus esset testis falsitatis Et hoc modo fiebant miracula Christi sicut dicitur Joh. v Opera que ego facio testimonium perhibent de me et hoc modo loquuntur isti dicentes quo potest homo peccator facere etc ut habetur in littera supra Joh ix

Gratioso et felici militi Raymundo domino castri Ambrosii Bernhardus
de sacca valle in senium deductus salutem. Doceri petisti a
nobis de cura et modo rei familiaris utilius gubernande qualiter patres-
familias debeat se habere. Ad quod tibi respondemus quod licet omnium rerum
mundanarum status et exitus negociorum sub fortuna laboret, non est tamen vivendi
regula ommittenda. Audi ergo et attende quod si in tua domo sumptus et red-
ditus sint equales casus inopinabiles poterit destruere eorum statum. Status
hominis negligentis domus est ruinosa. Ruina est negligencia gubernatis domum
ut ignis in domo validus et accensus. Discute diligenter eorum diligenciam
et propositum qui tua administrant, labentium non dico largis facultatibus minus est vicium
dum abstinere quam tradere. Despice provide que sua sunt quod sunt magna providencia
est. Dispendia itaque de cibo et potu aliarum talium qui esuriunt et non petunt.
Nuptie sumptuose dampnum sine honore conferunt. Sumptus pro milicia honorabilis.
Sumpta profundendo amicos racionabiles. Sumptus profundendo prodigus
preditus est. Familia grosso et non delicatis cibis nutrias. Raro gulosus effectus
est vix aliter quam morte mores mutabit. Gulositas palliata et diligens negli-
gentis procedendo est. Gulositas palliata et diligentis solacium est. Diebus festi-
valibus habundant non tamen delicate pasce familiam. Sunt gula litigat cum
bursa et caveas ne gule advocatus existas. Si autem inter gulam et bursam
advocatus existas sepius et non semper sinistram feras. Nam gule probat affectus
et sunt testibus si in ratis bursa eludunt probat archa et cellariis vacuatis
vel brevi tempore vacuandis. Sic te male iudicas tamen gula qui avaricia
ligat bursam. Iniquus tamen inter gulam et bursam avaricia iudicabit. Sed est
avaricia ut sim homicida. Ruina est avaricia paupertatem timere semper in paupertate
vivendo extra vivit avarus in se non prodens divicias. Sed ab his refrenando anhelans
est cum aliquis conservare quam in se [illegible] perdere. Si habundas blado non diligas caristiam quia
diliges caristiam cupit esse pauperum homicida. Vende bladum dum satis valet non expectes
pauperum enim non potest. Vicinis tuis precio vende eciam inimicis quia non semper
gladio sed sepe servicio vincitur inimicus. Superbie tamen inimicum bellum
est expectans tonitruum tu sagitta habes. Amicum queras tamen solum pro custode si
habes inimicum tamen maxime non habeas tu ignotis. Semper cogita inimici malas. Debi-
litas nimia non est loco paris sed treuga ad tempus. Si te servat non cogitat
amicus quam te cogitans periculo te exponis. De feminis tuis suspectus quod agunt
ignorare non studeas queras postquam sciveris quem mala uxor a nullo medico curabis.
Dolere de mala uxore te mitigabis cum audies de uxoribus alienis. Uxor
nobilis et altum non inquirit de operibus mulieris. Malam uxorem paruus risus quam
baculo castigabis. Efficacia senex meretrix si lex permitteret vivia sepelienda esset.
De vestibus nota quod vestes sumptuosa probacio est paucis sensibus vestes in-
nuis apparatus veteribus cito tedium parat. Stude probitate placere non vestibus
quia in multis preciosis quentibus non indicabit sanitatem. De amicis teneas eum qui
magis est amicus et potius eum qui sua tecum bibunt quam servicium offert. De verbis
magna est copia aucte. Amicum non reputes eum qui ut te presente laudant. In
consiliis amico tuo ne queras placere et sed verum dicas amico tuo in consu-
lendo sic michi videtur non precise sic dicas sic agendum est. Qui de malo consi-
lio suo facilius redarguendo sequitur quod de bono consilio laus. Audivi quod te visitat

Joculatores. Attende quod scriptum est: qui joculatoribus intendit, cito uxorem habebit cui nomen
paupertas. Et quis erit huius filius? derisio. Placent tibi verba joculatoris? fuge
te, et aliud cogita. Vides et gaudes de verbis joculatoris: iam pignus sibi (audie)
dedit. Joculatores imperantes digni sunt suspendio. Quid est joculator
male imperans? aut homicida aut homicidii socius; comportans joculatorem
infrunita Deo non placuit. Audi de famulis. Famulum alterius tardius repelle et
futurum damni et inimicum. Famulum tuum moribus blandientem repelle. Famulo nimio
te laudanti resistas, quia cogitat te decepisse. Famulum de facili se vendentem
dilige ut filium. Si vis edificare domum, inducat te necessitas, non voluntas. Cupi-
ditas edificandi edificando non tollitur. Nimia et inordinata edificandi cupi-
ditas parit et expectat edificiorum venditionem. Turris completa et archa
evacuata faciunt hominem valde audacem sed tarde sapientem. Vis acquirere? vende. Cave
ne pro parte hereditatis vendas te potentiori, sed potius minori pro te minori. Noli
aut vende plus offerenti. Melius est enim grave pati famem quam patrimonii ven-
ditionem. Et melius tibi est pro parte vendere quam se usuris subicere. Quid est usura? ve-
nenum patrimonii, quod est legalis latro contradicentes qui intendit nichil. Emas in
contractus potencioris te; quam comperte parant, fustigeas ne tibi contingat forcare.
Quesivisti de usu vini. Vinum in diversitate vinorum et humiditate est sobrius,
id est bene dedit. Ebrietas nichil aliud facit nisi cum cadit in lecto fetens
vinum. Fuge consortium que semper ponit quam colloquium. Cum se ebrium verbis excusat,
ebrietatem sua arte accusat. Quale sonat in iuvene vina contiste? Effuge
medicum ebrium. Fuge medicum sine caritate non probatum. Cave a medico
volente in te experiri qualiter alios de simili morbo curabit. Famulos valde
pravos dimitte cicius et ceteris. Canes custodes utiles sunt. Canes ad vena-
tionem plus constant quam conferunt. Habes filium dissipatorem bonorum tuorum? constituas
alienum. Sed tu forte dices: si adversatur fortuna, quid prodest vivendi doctrina? Audi de hoc.
Vidi stultos dimittentes contingentia et tandem se excusantes sub fortuna. Et sperans
doctrina raro accusabit fortunam. Raro enim diligenciam cum infortunio sociabis, et
rarius infortunium a prudencia segregabis. Expectat pigro sibi subvenire a deo
quod in modo isto vigilando proficit. Tu ergo vigila et cautitate expendendo
cum cunctate compensa. Deprecatur senectus consulto deos parum quam tuo filio te committas.
Dispone bona legata consulto et pro servitoribus plurimi inde diligentibus persona
tua non quietatus. Committe curam tuam diligentibus circum sicut. Disponere
debes ante morbum. Sepe enim quod efficitur infirmitatis sermonibus, et similiter testa-
mentum non potest liber esse testatoris antequam sunt efficacius. Sufficiat tibi quod de te dictum est.
De filiis audi. Mortuo patre querunt divisionem filii. Si nobiles sunt, melior est
sepe eorum per modum dispersio quam hereditatis divisio. Ita sepe est eorum communibus
dissolvitur huius hereditatis eorum divisio. Si laboratores sunt, faciant quod volunt. Si
mercatores sunt, tutior est eorum divisio quam coniunctio, ubi omnis infortunii casus
imputetur. Habes forte emaritam? quid stulte agat? Si, ut propria sua deploret,
vetula ipsa senex accipiat iuvenem, ita non separat si sua que sunt abiciat, quibus
abiectis vivet cum eo doloris cultrice quem constituit ad quem ea perducat
sua dampnabilis senectus. Explicit epistola beati Bernardi ad quendam
militem nobilem de cura et modo rei familiaris utilius gubernande.

Reverendissimo in christo et colendissimo patri domino Johanni de Carvaj-
ali sacrosancte romane ecclesie sancti angeli diacono cardinali domino
suo precipuo Eneas episcopus Senensis s. p. d. Credimus apud Bohemos apostolice
sedis oratores legatorum officiis et omnibus illius gentis mores et opiniones notum tibi
esse prius quendam homines novos in dies errores addunt. Et ego nuper iussu Ce-
saris in Bohemia fui cognovi bonos et malos et multa cum eis contuli
et audivi multa que sedem apostolicam intelligere non est inutile. Decrevi que
in hac via michi contigerunt tue dignationi perscribere. Et si magnum papirum dum
implendo non est tamen arguenda narratio quia res plurimas non potest epistola com-
prehendere. Et cavendum quod ne fiam obscurus dum brevis esse laboro permittam
nichilominus multa de multis et solos attingam locos illustriores ad habeat in
benignas aures tua modestia bonique consulet. Si liberius scripsero quam
tue benignitati parcit. Nam vetus notitia et usura que olim inter
nos fuit audacem me facit. Sed inopia nam narrare quia nulla est
michi de tua benignitate dubitatio que solet omnia in partem recipere meliorem.
Cum ergo per hos dies de nova domo versus Pragam agerem iter essetque
in collegio nobiles Albertus de Ebersdorff baro Procopius de Rabin-
steyn et Nicolaus Seugkesse equestris ordinis milites. Ex usu visum
est nobis quia raptores et insidias timebamus ad Thaboritas potius
divertere quam in apertis villis pernoctare et luporum magis quam leporum sequi
fidem. Premissimus igitur qui Thaboritas accederent atque ab hiis nobis hospi-
talitatis expeterent. Acceperunt hec letis animis Thaborite dederuntque
fidem atque obviam venerunt res spectaculo digna. Quod fuit rusticanum
et incompositum vulgus quamvis urbanum videri velint. Frigus erat et
pluviale tempus tamen. Nam Bohemia sepe miscet estati hyemem.
Ex illis alii nudi erant, plures tecti camiseis, alios pellitias tunicas
induerant. Alii sella carebant, alii freno, alii calcaribus. Alteri caliga de-
erat, alteri ocrea, huic oculus deerat, illi manus. Et ut Virgi-
lianis utamur verbis fedum visu fuit populataque tempora raptis auribus
et truncas inhonesto vulnere nares. Incedendi nullus ordo loquendi
nulla modestia. Barbaro et rusticano ritu nos exceperunt. Obtulerunt tamen
xenia pisces vinum cervisiam. Sic oppidum ingressi in illum locum venimus quem
nisi hereticorum arcem aut asilum vocare nescio quo appellem nomine. Nam quotquot
inter christianos impietatis ac blasphemiarum monstra sunt co-
defugiunt tutamentumque habent ubi tot sunt hereses quot capita et libertas est quod
velis credere. In exteriori civitatis porta duo fuerunt scuta. In altero picturata
erat angeli calicem tenentis qui communionem sub specie vini suadet populo.
In altero Zyssca pictus fuit homo senex et utroque lumine cassus hic
olim dux Thaboritarum fuerat et altero oculo in pueritia perdiderat. Alterum
hostili sagitta confixus amisit. Ab hoc sepe victos fideles aiunt.
Sepe christianorum cedes factas quod plures civitates combustas diruta monasteria
sacras edes incensas prostitutas virgines, sacerdotes occisos. Eique

Thaborite non solum monasteria sed templa quae secuti sunt duce. Neque absurde. Na[m]
tali populo qui nichil divinitatis intelligit, nichil religionis tenet, nichil
equi utique videt, quos ducatum prebere debuit nisi cecus? Impletum est id salvatoris
in eis: Si cecus ceco ducatum prebeat, ambo in foveam cadunt. Hic dum
morti proximus esset, consulereturque a Thaboritis quem post se principem de-
signaret, postquam meus animus a me fugerit, excoriate corpus meum
et carnes date volucribus, ex corio vero tympanum facite atque hoc in
prelio duce habete. Nam quoniam locare [?] Theutones sonum eius audierint
mox terga dabunt Zisskam in tympano formidantes. Hic postquam obiit
Thaboritarum alii ducem Procopium eligunt, alii in tantum illius memoriam dilexerunt
ut neminem dignum existimarent qui tanto duci succederet. Affenatique [?] pro-
pterea orphanos sese vocabant quasi patre carentes atque orbatos. Cuius ut
cecitatem non viventis tantum sed mortui quoque colendam censebant et ad inferos usque
sequendam. Sunt autem veluti nunc Thaborenses sunt, et quibus picturas
omnes abhominantur, hinc tamen imaginem religiose colunt, et honorem quem
Christo negant concedunt Zisske. Sorte [?] ferrea pestifera et abhominabilis est
ac summo digna supplicio. Romanam ecclesiam nolunt habere primatum neque aut
proprium clerum licere [?], imagines Christi sanctorumque delent, ignem purgatorium
inficiantur [?], nichil sanctorum preces iam cum Christo regnantium prodesse mortalibus
asseverant, festum dierum preter dominicum et paschalem non agunt. Ieiunia spernunt,
horas canonicas abiciunt. Eukaristiam sub specie panis et vini pueris
et dementibus prebent. Consecrantes nichil preter orationem dominicam et verba
consecrationis dicunt, neque vestimenta mutant neque ornatos assumunt aliquos.
Reliquias vero ~~crucis~~ confessionem despiciunt, ut non verum corpus Christi in sacramento
altaris sed figuratum quedam esse contendunt errorem Berengarii non con-
demnantes [?] separantes ex sacramentis ecclesie baptismum, eukaristiam, matrimonium, ordinemque
recipiunt. De penitentia parum sentiunt, de confirmatione et extrema unctione nichil. Mo-
nachorum religionibus infestissimi sunt, mendicantium dyabolicas asserunt esse.
Baptisma simplici unde volunt, nulla aqua benedicunt. Cimiteria non sunt
consecrata. Cadavera mortuorum de campis et ut digna sunt cum bestiis se-
peliunt, variamque censent orare pro mortuis. Ecclesias consecratas de-
cident [?], et in omnibus locis passim conficiunt sacramentum. Nulla maior hiis
cura est quam sermonis audiendi. Si quis negligens est domi quoque torpet a negocio
ludo ve vacat dum sermo est, verberibus ceditur et intrare ad verbum ut audiat dei
compellitur. Est illis domus quedam lignea instar horrei rusticis. Hanc tem-
plum appellant. Hic populo predicant. Hic legem per omnes dies exponunt. Hic
altare unicum habent neque consecratum neque consecrandum, ex quo plebibus
sacramentum exhibent. Sacerdotes neque coronas ferunt neque barbas tondent.
Hiis Thaborite frumento cetilia [?] lardo leguminibus lignis et omni suppel-
lectili necessaria publice domum complent et addunt in singula capita singulis
mensibus sexagena ex qua pisces carnes ementes et si velint vinum
emant. In altari nichil offerunt, decimas dedi [?] dampnant. Primiciarum
neque nomen neque rem tenent. Non tamen concordes sunt de una fide

Sed alius isti, alius illi servit, velle suum cuique est nec voto vivitur uno. Hos
tam sacrilegos et sceleratissimos homines Sigismundus Cesar civitati donavit
et quos exterminare debebat aut in ultimas terras ad fodiendos secandosque lapides
christiani generis omni commercio privatos relegare, liberos fecit minimo tri-
buto contentus. Que res sibi tamen et regno quam maximo dedecori fuit
nam sic modicum fermenti totam massam corrumpit. Sic fex illa hominum
totum nomen gentis Bohemie fedat. Sed accipe nunc urbis situm quia
fuisti loco proximus intueri menia potuisti que duplicata cingunt un-
dique civitatem munita turribus et propugnaculis. Collis est in oriente
extensus nulla ex parte vicinis altior campis sed preruptis hinc atque
inde rupibus tutus. hunc uno ex latere fluvius alluit quem Zhozaande vo-
cant, ex altero rivus est tenuis aque sed profundus et aditu difficilis
Is quasi vellet an opidum ingredi maiorem fluvium in angustias xx pas-
suum collem restrinxit et penetrasset ut arbitror montem nisi saxis du-
rioribus impeditus iter flectere coactus fuisset. vertitur tamen ad dexteram rivus
et ambiens opidi magnam partem tandem fluvio qui reliquam partem lavat
fundo valle iungitur. Sic civitas ex omni parte rupibus et aquis munita uno
tantum loco per planum habet accessum. Tres hic porte sunt quibus ingrediaris
Ex priori vero propugnaculum est cuius murus xx pedes latitudinis habet altitudinis
dupli. machinas belli plurimas victis hostibus exceptas et civitatibus ob-
tinuerunt quas in foro ad terrorem vicine plebis ostentant. Domorum parie-
tes aut lignei sunt aut lutei, nullo platearum ordine distincte sed ad casum
posite. Vasa que olim tentoria passim locarunt sic postea domus erexerunt
Multa aliis est preciosa suppellex est et divitie inter eos plurime sunt multarum
enim gentium spolia in unum locum congessere. voluerunt hii quondam ecclesie primi-
tive moribus vivere et in commune tenebant omnia. fratres se invicem appellabant et
quod uni deerat alter subministrabat. Nunc sibi quisque vivit et alius quidam
esurit, alius autem ebrius est. brevis fuit caritatis brevis imitacio fuit
sed priores Christi discipuli et qui nascentis ecclesie fundamenta iecerunt. Que
propria prius habebant fratribus communicabant nihil alieni recipiebant nisi
sponte et amore Christi donatum. Thaborite vero hereditates alienas ex-
pilabant et que violenta rapiebant manu rapuerunt. Hec tamen in commune
dederunt nec sic perseverare potuerunt. Redacti ad ingenium avaricie iam res
studere ~~et rapere~~ quia rapere ut olim nequeunt. Nam languidiores facti
vicinos timent. lucris inhiant mercature sordides quam sordidiori questui
Sunt in civitate ad quatuor milia virorum qui possunt educere gladium. Sed arti-
fices facti lana et tela ex magna parte victum querentes inutiles bello red-
duntur. predia nulla hiis erant. sed nobilium et monasteriorum villas in-
vaserunt quas sibi postea Sigismundus nescio an divine legis an

Summe perusti ideo dici possit precio vite possidendas asserposit
Intellexisti que hec civitas sit qui mores huius populi qui status spiritualis
hetherorum senatus qualis nequicie synagoga quale domicilium sathane
quod templum belial quod regnum luciferi hic ego cum pernoctassem et ab hospite
meo civita quam non sepe sit vera esse dedicassem exhortabar hominem ut
tantis erroribus renunctiaret non erat hic omnino durus neque mo-
nitus aspernabatur et habebat in penetrali thalamo dive marie virginis
et ipsius salvatoris ymagines quas occulte colebat credo nisi timet a-
missionem honorum vel divicias et publice ab ea infamia resilet Sed
maluit alienam placere quam opes perdere et nisi pro pecunias prope
Ideo Salvatoris voce similis dicit camelum perforamen acus transire
quam divites adipisci regna celorum In crastinum cum venissent ad nos
tam sordide civitatis magistratus et genus agunt quod visitavisses eos
ut urbem magis verbo quam mente viderint dico ego ad collectas
meas peractus fecerat genti parati et munite dei communicaturi
non putavi tantos hic esse tantos errores invenio credebam solum
ritu communionis hunc populum a nobis esse seperatum sed nunc comperium
habetis hebreorum esse populum hunc infidelem deo rebellem nichil penitus
nichil religionis habentem Et magistri si voluerit confiteri satisfacere nostri
Et hic aliqua dixit ne sua facta nobis placere putent et agunt
Et hic aliqua dixit ne sua facta nobis placere putent et agunt
vicinos glorientur Romani regis legatos sibi communicasse dissen-
tiebat in principiis et vile consilium habeant dicebat Sed dulcis aliis
erat plenus et leporino corde preditus persuadere suma mea non
potuit quibus verba sit afferre proposuissem ut nulla veritate
populi timenda est Recessimus ergo et licet dies dominica esset divina tamen
officia neglexi ne communicare haberemus Erat animus in Pragam
vide urbem fama celebrem regni caput Sed pestis illic crassabatur
ignis nec minus quam ducenta capita per singulos dies auferre dicebantur
Albertum rem relinquentes pacis qui convenerant congregati fuerunt et ad villam
Budim sese transtulerunt quinque et viginti milibus passuum a Praga
distantem Interea et Barbara imperatrix que fuit Sigismundi coniux
Friderici comitis Cilie soror diem obiit Cuius corpus Pragam
delatum in castro sepultum est Cordata mulier fuit sed futuri vite
parum ut aiunt credula Dicit si que vixit inter eam habent Sunt
qui defunctam bene et ut christiana decet supremum diem emisisse
dicunt Cum venissem ad villam Budini baronum conventum illic
comperimus Barones erant Georgius de Podiebrat Heinricus
de Rosis Alschio Bencko et petrus de Sternberg Bencko de
Johannes Zagirnath Johannes de Smyricz Johannes de

thabelicz Zdenko Costka Johannes de Smolenz Johannes de Codoch et
alii barones quam plures. Civitatum oratores aderant ex Praga, Kuthnis,
ex Pilzna, ex Luna, ex Colonia, ex Slatonia, ex Srezia, ex Lithomeri-
tia, ex Glana, ex Zacen, ex Buthonussa, ex Thabor. Et heretici erant
et catholici simul mixti, vidisses id Ysaie completum: Ille vitulus et ursus
pascentur, requiescet catulus eorum. Proceres regni ex magna parte fide
romana erant. Civitates vero plurime aut Thaboritas aut her-
rezana sequuntur. Venerunt ad nos plurimi ex ambabus partibus et alteri
alteros accusabant. Primo vero adventus ille nostra causa tenebatur
ut audiret quid Cesar ad petitiones regni responderet. Fuimus tribus
diebus in tractatu cum eis, quarta demum die et ille unicam intentionem
ad ultimum intellexerunt et nos illorum propositum cognovimus. Dimissum
concilium est. Prius tamen allate fuerunt Marchionis Brandenburgensis
littere, que conventum inter regni proceres et legatum apostolicum sancti Petri
Cardinalem petebat ad res istic componendas. Placuit id
nobis et apud ambas partes verba fecimus, quibus conventum suadebamus.
Accepta condicio est, dies sancti Martini locus conventionis in Lithomer-
itia datus. Mediatores inter Cardinalem et regnum Marchiones
recepti. Faxit deus ut finis discordiarum fiat, ut refloreat in Bo-
hemia fides et errore plena regio veritatis ignara iam tandem
ad vere religionis candidam lucem de profundo tenebrose superstitionis
emergat. Ad quam rem et nos quantum pro virili nostra ad iuvamen
adicimus. Sequitur dyalogus. Rogavi Procopium inter me atque Geor-
gium fidelis ut interpres esset. Virum magnum illum et potentem virum
quem regni pars maxima sequitur, si concordie cupidum invenissem, ad
duci ceteros facile credebam. Fuimus diu simul que locuti fuimus
inutile nunc referam atque ut sim brevior, neque opus sit verbis illius
inquam et inquit sepius uti, persone verbis meis nomen meum et verbis
illius nomen suum dedi et Ciceronem et plerosque cupio qui collocu-
tores in suis opusculis introducunt. Sic enim me iudice brevior et dilu-
cidior oratio redditur. Nunc audi iam dyalogum. Eneas. Cupio te alloqui
volui vir magnifice neque privata res est neque parva, sed regni huius
quietem tangit, magnum bonum continet, quam si vis audire mox tibi
exponam. Georgius. Cupio audire dicta quecumque libet. Eneas. At ego
in caritate non ficta loqui volo, que nihil reticet et summa utitur
libertate. Georgius. Hoc expecto, loquere. Eneas. Regnum hoc olim flo-
rentissimum fuit et inter occidentalia regna ditissimum, viguerunt
hic religiones et omnium bonarum artium studia claruerunt, nunc inops

regis est concussa lacerata. Cur hoc? quaeritis. Sane quia non potest veritas
vera mentiri. Qui apud evangelistam dicit: Omne regnum in se divisum
desolabitur et domus supra domum cadet. Vos Bohemi non solum invicem
divisi estis, verum etiam ab ipsa christianitatis maiori parte secreti. Sed
Romanam auditis ecclesiam quae mater est et magistra fidelium, neque
mandata conciliorum recipitis. Quod si unitatem ecclesie amplectemini
et in domo Domini ambulaveritis cum consensu, facile regnum vestrum pristinam
dignitatem splendoremque suum resumet. At tu Georgi rex qui populos quo
vis trahis, fac tibi nomen grande, fac ut te sedes apostolica diligat.
Redde sibi filios quos Sathan abduxit. Hauriat ex fonte rivus
aquas suas ne penitus arescat. Redibunt omnes et Romanam ecclesiam
venerabuntur. Te diliget Romanus pontifex, te Caesar, te omnis
carum habebit. Et rex Ladislaus in regnum veniens te tutorem, te patrem
appellabit, tibi gratias aget qui sibi pacatam provinciam restitueris,
erroribus expurgatam, pace quietam, ornatam moribus, fide florentem.
Consequeris non tu solus gloriam sed et posteri tui et nati natorum
et qui nascentur ab illis. Ob eam rem semper habebuntur honori et
que memoria nominis tui sempiterna, et florens tu et familie status.
Qui vere virtute vixerit, temporibus aut ex hac vita ad meliorem
migrabis, lucidas sedes accipies beatique perhennem immortalitatem
vestitus. Omnibus enim qui patriam ornaverint, auxerint, iuverint,
defenderint certum est esse in celo diffinitum locum quo beati evo fruantur
sempiterno. Quod si viam nosti qua rectius ad unionem transeas, dum
cat edoctum me redde. Nam sedem apostolicam certiorem reddam vo-
iam legatum conventui promisisse. Et recte quidem. Nam boni cupidus
et industrius vir doctrinaque plenus inveniet nisi fallor con-
venientes ad unionem modos. Vestras tamen qua facultate preditus
est. Quod si stricte desideria vestra scribam pontifici maximo. Legatus
quoque conventui adesset de sua mente legatum commonet. **Georgius**
Ago tibi gratias pater quod mei regni curam geris. Regnum ut ais
conquassatum compilatumque est. Novit Deus quorum culpa est. Nos cupidi
pacis fuimus neque bellavimus ut bellemus sed ut pacem haberemus. Coacti
gessimus arma. Coacti fuimus in proeliis. Christianissimus olim legatos
nostros ad Basileense concilium nonnullaque cum patribus qui ibi tunc presidebant
pacta percussimus que si servata fuissent et cum sede apostolica et cum ceteris
christianis pacem haberemus et in regno nulla divisio esset. Sed violata
federa nos heretici et scismatici vocitamur. Alii qui ex nostris apud vos
moriuntur cum asinis sepulturam accipiunt. Clerici quamvis docti et mo-
desti sunt minime consecrari possunt. Deciduntur qui de calice bibunt
sunt apud nos. Cardinalis sancti angeli legatus adimerit cum

in sacerdotes fui et ego in eo petiuisse diuonari. Similiter quod presbiter sedibus
si nobis ausultasset scandala que postea emerserunt abscidisset. Presbiter
uerba. De compactatis sic loquebatur quod umquam nichil de illis attigisse
Nos tamen valida illa scimus et autentica que generale concilium nobis
concessit. prius absoluti ab Eugenio. Si Nicolaus pontifex
maximus iure melior est. nobisque sibi obsequentes cupit iubeat ser-
uari conuenta et venerabimur eum. Hec huius est et unita patribus
ymonibus quod via hac gradiendum est hac iter ad concordiam patet.
Eneas. Mos hominum est ut paria paribus referant. Cum uolui
fide quererem quod potes cupistis neque enim sufficiat nobis sub duplici
specie communicare nisi et sub una solum communicantes dampnetis. **Georgius.** Ubi
dampnamus? **Eneas.** Cum dicatis neminem saluari nisi communicet sub duplici
specie omnes dampnatis hereticos. Sed taborites dicunt. Quid mirum si uiam heresis
nos retorquimus. Tu conuentus cum concilio factos refers et autenticas
dicis auctoritate concilii probatas. Audio libenter. Sed concilium de quo
utrumque specie loqueris opinioni uestre contrarium est quod neque ad salutem necessarium
esse dicit neque Christi preceptum esse sub duplici specie communicare populum. **Ge-
orgius.** Si non est sub duplici specie mandata domini. neque sub una
quidem Nam qui sub specie panis communicare plebem iussit etiam specie sub
uini iussit et in usum deduxit. **Eneas.** Falleris. Nam Christus
apostolis non plebi sacramentum prebuit. Sed non fert tempus ista disserere
Georgius. Perge. Ausculto. **Eneas.**
Dimitte me dicere quod institui
Si nolunt diuonare legationis paucones uestras quid mirum est vobis in-
dulta sub duplici specie communicare. Iussi tamen sacerdotes uestri sunt quotienscumque
ministrat populo sacramentum commone atque instruere omnes ne sub duplici
tamen specie sed sub qualibet totum et integrum esse Christum intelligat. Michi facit
Prohibiti sunt infantibus atque dementibus eukaristiam porrigere. Sacer-
dotes sub duplici specie communicare compellere. Debent compellere
tamen rebelles. Cum plures uos habent huius generis
sepulturam negatas nisi communicent. Debet
usum repelli ab hiis debet hereticos aut inuitat prouocat urget. Debet
uniuersalis ecclesie ritum tenere postponunt. Omnes officiis uulgaria car-
mina inserentes postponunt. Sed ista sedis obseruant que prohibe-
fore faciunt que iubent omnino postponunt. Cum ergo abrogari
priuilegio et transgrediamini leges peruim communicantes mandata concilii
hanc iure legatum compactata firmare nolente quia priuilegium
amisistis male utentes. **Georgius.** Incorrentibus uestris cautum est
ius aliquem ritum qui generaliter obseruatur non statim recipient nos tamen patris
et ymonibus impediri sedibus. **Eneas.** Vera dicis. Nos si omnes sed si alii
dicunt sede ritum ecclesie non ~~[?]~~ recipient compactata manent. Sed
si omnes abierunt ritum ut omnes abiciatis uulgarem conuenientibus auferre

Rursus quod de ritu sit mecum non de fide. Vestra si fidem violatis que prius inter nos vosque federa robur habebunt? At nos quod pace tua sit dixerim fidem nostram abicitis dum vestram populus sub utraque specie communionem asserunt. **Georgius** Ignota sunt michi ista. Sed hoc dico tibi nisi pactata serventur neque paci locus est neque concordie mentio. Cum si rursus arma sumpserimus offendere ultro pactos veteres neque recipient. Nos sumus ut creditur pauci, multi sunt [illegible] qui nobiscum sapiunt. Nec aliud expectant nisi ut exercitum educamus. Patet quod superioribus sumus armis, papa si sapiet non disputabit an prelatorum privilegia non vendiremus armis maiora. Arma tenenti omnia dat qui iuste negat. Sunt fortasse qui magna promittunt qui grandes polliceantur exercitus qui viam ad nos ense facturos se iactitant. Nos vicinorum mores vireque novimus. Ergo si pape consilium dederim compactata observanda censeam. **Eneas** Ut video spem ponis in armis et tibi priores victorie congeminant. Sed vincunt sepe mali ut boni probentur. Non semper veritati victoria comes est. Alta nimis et incomprehensibilia sunt iudicia dei. Vertitur dum quod sunt si vis dicens adest. Varius est eventus belli neque temeraria semper fortuna est. Non hic vobis nobis favor est qui prius sunt multi a vobis deserent qui si exiguntur cum nos pugna et a fronte ferient et a tergo. Nam vestram fidem veritam videt qua prius erant scismaticique venerabantur et qua nunc favere nunc odio insequentur. Sed mittamus hec. In pace solam federum observantiam stare putas, in tribus ex rebus concordia pendere videtur, ex compactatis ut ais, ex bonis ecclesie que occupantur, ex archiepiscopi constitutione que nec parva sunt nec leviter componenda. Nam compactata postquam violata sunt rursus innovare magnum est. Tum bona ecclesiarum occupata nemo restituet. In archiepiscopo vos ipsos vim facitis qui Rokyczanam petitis neque alium vultis, quem nisi me fallit opinio numquam sedes apostolica ad id fastigium promovebit. **Georgius** De compactatis dixi tibi que sentio. Si durus est papa durum regnum inveniet. Nescio quis vincet. Scriptum scio quod dicit: Si fortis in fortem impegerit ambo corruent. Neque nobis neque vobis utilitas contenta erit. De bonis ecclesiasticis non est apud me grave pondus. Nam qui occupat nullo se iure defendit neque hic regnum favet. Verum nonnullis prescripta sunt hec bona, et multa pro paucis iacent pignori. Cum regni habeat censum mos sit quod bona singulis annis quique sexagenas habent censum ea centum sexagenis emi. Hic aut pro centum sexagenis et decem et viginti et amplius impignoratas sexagenas habent. Compelli poterit quos supra consuetudinem censum occupant

hos ut vestigia restituat reliquos teneant donec redimant. Sic mox
ecclesie restaurabuntur. Bona post tempora sua vendicabunt. Vel si placuerit melior
modus invenietur. De archiepiscopo vero nescio cur nobis tantopere papa
sit adversus. Cur nobis Rokezana renuat confirmare quem Sigismundo
consentiente delegimus et apostolice sibi promisimus sedes. Eneas Georgius
auream questus es compactata convelli, nunc tu solus es qui fidem rumpis.
Georgius Quo vero pacto. Eneas In compactatis promisistis servare ri-
tus universalis ecclesie preterquam in communione calicis. Ritus autem latine ecclesie
cuius vos membrum estis hoc habet. Archiepiscopos aut eligunt capitula ecclesiarum
auctoritate apostolica confirmandos, aut vacantibus ecclesiis romanus pontifex
plus preficit. Vos alium ritum nonnunquam modum inducitis. Postquam devoluta est
provisio electionem popularem facitis. Nunc ritus ecclesie sit examinari
electionem electique merita romani pontificis iudicio comprobari. Vos nisi
Rokezana habuitis nullum vultis. Servandum hoc est an violare pacta.
Georgius Sed privilegium regno est archiepiscopum sibi eligere cur non illud
papa servavit. Eneas Servaret si quod esset sed vobis nulla est huiusmodi facultas.
Georgius Vetus consuetudo regni est. Eligit archiepiscopum rogante
rege capitulum, papa confirmat. Eneas Non inficior sed nunc neque
capitulum eligit neque potestas eligendi fuit post diutinam vacationem
provisione devoluta et persona quam vocatis electam gravibus testimo-
niis infamatur. Georgius Me audite si papa Rokezanam confir-
maret. Bonum opus efficeret multum enim sibi et apostolice sedi et regno
et regi Ladislao sua predicatione consuleret. Eneas Prodesset sedi ut dicis
si neque id neque ut arbitror prorsus suadenda res est. Audi tamen
verum de isto homine iudicium. Georgius Veracem te audio tot enim sunt
qui Rokezanam quamvis curia criminantur ut neque dum in fide ineptum
arbitror. Sed neque beatum Petrum audire ~~romane ecclesie~~ Rome putaz-
verim Rokezane fautorem. Eneas Admonet apostolus neophitum ne quis
quem affirmat ne in superbia elatus in iudicium incidat diaboli. At tuus
Rokezana non novus in fide sed nullus est qui sedem apostolicam suis
sermonibus carpit, carpitque totam ecclesiam. Dicit deum veniam orbibus fide-
libus communionem utriusque speciei dampnosam affirmat et aliquas veritates habere se contesta-
tur quibus romana ecclesia contradicat. Sed fallax est et veritas non est in
eo qui ultro apud temerarios Thaboritas pragenses sine divina dis-
pensatione se prefert, qui se prepositum sine ulla ordinationis lege constituit.
Qui negante Christi vicario episcopi sibi nomen assumit atque usurpat officium.
Cuius sermo ut cancer serpit ut auditorum cordibus mortale virus
infundat. Sed non pontificalis sed pestilentie kathedra est quam tuus
occupat Rokezana magister erroris et artifex corrumpende integritatis
egregius. qui dereliquit fontem aque vive et effodit sibi lacus

deitatis que non potest aquam portare. loquor aperte quod sentio nichil
veritus quo pacto romanus pontifex huic tantam ecclesiam committere
potest qui confundit apostolicam sedem. qui maledicit toti ecclesie. qui novos
ritus inducat qui nullo subici velit examini. qui pacem domini discordie
furore corrupit. Cui tu non velis preesse quam multis nulli vult ipse
subesse. Hiccine lupo committimus oves. Quid dicant ceteri de regno
qui romanam ecclesiam forti pectore et immobili corde venerantur quosque senti
sunt dum non sit summum pontificem aggredi posset si **Rockezana** pro-
moveat. Cum vos pre sancte committis. cum nos recedis qui tibi fide-
les fuimus hosti autem nostras occidendi prebes. Numquid apud nos
est quem possis ecclesie nostre preficere. Nos plures fuimus sive nobilitate
regni sive plebem aduitas. Quid minat fides nostra. quid constantia
meliori loco apud te sunt qui tibi adversi fuerunt. hiccine tuis fidelibus
premia reddis. archiepiscopum illi habebunt qui quondam sub dupplici specie
tuentur. Nos qui sub una quidam orphani relinquemur. Non arbi-
tror Georgi fieri posse quod petitis. vana **Rockezana** vana spes
vestra est. Cum si pacem cupitis sinite illum nec scintilla vos teneant quod
promisistis. asseritis satis esse diligentiam impendisse. impossibilium
nulla est obligacio. nec vestrum est papam cogere. Sequimini ritum ecclesie et
aliorum christianorum vos moribus coaptate. Hic benignum papam sic
omnibus vobis affectos invenietis. Hic tranquilli feliciusque regni bonis hu-
ius pace frui poteritis. **Georgius** places mihi quod neque fictus neque
tectus es. sed que corde geris ore profers. Ego tibi ipse modum
habes fidem. neque de **Rockezana** sperandum est amplius arbitror
In alios cura vertenda est quod tu regni voto electus est ille commo-
nendus et inducendus sit electioni renunciare. tunc alium ex apostolice
sedis clemencia postulabimus **Eneas** facite ut libet dum **Rockezana**
desistat qui si resipuerit et humilitate induerit graciam inveniet et
apostolicam animus benignitate experietur quia non est abbreviata manus
eius. Et tu si haberes te ad optatum producens finem ut deo dixi honoris
et premio cumulaberis. mea tamen sententia est. ne unum solum sed pape plures
viros nominetis. ex quibus unum doctrina et vita probatum possit eligere.
Ceterum quod de unione duarum specierum de quo precepto domini summus mandat
neque omnium est tanti sacramenti misterium nunc exponere. cuius disputata
Basilee decretaque tibi et omni christiano sufficere debeat. Quia tamen
sacerdotes vestri non dum conversi sunt. sinagoge malunt prudentem ingerere quam
futura pariat audire. Consulo tibi advenientem **Johannem de Ca-
pistrano** docto sanctoque viro que sunt apud te dubia sibi exponito
et omnia tue mentis archana patefacito. Nam si operam medicantis
expectas detegenda sunt vulnera. Invenies si volueris sanitatem

Georgius de Costegana cogitabimus que pacis equeque conveniant. De
Johanne Capistrano cum primum ad nos rumor venit de eo nunquam
dixisse, et si nullus monet facere neque alta sentio et timeo offendam
neque in confessione neque inter sacerdotibus, quem habeo fidem. Sed valeant,
tempus est alia in manus recipere. Eneas. Et tu vale vir sermonibus meis.
Finis dyalogi. Sic facto ubi fine dissoluta sumus. Completio. Que plura fuerunt
inter nos dicta si hic sensus eorum est que decebat et tibi disputationis
Ethicus ita eadem fuerunt summam tamen tu satis de variatione refero.
Intellexisti que cum Georgio de Podiebrath contuli, non sit ut mea
fert opinio parvi ponderis. Ita Georgius apud Bohemos magni
nominis habetur et potens est illius partis que sub utraque specie communicat et
multi ex alia parte in rebus bellicis victi sunt et S. quibus est civitates ad unio-
nem trahere posset Georgius est, sed transeamus nunc ad alia. Completio.
Postquam salutata congregatio est accessit nos Henricus de Rosis dixitque
se prius stipendio monitum ne quo pacto domum redeat nisi et nos
secum adducat. Eundumque nos inter pabulis extra estque tandem ut
secum veniremus. Cum ipso Thabor iter facimus essetque hora prandendi
Exeuntes Thaborite Henricum ut ad se diverteret secum prandeant precibus
accumulant, sed cum ex me ... ne sim dicto nolle me amplius
apud hostes fidei divertere. Tristatus Henricus ita et visere civitatem
cupiebat et me solum relinquere non audebat et accusabat me
... diversique dicebat et inhumanum et agrestem qui nollem nobilibus domo
mora gerere. Cum Procopius qui tu non ingrederer civitatem nunc
ea facultas erit dicit que prius voluisti nunc tue constare satisfacere po-
teris. Moverent me verba Procopii, intravimus civitatem sed neque comedi
quicquam illic neque bibi, repetivi tamen veteris hospitium ... mansi dum
Henricus prandebat. Vixque tamen descenderam cum sacerdotes ad me venerunt
Nicolaus quem dicunt episcopum plenus dierum malorum, Johannes Galeth
qui nuper ex Polonia fugerat igne timens. Et Wenceslaus Co-
randa vetus dyaboli mancipium qui sacerdotum altaris plura esse figuram suf-
ficienciam contendit. Cum hiis fuerunt scolares et cives plurimi La-
tinum edocti sermone. Ita presidium genus id hominum hoc solum bonum habet
quod litteras amat. Hortu consalutacionem in hunc fere modum fuit qui sub-
scriptus est. Gaudemus pater quod civitatem nostram intrasti nosque visere
dignatus es suscepimus te libentibus animis utque velis bonum utaris
cupimus. Cum prius hic fuisti non te accessimus quia non eramus presentes
Nunc dum te videmus primum aliquid nobis consolacionis edisseras. Sentimus
ut nobis aliquid tuus adventus pariat. Sic ego datam in loquendo
occasione letus arripui dixique illis. Cum nunc voluistis accedere tecumque
pacis obtulistis urbana res est et digna laude suscipiendi cum sunt
hospites et omni humanitate fovendi. Sic apostolus ait hospitalitatem

ante persequentes neque sine causa verbum persecutoris adiecit ut non leni et
usitato sermone atque ut ita loquar summis labiis hospites invitemus
sed toto mentis ardore teneamus tamquam auffugientes se de lucro nostro atque
compendio. Et ego hic non faciam prandium neque tibi ad noctem usque
recipiam. Ista vero consolacionis ex me quoties loquar vobis que in consola-
cionem videbuntur, etque sermo meus non in sublimibus humane sapientie verbis
sed in simplicitate cordis puroque mentis affectu sobrietatis et veritatis sunt
depromam, ut nunc dispiciatis verba mea sed omne profectum ad bonum. Et hiis
dicentibus et audire libenter et audivi valde. Iussi eos consedere in impendi
etate fortis parenti mei meque et fidei. Et ea que secuntur ex dyalogo fere
hic servato quod ordine sermonis recepi. Tu si aures adhibueris et inoparas vias
audies et me audacter senes puerilem pugnam sectabis. Eneas. Expectatis
ex me viri Thaborite consolationem audire. Est igitur aliquid quod vos premit
ut miseros tristesque consoleri non bene solemus. Et tu video vos civitate
munita bonis temporalibus habundare, pace in circuitu hic fruique salutate
nescio cur vobis consolatione sit opus, nisi fortasse in hiis que fidei sunt
vacillatis et affligit spiritum vestrum dubitacio quod non satis verisile sit usque
in multis in rebus ab universali ecclesia discordatis. Intricatum est peritiorem
mentalem credulitatem virum et duos testes viros. Sed si propterea consolatoria
verba desideratis prosequar petitioni vestre. Certumque consolamen ostendam
dubia que vos cruciat ex sacris litteris omnis. Neque enim scriptura unquam
illa sit aperta claraque fuit ut multos flecti sensus nequiret traxerit
que sacris ex radiabus vestrum diu que latuerint surrexerit ecclesie usque
nunc fuere scismata. Sed noverat hoc summus deus. Idcirco cum per famulum suum
moysen electo populo legem dedisset et quod secundum quod ne singula
esset manifesta scire presciisset sacris venturos esse qui legi sue
disparies sensus accommodarent consulturos futuro seculo et obiter postituros
hiisbus supremum tribunal in terra constituit ad quos maiores cause et omnis
xvii
super dubitaciones de lege deberent. Ait enim in deuteronomio dominus. Si difficile
et ambiguum apud te iudicium esse perspexeris inter sanguinem et sanguinem
et causam lepram et lepram et iudicium inter portas videris verba variari surge
et ascende ad locum quem elegerit dominus deus tuus veniesque ad sacerdotes
levitici generis et ad iudicem qui fuerit illo tempore et queres ab eis qui indicabunt
tibi iudicii veritatem, et facies quecumque dixerint qui presunt loco quem elegerit
dominus et docuerit te iuxta legem eius, sequeris sententiam eorum nec declina-
bis ad dexteram vel sinistram. Qui autem superbierit nolens obedire sacerdotis
imperio qui eo tempore ministrat domino deo tuo et decreto iudicis morietur
homo ille et auferes malum de Israel. Hic veteris testamenti sequaces
dominus [illegible] ne quis sua seductus opinione sinistre populum peregrinas
ad religiones induceret possit. Nam qui ambulat in errore cordis sui ve-
niet super eos mala. Sed nec Christus dominus nove legis conditor [illegible]

mundi et salutis doctor supremi refugium tribunalis obtinuit. Elegit
eum petrum. et in petro ceteros romane sedis antistites qui post eius
in celum ascensionem vicariatum tenerent et in ecclesia primum locum. Tum cla-
ves regni illi promisit ac solvendique ligandi potestatem et tandem pasturam
gregis commisit dicens pasce oves meas. Cur licet quid opus
erat petrum fieri pastorem, claves regni tenere, principatum accipere, xpi
vicariatum gerere nisi ut errantes reduceret, ignaros instrueret, timidos
roboraret, protervos eliminaret, fidelibus subveniret, hereticos expug-
naret. Si iusti essemus ac recto ingenio omnes videremus et sequeremur, nec
neque lege neque principe opus esset. Sed quia surgunt ingenia proco-
sa que doctrinas pestiferas seminant funduntque venena letalia et occi-
dunt crudeles animas, necessaria fuit supremi tribunalis erectio quod inter
lepram et lepram diiudicaret. Hoc autem est apud apostolicam sedem que
cardo et caput ut sanctum est a domino et non ab alio est constituta fidelium.
Et sic cardine ostium regitur sic huius sancte sedis auctoritate omnes ecclesie domino
disponente reguntur ut Calixti pape. Calixti sanctissimi libros vetat, nulli
dubium est quin apostolica sedes mater sit omnium ecclesiarum. A cuius vos regulis
nullatenus convenit deviare. Vos igitur Thaborite, in qua dubitatis
fidei tenet consulite romanam ecclesiam. audite vicarium xpi sanctissime
queritis dixerint vobis qui presidet loco quem dominus elegit. Dicitur in
ysaia. Venite ascendamus in montem domini et ad domum dei Iacob
et docebit nos vias suas et ambulabimus in semitis eius. Quis est
mons domini nisi apostolica sedes. Que domus dei est nisi ecclesia. Quis
locus electus a domino nisi Roma quam beatorum petri et pauli consecravit
martirium. Fugiebat petrus ex urbe mortem timens. Sed cum offendisset
in via dominum dixit ad eum domine quo vadis. Et dominus sibi, vado romam
iterum crucifigi. Sic reversus petrus kathedram summi pontificatus exercuit
ubi crucis patibulum subiit. Hinc ergo requirendum est, hinc doctrina su-
menda est. hinc veritatis hauriendi latices. Hinc fons aque vive
signatus statuitur. Hic ortus conclusus. hic archa domini extra quam
non est salus resedit. Non pudeat vos Thaborite que de fide sen-
titis apostolice sedi referre. Nam paulus vocatus e celo segregatus verum
xpi sanctitate non licuit evangelium predicandi nisi petri et ceterorum
apostolorum qui cum eo erant fuisset sententia roboratum. Capitulo ad galathas
scribens. Tum inquit ascendi iherusalem cum barnaba assumpto tyto. ascendi
autem secundum revelationem et contuli cum illis evangelium. seorsum autem hiis qui
videbantur aliquid esse ne forte in vacuum currerem aut cucurrissem. Ie-
ronimus sanctus doctrina plenus et omnium calleus cum fidei scripta dictasset
ad damasum. Hec est inquit fides papa beatissime quam didicimus in ecclesia

quodque semper tenui in qua si unquam perperam aut parum caute forte
aliquid positum est emendari a te volo qui fidem petri tenes et mente
Sic et vos facite Thaboritas exhortor ostendite vos et
doctrinam vestram romano pontifici facite que iusserit neque ad
dextram neque ad sinistram declinantes Sic consolacionem spiritus sancti ac
vere quietem assequemini et salutem **Nicolaus** Obedirem quidem apostolice
maiestati et omni devocione subiecti essemus nisi legi divine
contraria iuberet **Eneas** In hiis que sunt fidei nunquam reperta est apostolica
sedes errasse aut adulterinis acquievisse dogmatibus
Baleth At fuit in agnethe magnus error **Eneas** quam tu
in agnethem commemoras **Baleth** Quia romana sedes feminam
pro masculo coluit et apostolicum apicem collocavit **Eneas** Iste neque
fidei neque intellectus error sed ignorancia facti fuit neque certa historia est
Nicolaus At plures romani pontifices heretici fuerunt qui nunc
dant apud inferos penas **Eneas** Nescio Si quis tamen peccasse
compertus est fragilitate deceptus more hominum lapsus est Quod
hoc ausim dicere Romanus presul indubitatus nemo unquam
inventus est false doctrine publicus assertor **Nicolaus** Sepe
romanus pontifex lege precessoris evertit aut unus ergo aut
alter erravit **Eneas** Inanis argumentacio tua est licet enim vetus
decretum novum ipsa deturbet non tamen primi conditoris sermonem re-
probat quoniam secundum tempora leges variantur humane neque enim quod semel
utile fuit decretum semper utile perseverat Non erravit sinistra
ecclesia que sacerdotibus permisit uxores nec errat modo ea que sub-
trahit Et vos quoniam vultis in rebus romana impugnatis
ecclesiam contra tamen presbiterorum abutentes neque primitivam ecclesiam hominum
neque presentem sed vestram sequimini Cum vero modo tempore variantur de-
creta que super hiis promulgantur perpetua esse non possunt Sed
utilitate sepe constituta lapsu temporis vertuntur ad noxam Ex quo fit
qui prius et qui prius edidit et qui postea decretum abrogavit
Moysen novimus mandato domini serpentem eneum fabricasse
quem Christi figuram fuisse doctores nostri testantur quem tamen Ezechias
longo post tempore sine culpa destruxit Sic romanus presul
antecessoris legem super moribus editam et absque suo potest et absque illius
erratu cassare Cum si lex fidem respicit et aliquid in fide declarat
immutabilis est quia veritas fidei semper est una nec ullo potest vel loco
vel tempore variari Sed decreta que sunt de fide a sanctis patribus
instituta summa veneracione recepta sunt et immutata atque inviolata
perdurant **Baleth** Pergis romanam ecclesiam ab errore defendere
incassum labores Quia tamen ewangelium Christi communicare praxim predicat aeque

Eneas Ubi ita quibus in rebus Galeth utriusque generis et in altaris sacramento
Eneas quo pacto effare Galeth porrigi calicem populo vetat. Christus iussit
Eneas unde ubi iussit Galeth apud Johannem inquit dominus nisi
manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non ha-
bebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum
sanguinem habet vitam eternam. Magna est audacia ne dicam temeritas Boemica
sedis quod populo potum sanguinis subtrahit sine quo negat dominus habere
vitam eternam. Sed accipe nunc in natali magnum et huius sacramenti que
fuerit Christi verba. Matheus sic rem gesta exponit. Cenantibus autem
eis accepit Ihesus panem et benedixit et fregit deditque discipulis et ait
accipite et comedite hoc est corpus meum, et accipiens calicem gratias
egit et dedit illis dicens bibite ex hoc omnes hic est enim sanguis meus
novi testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.
videtur ut imperat omnibus bibere. Quod audi Marcum. Et manducantibus
illis ait accepit Ihesus panem et benedicens fregit et dedit eis et ait
Sumite hoc est corpus meum. Et accepto calice gratias agens dedit eis
et biberunt ex illo omnes. et ait illis hic est sanguis novi testamenti meus
qui pro multis effundetur. Lucas vero sic ait. Et accepto pane gratias
egit et fregit et dedit eis dicens hoc est corpus meum quod pro vobis
datur hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit di-
cens. Hic est calix novum testamentum in meo sanguine qui pro vobis
fundetur. Audiunt Evangelia ut vides quod iussit dominus facere quod ipse fecit
verbo usus imperativo facite. Et si quis existimat tunc pro re dumtaxat
preceptum stare preceptum domini sic Lucas testari videtur. Audiat ad Corinthios
Paulum quid ille. Ego enim accepi a domino inquit quod et tradidi vobis quoniam
dominus noster Ihesus Christus in qua nocte tradebatur. accepit panem gratias agens
fregit et dixit accipite et manducate hoc est corpus meum quod pro vobis
tradetur hoc facite in meam commemorationem. Similiter et calicem postquam cenavit
dicens hic calix novum testamentum est in meo sanguine hoc facite quo-
tienscumque bibetis in meam commemorationem. Supplet apostolus Paulus quod
Evangelium defuisse videtur preceptum non panem solum sed calicem quoque subiungat
Et ad Corinthios ita panem comedite inquit et ita calicem bibite que sunt verba
preceptionis. Cum ergo Paulus et Evangelia sic nunc manducationis preceptum
et bibitionis ostendunt quibus Romana ecclesia huius mandati violatricem
non videtur que populo Christi sanguinem interdicit viamque salutis occludit. Hic
accedit sanctorum doctorum et aliorum observantia discipulorum que nove legis
sensum non ab homine sed ab ore domini didicerunt quorum cum vera institutio
est quos errasse nephas est opinari. Grecia quoque licet nunc simus disiuncti
integra traditionem Pauli immutilata huiusque servavit qui panis edendi
bibendique calicis auctor illis fuit. Qui eius ad Corinthios scripta manifestat
Sunt preterea non nulli doctores qui Iohannis textum ad sensum verum accipiunt

et Leonem papam statuisse tradit ut qui sacramenti suscipit unam speciem a tali-
no abstineat. Quid igitur romanam ecclesiam consule et voce eius audire sa-
cramque legem possumus que tam manifeste contradicit? Gracchus inquid deo
magis obedire oportet quam hominibus, xpo quam pape, evangelio plus quam decretalibus.
Eneas. Multa et magna sunt que dixisti vera et sunt veritatis sed et
multos decipere possunt qui sacre scripture auditores solum sensum negligunt
cuius misteria non verbo docentur sed spiritu revelantur. Propterea revela inquit David
oculos meos et considerabo mirabilia de lege tua. Nemo scripturam nisi spiritu
sancto docente cognoscit. Hinc Paulus ministros ait fecit nos deus novi testa-
menti non littera sed spiritu, littera enim occidit, spiritus autem vivificat. Est ergo nobis
si volumus evangelium intelligere ut spiritu ambulemus. Sic ad Galathas doctor
gentium scribit. Cum ego quoque peccator sim et iniquitate circumdatus non credo michi
neque puto sacra eloquia intelligere et alios percipere sensus. Recipe re-
positurus tibi nichil de meo sed quod sancti doctores animo et appellati spiritu
tradunt et quod docet ecclesia dicam. Vera sibi assistat xpus et suggerat omnia
spiritus sanctus cuius maxima dignitas est summa potestas immensurabilis auctoritas
que neque fallit neque fallitur. Quam si quis docentem corripientemque
contempserit ut ethnicus et publicanus habendus est atque ut capram decretis
simi et clarissimi martiris sue consanguineus. Alienus est et prophanus
et hostis est, prophanus est. Habere iam non potest deum patrem qui ecclesiam non
habet matrem. Plura sunt sacri codicis verba que diversis accomodantur sensibus. Sunt
quapropter non alienum aut extraneum sensum querere debemus quem scri-
pture testimonio confirmemus. Et ab ipsa scriptura capiendus sensus ve-
ritatis quem sola novit ut filiis suis exponit ecclesia. Teneo te for-
tasse nimis prolixo sermone et ad rem propero. Damnasti romanam
ecclesiam que duorum communione calicis plebi denegat evangelium violat, xpistum
negat, salutem adimit. Quatuor sunt ut video que non te solum sed
omnes movent quos hussitarum opinio nedum rabies ab ecclesia roma-
na seiunxit. Primum est Johannis testimonium. Secundum est institutio sacramenti per
tres evangelistas relata cum Paulo. Tercium est ecclesie primitive grecorum
quoque praxis. Quartum est nonnullorum doctorum ac romanorum pontificum
auctoritas. Sunt ad hec omnia nobis parata et clara responsa que de penu
spiritus sancti recipit et ministrat mater ecclesia. Negat Johannes ut ait primo,
negat apud Johannem dominus vitam esse in nobis nisi carnem suam come-
deritis et sanguinem eius biberitis. Nimium verbis his non minus utriusque
speciei communionem quam baptismatis undam mandatam censes. Vetus hec
armenorum insania fuit qui natos ut in lucem veniebant mox
baptisatos altaris sacramento reficiebant, quod et vos nunc facitis qui de-
mentes atque infantes ad eucharistie libamina vocatis, inhonorantes
dignissimum sacramentum communionemque Pauli despicientes qui ad Corinthios
scribens ait: probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat

et de calice bibat Secundo se ipsum et dementes probare pot quibus nec cibus nec
potus est usus racionis Tercio non est ewangelium Johannis quod sibi sensus ascribitur non
bibendo sacramentaliter ille precipitur sed spiritualis insinuatur Unde sanguinis Christi spiritualem
potum Alberti magni summa tradit in eo sermone quem de corpore Christi non minus
subtiliter quam veraciter edidit Est enim potus sacramentalis quem soli sacerdotes
accipiunt Est intellectualis qui plebibus christianis sub specie panis ministratur
Et est spiritualis quo salubriter omnes utuntur incarnacionem passionemque domini per
assiduam meditacionem recolentes Et hunc bibitorem dominus apud Johannem precipit
et uberius ewangeliste seriosius sentencias audit Unde cum dixisset dominus Caro
mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus Qui manducat meam
carnem et bibit meum sanguinem in me manet et ego in eo Multi audientes
ex discipulis eius dixerunt durus est hic sermo quis potest eum audire Sciens autem Jhesus apud
semetipsum quod murmurarent de hoc discipuli eius dixit eis hoc vos scanda-
lizat Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi prius erat Spiritus est
qui vivificat Caro non prodest quicquam Verba que ego locutus sum
vobis spiritus et vita sunt Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt quos
declarat dominus hiis verbis Unde carnales estis aut potius aliter spiritualis
archana misterii voluit dominus ait Spiritus est qui vivificat caro non pro-
dest quicquam Et item verba que locutus sum vobis spiritus et vita sunt vos aperte
cognoscere quod de spirituali manducacione que fit per fidem loquitur ewangelista
Advertite que dicit dominus Qui manducat et bibit ait infantibus non futuri temporis
verba sunt Erant igitur dum sic loqueretur dominus qui manducabant et qui bibebant
eum nondum passus dominus erat Nec adhuc institutum fuerat sacramentum
quod ergo manducabant bibebantque Christum nisi spiritualiter per fidem et karitatem
credentes in eum et facientes opera eius karitatem ut prius dixerat Ego sum
panis vite qui venit ad me non esuriet et qui credit in me non
siciet umquam Qui credebat in eum et opera sectabatur eius hic carnem
edebat eius hic potabat sanguinem atque velox est ewangelii sensus quia
tunc aliter edi caro aut bibi Christi sanguis non poterat Sunt enim signata lo-
cuta domini sic et Samaritane in quarto capitulo sitire se dixit quod fidem illius et
eternam salutem siciebat Sic glosator intelligit hoc ewangelium Sic magnus
Augustinus doctrina et eloquencia insita nobilis cuius tanta gloria est ut nullis lau-
dibus crescat nullis vituperacione minuatur Unde postposito si quis Wyclef
Rokezanaque sequitur luci tenebras veritati mendacium prefert Unde
plura none dominus in sexto ewangelii dicit Ego sum panis vite qui venit
ad me non esuriet et qui credit in me non siciet umquam Iterum tibi
panem qui cibus est et potus qui esurientem tollit et statim cum tollit
quod tollit credentem per karitatem tollit Karitatem qui fidem certam habet et opera
facit digna fide hic est qui carnem domini manducat et sanguinem eius bibit
et accipit vitam eternam mundo mortuus Christo vivens Sic enim de Johanne

vobis assimilis nec sine non vice refert. Nunc ad reliquos errantes transeam.

hiis quod paulum adiungamus. Illa scilicet integram referunt cenam xpi et quibus in

uno plus quam in altero scilicet nulla tamen discordia nulla dissonancia est. Sed

quod unus omisit alter admisit. Et quibus errantibus nullus dicat hoc

facite in meam commemoracionem nisi solus lucas qui post panem benedictum hec

verba ponit nec post calicem geminat, tamen quia paulus hoc ad utramque

speciem repetit tenendum est et post panem et post calicem dixisse dominum hoc

facite in meam commemoracionem. Ex quibus verbis precepta tibi utriusque speciei

communio videtur. Et quia precepta xpi servanda sunt hiis qui salvari

esse volunt communicemque sub specie panis et vini non recipit sacramentum dam-

nacione mandit et iniusta est apostolica sedes huius doctrine precepti. Sed

verbis confiteor sic locutos et dictos errantes neque verbis pauli

quicquam demo, non tamen ideo preceptum esse intelligo sub specie panis et

vini communicari plebes. Nam verba que retulisti non cunctis fidelibus

sed apostolis solum dicta sunt. Qui ut est quilibet sancti doctores aut iam sacer-

dotes erant aut tunc sacerdocium acceperunt. Sed si preceptum id est hoc facite

in meam commemoracionem preceptum hoc sacerdotes non plebes obligat, ecclesiamque

scilicet collectam non quelibet ecclesie membrum respicit atque ut tecum verbosius

agam et argumentacionibus fortioribus utar. Aut sacerdotes erant apostoli

quando mandatum hoc acceperunt et ad id soli sunt obnoxii sacerdotes aut

erant adhuc laici et tunc non sumere tamen sed conficere quoque sacramentum

laicis est preceptum. Sed hoc tam vobis quam nobis absurdum est, ergo sacerdotes

erant apostoli et sacerdotes tantum preceptis ligat. Baleth. Aut et paulus

ad Chorinthios non sacerdotibus solum sed universe plebi clericis laicis maribus

feminis scribit. Eneas. Non mandat illic paulus sed domini mandatum re-

fert et rem gestam exponit et quid sacramentum instituit dominus ex-

ponit. Numquam nullus errantium verba illa hoc facite in meam commemoracionem

post quemlibet calicem ponat. Notandum est quod paulus quid ille post panem

sacrum inquit hoc facite in meam commemoracionem, post calicem dicit hoc

facite quocienscumque bibetis in meam commemoracionem addit. Hic quocienscumque bibetis

quid sibi vult hoc quocienscumque bibetis inquit facite, hoc est quociens mini-

stri de calice bibere qui conficietis quia sacrificium efficietis hoc facite in mea

commemoracione quod solis sacerdotibus convenit duobus namque modis hoc

divinissimum sacramentum consideramus ut sacramentum solum, et sacrificium et sacramentum.

In sacrificio utraque species exigitur quia ymago est illius sacrificii in quo xpus assistens

pontifex futurorum bonorum peramplius et perfectius tabernaculum

non manufactum non huius creacionis semetipsum pro nobis sacrificium obtulit

deo patri in ara crucis, Sed eo quod non plus reputari debet xpus passus sed

ipsa quoque passio xpi in qua sanguis fuit a corpore separatus recolenda est.

In puro autem sacramento quod ad sanctificacionem nostram requirimus ut in-

visibilis gracia sub visibili specie nobis tradatur sufficit representacio christi passi que panis
speciebus habunde refertur Prima et ipse dominus grano tritici se comparavit qui est
mortuus ut multum fructum afferret, atque ut alius de tanto sacramento loquitur
triplex est ut meus aquinus ait sanctus et profundissimus doctor huius excellen-
tissime rei significacio tria quod tempora respicit De preterito signat nobis dominicam
passionem vocatur quod sacrificium De presenti refert ecclesiasticam unitatem et communio dicitur
De futuro presignat dei fruicionem qua potabimur in celis et appellatur viaticum
quia coram prebet ad patriam; et sic hoc eciam eukaristia i. bona gracia nuncu-
patur, et sacerdotibus quidem sacrificium convenit, ceteris vero communio atque viaticum
in quibus species panis est sufficiens signum quia ex multis granis conficitur
et pulcre denotat ecclesiasticam unitatem et illum panem angelorum quo fruemur
in celesti curia **Baleth** multa provolvis et a proposito questionis satis
longe recedis hoc facite inquit dominus i. consecrate ut ego sacramentum, sumite vos
bibite et aliis date hic nodus est hic vis **Eneas** pulcre de nodo locutus
es Vera tu nodum in scirpo queris sed non est hic nodus quem ferunt Allexandrum
in curru Gordii reperisse quem cum solvere manu non posset ense recidit
facilis est huius solucio nodi Neque enim inquit dominus quod ego feci sic vos
facite Sed hoc facite i. hoc sacramentum conficite in mea commemoracione Et
si nota precepti sub illis latere verbis affirmas accipite et comedite et bi-
bite, dico quod plus ad sacerdotes mandata respiciunt quia tunc apostoli sacerdocium
susceperunt Ceterum sit mandatum sit mandatum illud Euntes predicate evangelium omni
creature Sic est istud Suscepit ecclesia non ab omnibus sed ab electis ministris
et sacerdotibus exequendum Sic doctores intelligunt verbum domini Sic sancta ecclesia
docet Et si christus hoc vobis sumendum calicem, eciam laycis imposuisset non solum
Bohemis sed aliis quoque gentibus per tot annorum curricula revelatum fuisset
Sed nulla scola hoc sentit nulla civitas probat, nulla extra Bohemiam
collegia tenet mirabile dictu est si multa fercula et mixta cerevisie
vina et longissimi sompni melius vobis scripturas exponunt quam ceterorum
abstinencie atque vigilie **Baleth** male nos arguis non enim invenimus sed
apostolorum doctrinam gregorique sequimur **Eneas** At illi non dixerunt dampnatos esse
populos qui de calice non accipiunt Nec nos ad omnia tenemur que in ecclesia
primitiva precessores gesserunt Exempli causa illi qui ad perfeccionis statum pertinebant
tamquam precepta observabant neque enim quicquam proprii possidebant Sed ut in actibus
eorum lucas ait Omnes qui credebant erant pariter et habebant omnia communia possessiones
et substancias vendebant et dividebant illa omnibus prout cuique opus erat Vos
autem non cogimini omnia vendere et bene salvamini Illi carnem cum sanguine non edebant
Vos comeditis et non dampnamini Illis uxores fuere nobis desunt et
magis innitimur Illi populum a communione calicis non prohibebant Vos arcemini
et merito inde rapimini obedientes ecclesie que communionem sub specie vini subtra-
hendam multis monente spiritu sancto decrevit Dicitur apud Iohannem dominus
Paraclitus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo ille vos docebit omnia
et suggeret vobis omnia quecumque dixero vobis Cum enim ex precepto christi

no sit comunio calicis in pplo quibus videtur in hoc sicut in ceteris q dns expresse non
iussit ecce stadium et iudicis Cuncta eciam que sub precepto diuino non cadunt
et regenti ecclesie sunt disposicioni commissa tuncque mandata tanquam diuina re-
cipienda sunt et cum deuocione complenda que precepto dei non sunt aduersa
Vel ostendite sint aduersa non est cta cognito Sz nec tu tibi de grecia blan-
diaris quibus cum non erat grecorum vetusta consuetudine obseruatas Non vobis
excusato est qui sub latinis nati educatique moribus honestum laudatum
sacrum pceptum ecclesie romane ritum antistite papa reiecistis cuius ordinacionem
eius sine consuetudine longo vsu probata infringere penam transgressionis excusat
Valet stio vos habet in re grecam magis q latinam ecclesiam imitandam Nam
pellat latinus est senatus et nundinis et conabilis et caucius agit q
grecus Nam tribus de causis indicium calicis potum plebibus interdicit pa-
ne rudis populus sub duplici specie comunicans xpm putaret Altera ne
quod est horrendum multis attractatum manibus effunderet intearum quemadmodum
nuper in praga fertur referunt vbi puerulus vix anniculus ab vbere matris
ad sanguinem dni raptus calice ex manu minus considerati sacerdotis ac-
cipiens sacramentum sparsit in humum Tercia vt impleret figuram veteris
testamenti q licet pplo ministrari de sacrificio iubet libamina tamen solis sa-
cerdotibus leuitisque reseruabat Quid est q greca ecclesiam tantopere lau-
datis an non latinam ecclesiam multo florenciorem esse q grecam cernitis
et meam longe lateque dominantem Illam machumeti cultoribus seruientem
hanc vno sub capite gubernatam Illa multis scismatibus implicatam
hanc templis sublimioribus exornatam Illam omni splendore nudatam
hanc semper recta dogmata predicantem Illa sepius errori consentientem Volo
cum cicerone dicere Romanos aut nichil a grecis suscepisse aut ab eis
suscepta fecisse meliora laudo et magistros grecos ex quorum fontibus
mei maiores hausere doctrinam Sed consenuit grecia frigida est et non
habet qui calefaciat eam et facta est sub tributo domina gencium Et que fuit
arrianorum magistra nunc est discipula latinorum Quid q vos behemos sub
norma latina nutritos in comunione calicis grecari compellit Cur non
ceteras quoque grecorum obseruancias amplectimini Cur non pane fermentato
consecratis Cur religiones monachorum quas illi recipiunt aspernamini Cur
vestis ornatus vt illi sacerdotes non recipitis Cur non coniugio copulamini
quod cum greca potestas et tamen primitiua ecclesia facit Non decet vos partim grecos
partim latinos esse aut calidum fieri oportet aut frigidum Quid agitis quod in rem
vestram est Nolite plus sapere q oportet Audite vocem doctorem amplectimini
legem ecclesie que sancta est et honestate condita Nolite putare semper
apostolos alios q xpi discipulos comunionem calicis accepisse post xpi passionem de
calice rarius de pane frequens habetur sermo vt est id Et cognouerunt eum
in fraccione panis Et in actibus apostolorum frangentes circa domos panem Et
erant perseuerantes in fraccione panis Et vbi in locis illis recipimus de

vino mixto. Sed nec moveri debetis quod non nulli doctores de communione sacramenti sub utraque
loquentes illamque populo suadentes Johannis verba recipiunt. neque enim illius locutio ta-
lis verus est et proprius intellectus. Sed ex quadam similitudine consequentiaque inde trahitur
inde sensus magis quam ducitur. Et licet doctoribus oratorio more loquentibus nunc
figuris nunc translationibus uti, ex quo fit ut sepe de signo loquentes transeant ad
signatum. Sed plurimum interest an determinando doceres an persuadendo com-
monentes loquantur. Et advertendum est quod etsi plerique doctores verba Johannis
ad sacramentum altaris referant, in communione tamen expositione nullus id agit. Sed
in libro quem de concordia evangeliorum scripsit Zacharias Crisopolitanus affirmat.
Sed dicit de Leonis decreto commemorasti nichil impedit mei propositi cursum
neque enim Manichei Leone sedente Christum non vero corpore sed fantastico et
sine sanguine vestitum predicarent, neque resurrectionem eius crederent neque diem pasche
dominicam sanctificarent, simulantesque corpus Christi sub specie vini suum palliarent er-
rorem. Postquam talis tenuerit abominationem tante nequitie pontifex statuit
ut sub una specie qui communicasset ab altera non abstineret. Sic plurima sepe sta-
tuta sunt ex causa ex persona ex loco ex tempore que considerare oportet qui
de illis iudicat. neque prius inculpet quam intelligat. prius arguat quam sensa
perquirat. Et cum hodie alius sit rerum status cum vestri maiores progenitores
sub una specie communicaverint, cum multi doctores ab ecclesia recepti et in catha-
logo sanctorum conscripti miraculis coruscantes communionem plebi calicis dicant.
Cum latina ecclesia id servet doceat mandat. Suadeo ut vos illi ob-
temperetis custodiatisque legem matris ut addatur gratia capiti vestro et torques
collo vestro. Sic Salomonis verba promittunt his qui sunt matribus obsequentes.

Nicolaus Est nullum apostolice sedis aut generalis concilii decretum quod laicos sub
utraque specie communicare prohibeat. **Eneas** Voltis obtemperare si decretum ostendo.
Nicolaus Obtemperabimus si non erit legi divine contrarium. **Eneas** Lex divina
nulla est cui talis sanctio possit esse contraria. **Nicolaus** Tibi sic videtur nobis
longe alia sententia est. **Eneas** Vos communionem duplicis speciei de precepto domini
dicitis. nos contra. cui magis est vobis an sedi romane. **Nicolaus** Ei creden-
dum est cui divina scriptura suffragatur. **Eneas** Et vos dicitis legem divinam
sentire vobiscum, nos contra quid nunc. **Nicolaus** Qui vobis divine legis interpres
maior est super fide digniorem puto. **Eneas** Nullum ego ut intelligo iudicem
nullum in terra superiorem consulitis qui res dubias diffiniat. Sic neque
romanum pontificem caput esse christiani populi creditis, neque generalia concilia
recipitis, neque universitatem ecclesiarum honoratis, quibus est integra fidelium doctrix
veritatis inimica mendacii nisi vestra que nos primo regnavit et alit atque
nutrit in fide. Quid si vos aliud non monet vestra vos paucitas exterrere
debet. Quot enim estis qui adversus innumerabiles et mortuos infinitos
linguas acuitis. Tota christianitas contra vos est et tamen a sinodo non receditis
que si vera esset omnes mei progenitores cum diabolo et angelis eius arderent
qui talibus opiniones fuerunt. Vestrum regnum hoc postquam sacrantis ecclesie ritibus ydolis
initiatum est semper apostolice sedis ritum comitavit exceptis paucis annis
cum vestra in quo monitore Johanne Hus atque Jeronimo ab ecclesie unitate

recessistis. Baleth: Arguis paucitatem nostram. Sed Christus adversus multitudinem Iudeorum paucis
discipulis circumdatus predicare non timuit. Nec multi erant Iudei considerata gentilium
multitudine qui legem acceperunt Moysi. Eneas: Christus deus et homo, dominus et magister
novam daturus legem in mundum venit redempturus genus humanum. Qualis comparacio lucis
ad tenebras, terre ad celum, Christi ad Belial. Non tamen dominus sine miraculis creditus est,
neque Moyses absque signis legem tulit. At vos que signa facitis ut vestre
paucitati credamus, obdurati quamvis sumus. Baleth: Generacio prava et adultera
signum querit. Nos paucitatis nostre tutorem Christum habemus. Et illud apud ewangelium
dicit: Ubicumque duo vel tres fuerint collecti in nomine meo ego cum eis sum.
Non indigemus humano favore qui divinum celesti ductore. Eneas: Apud
Ciprianum martirem, sive scola urbis non multum iactabat, quibus reddit ie
Corruptores ewangelii atque interpretes falsi extrema ponunt et superiora pre-
tereunt, partim memores et partim sub dolo comprimentes, ut ipsi ab ecclesia scis-
si sunt, ita capituli unius sententiam scindunt. Dominus enim cum discipulis suis unanimitatem
suadeat et pacem dicens inquit: Vobis quoniam si duobus ex vobis convenerit in terra
de omni re quacumque pecieritis continget vobis a patre meo qui in celis est.
Ubicumque sunt duo vel tres collecti in nomine meo ego cum eis sum, ostendens
non multitudini sed unanimitati deprecantium plurimum tribui. Si duobus inquit
ex vobis convenerit in terra unanimitatem prius posuit concordiam pacis ante
premisit ut conveniat nobis fideliter et firmiter docuit. Quomodo autem potest cum aliquo
convenire qui cum corpore ipsius ecclesie et cum universa fraternitate non convenit.
Rotate verba et signate misteria. Non est cum eis Christus qui ab ecclesia recedunt.
In una ecclesia fuimus omnes prius, una fides, unus deus, unus vatis et
vobis et nobis erat; non nos a vobis sed vos a nobis recessistis, facientes
ex vobis conventicula diversa, perversaque dogmata recipientes quod non audiverat
prius vestre veritatis caput atque originem reliquistis. Et si Christi graciam cupitis
ad sponsam eius redeundum est. Baleth: Nos in ecclesia sumus nec ab illa
recessimus umquam. Transeo autem ad vos dum Christi lege violatis. Nulla racio
suadet quod umquam mistico Christi corpori iungitur qui ab eius ewangelio separatur. Sed
tunc nobis rebelletis si qua est constitucio que sumere calicem vetat. Eneas:
Eterna noluisti obedienciam polliceri. Sed dicam tamen: ego ita vos peritos ar-
bitror ut consuetudinem universalis ecclesie non minoris efficacie censeatis quam
scriptam legem, quia vis legis ex consensu resultat. Consensus autem non
minor inest consuetudini quam legi scripte. Verum consuetudo longa et approbatus
usus indicat que nullius impedita clamore divino magis quam humano videtur
recepta consilio; leges autem quamvis dei mentem declarari credant, sepe tamen vel
populus vel senatus magna parte dissenciente traduntur. Propterea non
minus plectendus est vetuste consuetudinis quam scripte legis prevaricator. Cum
igitur iam pluribus seculis observaretur ab ecclesia ne plebes de calice biberent,
decebat et vos Bohemos huius observancie tanquam plene legis emulatores
existere, quia sic ab domini est, neque novi neque veteris testamenti codicibus adversatur,
sed racione magna et honestate subnixa est, unum quod scripti decreti sanctorum

requiritis non frustrabor expectationem vestram. De volumine Constanciensis concilii
atque eius acta perquirite conservare qua modo exposui et approbata et pro
lege vetera et scripto firmata reperietis. In Basilea quoque dum generalis synodus
illic esset postquam exacte visa sunt et diu diiudicata excussa sacrarum
literarum testimonia magnorum conciliorum decretis et sanctorum patrum et illustrium
doctorum tradicionibus emendiace pensatis decretum promulgatum est quod aperte
declarat fideles laycos sive clericos communicantes et non conficientes ad susci-
piendum sub specie panis et vini divinum eukaristie sacramentum ex precepto
domini non esse astrictos. In cuius fine subiungitur laudabilem quoque consuetudinem
communicandi laicalem populum sub una specie ab ecclesia et sanctis patribus
introducta ac hactenus diutissime observata et a doctoribus
divine legis sacrarum scripturarum atque canonum insitam periciam habentibus
a longo tempore commendata pro lege habenda est. Nec alicui licitum est iam
exprobrare aut sine ecclesie auctoritate ecclesie ipsam immutare. Sic ergo et
scripta conciliorum habetis decreta et vetustum ecclesie ritum. Cialeth Potest
ecclesia vel concilium que Christus instituit sacramenta pervertere. Eneas
non potest. Cialeth ac sacramentum hoc sub specie panis et vini Christus instituit.
Cur permittit ecclesia que pane solum ad laicos defert. Eneas non permittit
ecclesia sacramentum sed ritum mutat. Que sunt enim de necessitate sacramentorum
immutabilia perseverant, que circa ritum sunt permutare ecclesia potest. Cuius potestas
non minor est hodie quam sub apostolis erat, potestas autem et administracio eius
sicut doctores tradunt tribus in rebus consistit. In ordinibus dispositione
prelatorum, in administracionibus sacramentorum, in diversis preceptis subditorum, absque
re non sine racione putavit doctor insignis aquinas in arbitrio esse
ecclesie diversos gradus prelatorum instituere et institutos pro rerum diversitate
vel temporum amovere. Sic subdiaconi sunt ordinati quos ecclesia primitiva
nescivit, sic prelati presbiteris episcopi quos olim Ieronimus equalis fuisse
potestatis affirmat. Sic cardinalium sacer senatus invectus ecclesie magnum
decus et stabile fundamentum. Potest eciam ecclesia in administracione sacramentorum
abolitis prioribus novos ritus inducere et cerimonias novas. Quamvis dere-
liquit dominus discipulos suos post cenam communicavit, ecclesia tamen neque pransos
neque cenatos sed ieiunos nisi necessitatis causa tantum sacramentum permittit assumere.
Rursus quamvis Christus accintus linteo Christus, cottidiana quoque veste indutus
hoc sacramentum instituerit dixitque paucissima verba, ecclesia tamen ob ei
reverenciam et ornamenta vestimentorum sacerdotibus dedit et missarum
solemnia prophetarum et apostolorum lectionibus et devotis oracionibus adornavit. Sicut
enim in lege veteri rubricatas pelles et rudia tabernaculi sacra sub-
limis gloria templi secuta est. Sic et in novo testamento post illa ecclesie
primitive rudimenta pedetentim splendor in cultu divino et ritus sacramentorum
ecclesiastici et maiestas sacerdotum maior successit. Eodem loco potest ecclesia
cetera statuta et ordinationes priorum que de moribus agunt prout loco
tempori et personis videlicet convenire immutare et abrogare. Sic et prius divinum

Sed quantum ad sacramentum pertinet quod necessarium est tolli non potest, quod necessarium non subest et va-
riari potest et tolli in eucharistia. Nota sic dixi probatum est non esse ipsius utriusque
speciei ipso minus adimi ergo altera species non inepte potuit quia non ad hoc
sacramentum variatur secundum usum. [Baleth] Sacramentum est sub specie vini quod negat
ergo qui vini speciem tollit Christi sacramentum tollit [Eneas] Haud recte infers
Septem sunt ecclesie sacramenta et si vos tamen quinque recipitis, ex his unum eucari-
stia predilectissimum et magnum hoc semper integrum et unum est sive sub una
specie sumatur sive sub duabus et licet mille particule panis fiat unicuique
totidem unum tamen est ubique totus et integer Christus. Licet subtracta vini
specie subtrahitur sacramentum quia totum in altera sumitur. Recte igitur et sanctissime
Romana ecclesia in huiusmodi observancia sacramenti se gerit. Tu ... in rebus
si consulatis spiritus capitis. Si quiete amatis si veritatem queritis si lucrifacere
animas vultis sedem apostolicam audite sanctorum traditores eius. Honorate illam
quoniam sancta est immaculata Christi sponsa, columba pura et albissima
ex cuius ore felicis ramus olive dependet que pacem humilibus pollicetur
superbis bella minatur. Finitis sermonibus istis assurrexit unus ex
primatibus Thaboritarum et mihi satis inflato. Quid tu nobis inquit
apostolicam sedem tot verbis amplificas. Nos papam et cardinales avaricie
suos novimus impacientes tumidos inflatos ventri ac libidini
deditos nostra ... sacerdotes et antichristi precursores quorum deus
venter precordia ... Erat hic homo ventrosus crassus et multo abdomine
pinguis, quem cum aspexissem, admovi ventri eius leviter manibus ac
subridens, unde inquam timor hic ventris est. Nunc te ieiunio maceras
et affligis in media. Risere omnes magnisque illum cachinnacionibus exceperunt
Et ego tamen ad animadvertere sacerdotes illos magis studio contendendi quam voto
discendi ad me venisse, posui modum verbis meis subtraxique dispu-
tatori pedem. Intellexi enim quod facilius et levius esset turbulentis maris
concitos fluctus clamoribus retundere quam illorum rabiem sermonibus cohercere. Vanus
labor irritus et nullus effectus est offerre lumen ceco, sermonem surdo
sapientiam bruto. Conversus tamen ad eos dixi. Collegae mei properarunt iam sunt et
itineri se accingunt hora est ut a vobis recedam. Satis diu simul disputavimus
vos tamen ut video meis verbis fidem prebetis nec ego vestris argumentacionibus
moveor remaneamus omnes quod prius eramus. Existimavi hoc
prius quam inciperem. Nolui tamen silere ne mea taciturnitas opinioni vestrarum
fidei auctoritatis daret ne quis postea diceret fuit apud Thaboritas Senensis episcopus
nec quicquam adversus illorum sinistram dixit aut eos vera sentire putavit aut
eorum argumenta superare posse disputando diffisus est. Ecce si nihil
aliud verba mea fecerint hoc tamen prestiterunt quod me vestris opinionibus adversantem
omnes qui astant intellexere. Vos tamen amplius et forte melius cogitabitis
Nunc illi si tempus esset afferremus huc libros et ostenderemus tibi quod
Christi sequaces et legis dei zelatores sumus. Sed vale. Ad quos ego

nec vobis nec michi utile est valete atque hoc modo eos a me dimisi. Et
secute domino de rosis cum eo Boleslauiam veni atque inde curiam insularem
et seniore de rosis dimisso petivi. Videbar michi ultra sauromathas
et glaciale mare fuisse inter barbaros inter antropofagos aut inter mon-
struosas Indie libieque gentes. Et sane in omni terra quam terminat amphitrites
genus nullum est monstruosius Thaboritis. Ethiopas cum quosdam et Scithes
et taprobanos corporis vicio monstruosos aiunt. Thaboritas vero dogmate
inertis vicia innumerabiles quam macule monstruosos efficiunt ad quos omnes
hereses migrare quas ab initio nascentis ecclesie usque in hanc diem pestifera
ingenia seminarunt. Sunt ibi nicolaite, sunt arriani, sunt manichei, sunt
armeni, sunt nestoriani, sunt berengarii, sunt pauperes de lugduno. Preci-
pui tamen apud eos valdenses habentur, inimici Christi vicarii et apostolice sedis
capitales inimici, qui dum scena superioritatis abiciunt libertatemque pre-
dicant nimiam, et ut omnes errores admittat. A quibus cum exivissem
ex inferiori videbar inferno rediisse nec prius ad superos recepisse putavi
quam perduxissem eos atque ulricum de rosis offendi. Nam perduxissem illius
heresibus inquinati sunt. Et ulricus acerrimus hostis heretice pravitatis est, cuius
filius inter alios Bohemie principes qui fidem katholicam viribus armisque
tuentur anterior est dignus quem sedes apostolica inter caros habeat et inter
primos honoret. Scripsi hec tue prestabilitati festino et currenti calamo
perlecta namque romanum Johanne meo quem probe nosti malui te que michi
in hac via contigerant ut cuncta narrata cognoscere quam penitus ignorare res aliquas
de fide disputatas et archanos scripture sensus attingere presumpsimus. Scio quia
non defuerit inepte. Verum rudem et expertum tyronem hec me pugna suscepit
Sed nolui latrantes impune lupos abire nolui deserere veritatem nolui ecclesie
deesse. Et quamvis imperite mee tenebras non agnovi superne claritatis lumine
intrepidus expectavi iactavi super dominum curam meam et ipse me adiuvit sensi
divinitus assistentiam. Ipsa verba nescio quo sua sponte fluebat. [illegible] nisi se
thaborite insuperabiliter premebat. Benignus et mitis deus qui nec peccatorum
voces exaudit. Credo et certus sum quod non mea vita sed mea fides meruit
audiri ne thaboritarum clericis involuerer aut sophismatibus caperer. Verumque
res acta est. Scio me plura et tunc dixisse et nunc scripsisse digna correptione
que tunc dixi corrigi nequeunt quod semel emissum volat irrevocabile
verbum. Que nunc scribo facile poterunt emendari priusque edantur. Precor te per
veterem benivolentiam et quam michi semper ostendisti karitatem precor et oro huic
opusculo ut tua limam summamque manum admoveas neque prius in lucem
sinas exire quam tuo sint acri et gravi iudicio comprobata. Vale mea
merces et amans. Cum deus et fata volent veniemque ad te
Ex nova civitate xii kalendas septembris anno etc li. Amen

Laus deo perhennis etc.

Epla Georgij de poydebrat ad S. ap. missa eademque cum
glo est remissa a sede ap.

malitia et medacia

Beatissime pr et clementissime dne. Obedienciam
cum veneracione ad pedum oscula btorum. Venit ad nos
noie Sctis vre Venlis Johannes de Rabinsteyn
prepositus Wissegraden. Sctis vre prothonotarius et
reverendissimi decretorum doctor consiliarius devotus
et fidelis nr dilectus. Ea quecumque sibi a Scte vra iniuncta
fuerant nobis retulit quod nos intelleximus et credimus Sctitem
vram non fugerit Sanctissime pr. nunquam aliud menti *[Quod apertum et excogitatum mendacium]*
nre incidit quam ut honori summorum pontificum ac Sedi
Aplice possimus Scte vre quantum in nobis fuit omni
cum diligencia et accuratissima opera intendimus. In hac *[vz dampnata heresi]*
quoque opinione et mente perstitimus stabimusque Deo
annuente. Verum Pauli quo prealijs accusamur factum
vz dicte Scti Laurentij proxime preterite non ambi-
gimus intellexit Sctas vra, quem aliter non erat facien-
dum quod res et tempus et postea publica illius rei postulabat *[mentiris et sua sanctitas bene scit est perfidia tua]*
Fantinus captus est quod obrem tam Scti vre et
nonnullis reverendissimis dnis Cardinalibus tam persuasimus *[sz mendose]*
Nos alique tunc loco et tempore postulantibus diximus ma rei
ipso astante hoc volebat. Non est tamen ignotum Scti vra
nobis sentenscere summopere debeat, cum vra btudo
pontifex prudentissimus et rerum maximarum expertissimus
existat. Venenque ignorare non possit. Ex qua origine *[perfortis sua Sctitas et pene tota ytalia non latet causa illius res]*
quibus causis quasque raciones res hec in hunc finem deducte
fuerint sunt plures credimus delatores famamque nre
quantum eos se extendit potius destructores quibus quantum *[turpe destitutor es male in hic gratia alibi]*
fidei adhiberi debeat. Sed et per optime btudo vra
pertacta enim Johes inter alia hortatus est nobis
Scti vre Regem cum veritate nil attemptemus
que res clarius a Scte vra perspicua nunc
est parumper principalius et alterius eam ordina-
cum nos vno consensu paribusque votis *[non libero sed violento seu ab hereticis]*
in Regem electi et more regio vncti et con-
firmati sumus vra btudo Serenissimus dnus et
affinis noster Romanorum Imperator reges et
omnes principes comites et barones militares

[Marginalia, left:]
so In qua te publice hereticum / protestatus es nullo urgente / et tempus deo volente accusisti

que hoc et quantum tibi / debeatur fides adhiberi / permisistis

quia tunc non credebant te / fore periurum et infidelem / hereticum

[Marginalia, right:]
so et perfidia et veritas que / quotiens dicitur a spiritu sancto / procedit hoc negabat

et tamen promissum de ipse / tua fallacia et malitia / rejecta et reprobata

et Comites tam Sac[ri] Imperii Romani q[uam] Regni

et dominiorum nostrorum Iam non subditi animo q[uam]

subditi vere dilecti, Nos ut decens est pro rege

habebant et regem nostrum subditi venerati sunt et

regi fidelitate subditi et obedientia prestabant

Soli Wratisl[avienses] q[ui] regibus bohemie subditi et regno

hereditarie incorporati existunt Nescimus quo freti

spiritu aut quibus ducti consiliis, nobis obedientiam prout

tenebant facere recusabant, Nos eos bene et iuste possemus

a deo nobis data ad obediendum et suis obligationibus

satisfaciendum compulissemus, sed Sanctitati vestre cum semper

placere nitimur more gerere turpietates eos insidientes

tranquilla bona in patria absque armorum quamvis fortuna

acceptis prestitis nobis ut vero regi Bohemie obe-

dientia fidelitatis subiectionem prestiterunt, premissis tunc

Reverendis patribus Amatis nostris Domino Ieronimo Archiepiscopo

Creten[si] et Francisco de toleto nuntiis et oratoribus

Sanctitatis vestre, Adventus tamen vero in Civitate illam

propter exterminatorum ipsorum quam ipsi allegabant ...

hec dilatus est Hinc dum post verba amonitoria

dicti solutis de kabisteyn noie Sanctitatis vestre relata

intelleximus ex nonnullis inventoribus quibusdam,

quod nos nescimus eosdem veritate pro quod nobis

prestiterunt in veritatem revocare et quod nobis et Regno

ultra faciendum est se facere recusare velle que res

nobis non mediocrem admirationem attulere, cogitata

promissionum et obligationum suarum oblitos esse

et non deo Inclinat illam ad hunc iniuriam

coram illam per nobis et Regno prestitam

obedientiam non considerent rem non honestam

Marginalia (left):

vid[elicet] quod minime dubitabat de fide hominum

Invide deus male ... quod hoc fuit

Iuravere ... hominum declaravisti

Tumulto de obedientia prestita nam hic tenere nisi concordie forte falsum ... et ... detentum ... tot solemni ... inventorum manibus tuis ... sacras ... et ... tuam ... suspiciones factorum quod nullum horum ut ... nec in aliis rebus est fidem inst... quod credas ut deum falso iuranto fefellisti ita ... homines fallere ... lex ... divina ... tarditate tua ... gravitate ... componere ... tot tuis mendaciis ut tibi ... quod mendosi ... ut ... veritate dicat quod eis ... credit

Marginalia (right):

... nobis obedientiam ... nullam ... causa

... depositi mediante concordia ... per oratores

Et ... est ... Deo et ... in ... obligatione ... et credulitatem habebant

esse sue obligacionis promisse fidei et iure ut nos
ex parte utraque conclusis [illegible] velle [illegible] itaque illum
(Et ipsi sicut [illegible] intendat)
cum ipsorum [illegible] vestra intelligat [illegible] vestram quam pater
applicavit sibi applicuit decedente representando lumen fidei quod lucere debet
morienti Cuius signaculum passionis xpi appertum approximantis exhibuit
monendo eum in meritum passionis misericordissimi mediatoris nostri ihesu
xpi confidere fideliter Aut ubi fuerunt quasi proceres Barones et Milites
regnorum qui attendissent quid ipsius finaliter committere voluisset Cum ibi fuerunt
quos executores testamenti sui constituisset Aut ubi Cancellarius et Notarii
qui ultima voluntate Regis conscripsissent Ubi tunc astiterunt fideles et dicti
propinqui Cum se habuerit speciales Camerarios ad custodiam rerum vite et corpore

Regis singulariter deputati Accedunt etiam ipsi phisici et medici Curie qui tenebantur
circa Regis vsque ad vltimum agonie assistere et finaliter consule quo corpus Regis
mortuum aromatibus more Regio debet fore condiendum Dicant pro veritate et fa-
teantur omnes premissi Qualis fuit ipsius Regis in morte premissi commissio
procuratio deuoto ipsius Regis vel ordinacio Qualis vero circa agonisacionem ex-
piratio Qualis vero post mortem corporis dispositio Dicant vero si talia
circa dicta sicut katholicum morientem decet Regem sint acta et practicata
et audiemus eos Sed quia post obitum felicis memorie gloriosissimi Regis
Ladislai iam annus integer et menses tres complete effluxerunt et nemo
ex omnibus comparuit qui effecere verant possent aut audiret ex premen-
tionate condicionibus actis et modis circa mortem Regis practicatas
Ex quo innotescit patet quod ex talibus evidentissimis notis et signis exorta
est vehementissima suspicio et inde processerunt publica vox et fama
Et secretariorum Regis ab eis expulsorum maxima quela et narracio ex causa
bene credenda quod illi qui tunc ibi fuerunt ne dicam custodes sed corrosores Non
permiserunt illum vivacissimum adolescentem naturali morte decedere Sed ti-
mentes ne forte naturam venenum vinceret et sic tandem convalesceret Ipsum
violenta crudeli interfectione et tradicione inhumaniter miserabiliter et
turpiter necaverunt et crimen lese maiestatis immanissimum in tam
generoso sanguine commiserunt Regis non sine illius G. qui tunc officium
supremi magistratus Curie Regalis rexit et gubernavit procuracione et
cooperacione Ex quo concluditur infideles quod tali crudeli tortori non competit
honor Regius pro titulo Sed potius pena criminis lese maiestatis
presupposito et merito Nam illa cooperacione et tradicione qua fecit antea
in Vngaria Nunc modo capta oportunitate complevit crudeliter in Bohemia etc.

Octaua Ratio quare fideles non debent obedire hereticis est

Quia fideles christianam subiciunt se ipsorum potestate contra caritatem proximorum
Nam ex caritate debent et tenentur ipsorum diligere conversionem et salutem Sed tunc
ipsi heretici cernunt se a fidelibus habere honorem obedienciam favorem et quanto
amplius presumunt et indurantur in eorum perfidia et obstinaciores fiunt et sic
impediunt ipsorum conversiones quod est contra caritatem proximorum qui tenentur quilibet diligere
proximum sicut se ipsum ad salutem Luc. x c. Et Seneca nulli sunt testes qui im-
diuerent quod ille heresiarcha Rokyczanus se publica proclamavit iactanciam
de subiectione tot et tantarum provinciarum in obediencia sue heretice potestatis
Etiam obstinata presumpcione fortificat fideles in ipsorum perfidia ipsos hono-
rantes et ipsis obedientes Consimiliter et ipse W. presumunt se per constanciam
suos in hac perfidia omnem honorem quem habent fuisse assecutum et infat-
uabitur fideles ad hoc inducere quatenus per adhesionem huius secte vel honores et
diuicias putarent se consecuturos quod est inedita et iniquitas sibi Nam corporalem
temporalem commodum et eciam confusione eius perpetuam et perpetua damnacione

Nona Ratio Quare non licet fidelibus prestare
homagium heretico est hec Quia tales scandalisant
alios christi fideles qui infirmiores et debiliores existunt in fidei constancia
Tempore tunc ipsi cernunt notabiles personas ipsis hereticis impendere favorem
et honorem obediencialem Non ne poterunt cogitare si esset bonum tales
quales olim et nunc in predicacionibus denunciati sunt nobis utique tales
viri non adherent eis et subirent ipsorum imperiis et dominacionibus
Ecce scandalum pessimum Nam ex hoc et ipsi etiam procliuiores erunt
ad persistendum se illa periculosis seductoribus ipsorum Et Seneca qui sic scan-

aliquem ex fidelibus Christi vel minimis melius esset illi ut secundum Salvatorem Mt. xviii et in collo eius suspenderetur mola asinaria et demergeretur in profundum maris. Cum ergo seducti et perversi maxime qui ex tali scandalo venerunt in tales errores et hereses et obstinationes imputaretur eis et in die iudicii deus qui est veritas requiret ab eis ultionem.

Decima ratio. Decima quod tales domini potestates homagium hereticis exponunt se discrimini peccati mortalis et gravis

peccant mortaliter. Consequentia patet per regulam theologicam. Antecedens probatur quia tales preter obedientiam potestatem inire sunt principaliter in ecclesia militante. Insuper ipso facto sunt ipsorum receptores fautores celatores et tandem credentes participantes defensores et demum protectores ipsorum complices et consectanei et ecclesie ac fidei ac ecclesiasticorum doctorum et fidelium christianorum persecutores. Quod iam prochdolor plures ostendunt ad experientiam si talia oporteret dicere et contra christianos facere persecutiones etc. etc. [illegible]. Et contra christianos facere persecutiones. Deinde hanc materiam concludendo ut patrat. Cum tamen sancta mater ecclesia abhominatur heretica pravitate cum suis sectatoribus. Tunc expedit declarare quod ipsa ecclesia in omnibus reprobat vel nunquam tollerat perfidos hereticos patet contra eos. Primo confirmat omnes katholicos et fideles quoscumque nomen Christi publice audeat confiteri sine rubore et timore. Est enim confessio fidei vitalis thesaurus de numero salutis non solum coram gentibus sed etiam hereticis ut patet late per glosam xx. di. x. super psalmo primo sicut tacta.

Contra eos secundo consecrat omnes episcopos et sacerdotes etc. **Contra eos tertio** approbat omnes religiosos et ordines. **Contra eos quarto** instituit ordines militantium diversorum crucifexorum [illegible] et ordines sancte Marie de domo Theutonicorum et aliorum etc. **Contra eos quinto** dirigit inquisitores in aliis regnis et terris eos cum militibus et maximis privilegiis dotando defendendo et confortando ut in multis c. ex. de hereticis. **Contra eos sexto** instituit magistros doctores et universitates ut dicit glosa de sen. bo. c. xvi h. o. de ecclesia et hereticis. Hereticorum pro ostensione et propagatione sunt doctores in fide et parimus heresum ecclesie. Magna crevicerunt. Nam antea ecclesia simplici tantum fide vigebat et ibi

Contra eos septimo invocat omnes duces nobiles et seculares ut xxiii q. v. potestatem. **Contra eos octavo** dat seculares perdendo condonando promittendo plenam remissionem peccatorum sibi contra eos bellantibus seu bella moventibus et in bellis talibus morientibus ex. de hereticis. Excommunicamus idem ostendit clare xxiii q. v. omnium et q. viii omnium etc.

Bulla domini Martini pape quinta et ut declarat sicut heretico. **Contra eos nono** absolvit subditos a perfidia ipsorum et declarat satis expresse xx q. xii articulo secundo. Sic autem ista non fecit contra alios episcopos iniquos nisi duntaxat contra hereticos nec absque iustissima ratione. Dicitur enim Ecclesiastici xxv. Omnis plaga tristitia cordis est. Glosa non est maior plaga quam tristitia fraudulenta plaga tristitia cordis est. Glosa. Non est maior plaga quam omnis malitia et nequitia. Et omnem cordis in heresi quia in eadem nequitia omnis malitia et infecta. Et omnem plagam videbit glosa videlicet plagam cordis que intelligit duram plagam et non plaga videbit glosa videlicet corrigit. Et insuper audiens sue pravitatis sed non videt quia per penitentiam flecti et si aliquando se parante infecti est supportabit modicum quod de facile ad penitentiam flecti. Et sic habitare cum muliere nequam et libri commorari leoni et draconi placebit quam habitare cum muliere nequam. Et libri commorari leoni et draconi placebit. Glosa. Malitia hereticorum comparata serpentibus et feris et animalibus bestie crudelior invenitur quia illa ledunt corpus hec autem animas eorum cohabitatores bestie iniquitate. Ex antedictis iam deductis manifesta patet quod omnes Presules et Prelati Doctores et curati et omnes clerici. Similiter omnes Reges et Principes Barones Milites Nobiles Civitatenses et vulgares tenentur et obligantur fore defensores et protectores fidei katholice efficaces et fideles. Quod sic probatur

Ista fides vniuersalis omnium est quia non solum ad clericos verum etiam ad laycos et ad
omnes sine populum christianos ut dicit Canon de consecratione di. iiii c. Nos consideremus Dicit
Marcianus Imperator Nos ad fidem confirmandam synodo interesse
voluimus ut veritate inventa non ultra multitudo sed heretica prauis
doctrinis attenta discedat Ex hys aliqualiter elicitur quod omnes christiani tenentur
christi fidem defendere Et racio est quia bonum commune quanto melius tanto est tenendum
forcius et defendendum validius Unus enim natus defendit regnum suum
proprium Sic et regnum fidei protegere obligatur Ista non sine causa princeps
gladium portat Dei enim minister est vindex in ira ei qui male agit
Et sic quod dicit Ro. xiii. Aug. xxiii de civitate Dei c. vi Bellum suscipi ab optima
civitate dux debet dixit Ci. in libro de re publica Non nisi aut
pro fide aut pro salute civitatis Cum autem imminet periculum contra
fidem orthodoxam apparetque excidium civitatis aut communitatis fidelium
Dicat omnes seculares principes et nobiles villani et civitatenses Nos
pugnabimus pro animabus nostris et legibus nostris absque ex fide christiana
melius est enim nobis mori in bello quam videre mala gentis nostre et sanctorum
christi Machabeorum iii Si namque fidelitas servanda domino temporali ut xxii
q. v Si apud multos magis servanda domino celi Quamquam fidelitatem
christianam omnes professi sunt in baptismo Et specialiter reges in Coronacione
et unccione principes et nobiles in militari promocione Dei igitur
iniurias aut ecclesie sancte katholice nec usque ad auditum debent sufferre
et eas dissimulare nimis est iniquum ut dicit Decretalis super apostolicam Huius
evidens exemplare est quod multi gentiles pro fidelitate et fide sua dominorum
vanorum suorum et iniquissimorum nimine pepercerunt suis parentibus et
amicis suis uxoribus et filiis fratribus et consanguineis ut in multorum
storiis legendis unde et salvator dixit Marci xiii Tradet frater fratrem in morte
et pater filium et consurgent filii in parentes et morte eos afficiant Unde
narratur De Constantino Imperatore li. i. historie tripartite c. vii Cum
ecclesie paterent persecucionis in toto orbe terre concessit christianis libere in sua
religione consistere probare volens quosdam de palacio suo christianos si essent
tunc eo plus precepit quod si qui vellent ad sacrificandum dyis hys essent tunc eo
in palacio qui autem nollet sacrificare de palacio exiret Et tunc essent
alii proiectes religionis christiane promissis regis Alii vero esse fati
ad sacrificandum dyis sperantes amiciciam regis Deliberavit rex eius
ut consiliarios qui in melioribus fideles constantes quod essent illos duces
ut effeminatos expulit credens nimirum eos erga principem devotos
et fideles qui fuerant sic dei sui paratissimi proditores Ita dicit Johannes
pollicraton li. viii c. xx Nos istorum spernendi gloria apud quas postea illis
manet christus inglorius et qui turpissimum christo preponunt ipsis turpissimum
taryis timentibus turpissimum quod posset in nullis Tyrannus ceterisque et sacri
legiis evidenter ac in nostris temporibus declarari qui perdide perdidit qualia bona
simul et eterna Et non mirum qui sicut Generacione Nichil retinet qui fidem
perdit et sine fide impossibile est placere deo ad Hebr. xi Iustus autem
ex fide vivit ad Ro. i Ex quibus patet quod valde gloriosum est cunctis principibus
et nobilibus et omnibus christianis fidem et ecclesiam katholicam tueri et
defendere et hereticorum insultibus fortiter resistere Pro quo salvator noster Jhesus
christus promittit eis premium eterne beatitudinis Apoc. ii Esto fidelis usque

ad mortem et dabo tibi coronam vite. Ita fidelit credentibus dabit visionem
bestiam constant aut pugnantibus martyrii palmam et glorie coronam
prestabit quam nobis concedere dignetur pater et filius et spiritus sanctus
unus deus per secula benedictus amen

Venerabilis egregie vir que katholice prius sermone vestre paternitate
cum ipse vestram religiositatem verbis et operibus probata In ipse sanctam et prudenciam
que in vobis clarius relucet sole Cum per defensionem fidei katholice qua defendendo
nec morte formidasti sed eciam expugnasti Wratislavienses contra hereticos usque ad
exitum possessit quorum fama gloriosa divulgata per universam urbem Rome curie cunctaliter
sanctissimus dominus noster meus fuit Datum XX^o marcii in publico consistorio in
hec verba. est et urbs in Slesia religiosissima eciam in religione in urbe [illegible]
speciam in [illegible] nostro [illegible] In ea propter favore quo me semper prosecuti fuistis
scimus in re tali de more poetarum unum in centum linguas ora que centum [illegible]
valle non illa dilectam atque affectum exprimere valerem audiens a latere [illegible]
vestram paternitate bene vale ac re secunda feliciter potiri leticiam ingentem accepi nec
ea vere [illegible] paternitate et revera opus est. unum desperans vestre paternitate volo late que
octava die mensis marcii orator imperatoris urbe Romana intravit et post
decima die mensis eiusdem sicuti eciam fuerit Bohemi oratores regis videlicet
Procopius de Rabinstein ut asserit fidelis katholicus Oderico Rosta
Wenceslaus Wirberk asseritus decanus ecclesie sancti Appollinaris Pragensis
et Wenceslaus Coranda archiheticus in satis turbida et plumosa cura
Datum vero die XIII mensis marcii venerit ad urbem oratores regis Francie
modum valde honorifice Et cum eis duo attrabatensis novus cardinalis
quibus tota curia dedit obviam. Qui mox lune die sequente dominica
[illegible] publico in consistorio pura et illuminata prestiterit obediencia atque
sanctione qua dominus meus mediante prius sedis apostolice tenuerit atque remanserit
morbida et corrupta unus et penitus abolitam ad pedes sanctitatis sue prociderit
ob quod [illegible] ipsum regem Francie qui ad celum levaverit. famamque et nomen eius
summis laudibus decorarunt ac per tres integros dies per totam urbem celebre
atque processiones tres fieri indixit et mandavit. Cumbus pacis Bohemis
ipse sanctissimus. ad diem Saturni XIX marcii audienciam dare ac publicum
consistorium propterea celebrare designari fecit, quo adveniente die comparuerit
in consistorio oratores domini imperatoris et regis servatisque solemnitatibus
consuetis orator imperatoris regem ipsum satis ornatissime sibi sanctissimo
commendavit. supplicando eidem ut ipsa sanctitas sua eum regem ita recipiet quod ipsi
intelligere possent commendacionem ipsius domini imperatoris apud sanctitatem suam
postea vero Procopius Rabinsteyn regem pro eo que tam distulit obediencia excusat
ac obedienciam regni nomine prefati regis prestitit. Sed interrogatus fuit an ex
fatet nomine regni [illegible] et regum Sed ipse vultu vertens in collegas
suos quod forsan nomine regum et secte Procopio adiuncta fuere et sunt ipsi
respondent dixit quod omnis tale in eundem Procopium transfuderit Tandem
ipse Procopius satis lente respondit. que nomine regis et regni faceret obedienciam

In cedula vero obediencie lecta per Procopium continebatur solum obediencia Regis
et non regni. adduxit quod Procopius prout ceteri reges facere solent. Sanctissimus
propterea vidit quod non esset simile quia regna ceterorum et aliorum regum essent sub
plenissima obediencia sedis apostolice nec alias seruarent novitates seu
ritus alios sicut in regno Bohemie hactenus consuetum fuit. Unde necessario
esset obediencia et regis et regni. recepta quod obediencia per sanctissimum
Wentzeslaus Coranda mox incepit orare palam ac omnem hereticam
pravitatem regni quod Bohemie turpitudine in publicum deduxit. premissa protestacione
quod tunc facerent obedienciam citra recessum a compactatis ipsis per concilium
Basiliense traditis. et coram sanctissimo domino nostro ac reverendis patribus et dominis Cardinalibus
doctissimis viris. dicere non erubuit communionem utriusque speciei esse de necessitate salutis
ac de precepto Christi. pluraque vana ac rediculosa in medium produxit. adduxit et finaliter
confirmacionem compactatorum ac communionis utriusque speciei nomine Regis et Regni petivit.
Ad que sanctissimus satis pulcre respondit et quasi duas horas in sermone suo deduxit
dicens inter cetera quod ipsi Bohemi [illegible] vellent et vocarent
quedam olim fuisse in concilio Basiliensi [illegible] obligaverat se ad penam talionis
ubi Bohemi ex sacra scriptura ad roborandum eorum infamias invenire et dicere
possent unam auctoritatem. ipse vellet dicere quidem contrarias et quod promisit eis dare
de consilio fratrum suorum bonum et salubre. Et postrema die ultima mensis marcij
ipse sanctissimus in dicto publico consistorio in presencia omnium dominorum Cardinalium
et copiosa multitudine hominum de omni nacione [illegible] ipsis Bohemis dedit responsum
ingratum deoque et omnibus Christicolis gratissimum, declarans communionem utriusque speciei non
esse de necessitate salutis ex sacra scriptura, exponendoque evangelia et verba illa
nisi manducaveritis etc. ac plura fecit de quibus plurimum esset scribere.
Et finaliter extinxit et delevit compactata nunquam fuisse visa sic concessa
fuerit quod in dictis aliis derivata communione tali se non conformaverit Romane ecclesie
confirmavitque decretum Concilii Basiliensis quod continet communionem utriusque speciei non
esse de necessitate salutis et statuit ad tenendum contrarium asserentes hereticos reputando etc.
vult obedienciam talem esse fictam et ratam ac pro obediencia reputari donec Rex Regnum
ipsum ad gremium ecclesie katholice reducet seque in regno ecclesie katholice in omnibus
conformaret ac verba probaret et nisi hoc quanto citius faceret contra eum [illegible]
obediencie procedere non [illegible] copiam cito habebitis. indoctoque rudi stilo non
imputetis quia recessus nunc me multum [illegible] coegit et nisi presentis vita
tam cara esset [illegible] scribere [illegible] alia nova non occurrunt sed fine [illegible]
quod [illegible] consolabitur. deoque valete et me [illegible]
ut soletis diligite. Ex urbe vij Aprilis Anno etc. lxij

In scripto decreto Sanctissimus dominus noster Papa Pius secundus declarat Compactata
Bohemis per Concilium Basiliense concessa esse invalida cassat et abrogat
et ea extinxit et delevit et usum utriusque speciei communionis eis denegavit
et concedendi revocavit

Responsio oratoribus Regis Bohemie a sanctissimo domino Pio papa secundo super petitione communionis utriusque speciei quantum ad laycos et confirmatione compactatorum data

Superioribus diebus. Cum audivissemus vos oratores Carissimi filii nostri
Regis Bohemie maiestatis. Quibus aliqua ex tempore diximus. Responsionem tamen solidam
et efficacem cum fratrum consilio faciendam in aliud tempus reservavimus quam in presenciarum
a nobis accipietis. Hortamur ut eam cum caritate accipiatis. quia tamquam pater in
caritate non ficta loquemur. Duo exposuistis in hoc ipso auditorio veram obedienciam
nomine Regis prestitistis nobis et apostolice sedi, et usum communionis eukaristie sub utraque
specie Regno Bohemie et Marchionatui Moravie concedi petivistis Circa primum dicimus
multa nobis exposita esse in laudem Regis et per oratorem prius patratus (?) et per dilectum
filium procopium equitem. Cum unus e ex nobis (?) veram [illegible] verbis seorsum nobis
sincerum Regis animum et optimum eius propositum ad bene merendum de sancta sede apostolica
commendavit. Laudamus Regem. qui portam domini videtur inquirere per quam iusti intrant
et sine qua non patet iter in celum. qui non intrat per hostium fur est et latro. Hostium
autem ovilis domini est ipsa sedes apostolica. cui sunt tradite claves regni celorum. Sapit
igitur Regia sublimitas que verum hostium querit. et vera pascua et verum pastorem. et
nos licet immeritos tamquam christi vicarium sua honorat obediencia. et romane sedi caput
summittit. Verum quia Regnum Bohemie olim sub romane ecclesie et antecessorum nostrorum
obediencia fuit integra. et ritum eundem tenuit circa divina facienda. et postea magna
pars Regni et Marchionatus ab obediencia recessit et ritum novum invenit quem
ignoraverunt patres eorum, et multi excessus intraverunt (?) quem adhuc non parva in parte durat
non potest dici sufficiens Regis obediencia. nisi novitates tollantur et omnia reducantur
ad pristinam vivendi normam. Quod si vult Rex sue obediencie et suo debito satisfacere
ut omnia tollat de Regno suo que sunt innovata contra mandata nostrorum predecessorum et contra
ritum universalis ecclesie [illegible] est. et faciat sibi parere (?) et in veritate obediencie nobis prestite
si fecerit dicemus Regem ipsum veram et sufficientem obedienciam prestitisse. eumque condignis
favoribus et honoribus prosequemur alioquin omni ipsum Regnum [illegible] tueri. et Romanis
pontificibus reverenter assistere et eorum parere mandatis. non satis esset verbo ac scriptis
obedienciam prestitisse. non sequentibus operibus. Hec ad obedienciam Regis. Ad petitionem vero
communionis utriusque speciei sive compactatorum concessionem considerantes verba proponentis
qui communionem utramque quo ad laycos veritatem quandam divinitus revelatam visus est
appellare. approbando eam per praxim ecclesie primitive. per auctoritates sacre scripture, per
testimonia sanctorum doctorum. et per concessionem sive compactata Concilii Basiliensis
Circa hoc non est nunc multum immorandum. Nam satis hic articulus in Concilio Basiliensi
discussus est et tunc erat diffinitum non esse communionem sub utraque specie quo ad laycos
et non consultores (?) de precepto. Demumque magna Synodus Constanciensis prius diffiniverat
quod non licet a consuetudine ecclesie. que regitur a spiritu sancto recedere. Et in illis Conciliis
habunde considerata fuit praxis primitive ecclesie. et sacrarum auctoritas literarum. et quid
doctores ut sancti Scholastici asserant oportune in adiutorium. ita omnes fere uno ore londum (?)
quod non est populus sub utraque specie communicandus. quibus id factum aliquando fuit ita propterea
utile et salubriter sublata est layce communionis obedienciam sacramenti. propter periculum
effusionis in multitudine communicancium. et propter difficultatem conservationis. propter periculum
infirmorum reservationis. necnon et effusionis si ut sepius oportet ad parum distantes
deferretur. Cum vero ne fidelis plus existimaret christi corpus non integre
capi nisi sub utraque specie. Quod vero de compactatis adducitur paulo post absolvemus
Manifestum autem est quod generalem ecclesie consuetudinem subtrahente layce communionem talem
nullum prelatus faciens est populum sub utraque specie communicare. nisi vel generale Concilium vel Romanus pontifex
indulserit. et propterea nec videtur approbanda est talis consuetudo neque aut salubris indicanda

* talias (?)

que absque sufficienti auctoritate introducta est. illud aut dampnabile e et prorsus hereticum iudicandum. si quis asserit talem communionem ad salutem esse necessariam, sicut Jacobellus putavit et qui eum sunt secuti. Magna huius illius Jacobelli ut hominis temeritas qui solus imbutus gramatice disciplinis quibus pueros instruebat ausus e sacros et ewangelii sensus attingere et ad suum ingenium archana filii dei verba intorquere. non e gramaticorum aut dyaleticorum sacra divina eloquia reserare, theologorum est. et sacre pagine professorum ista cognoscere et eorum quibus data e sua clavis. que aperit et nemo claudit. claudit et nemo aperit. Eunuchus ille viii° actuum apostolorum qui cum ex ethiopia veniret in Jerusalem cum legeret ysaiam interrogatus ab apostolo philippo an intelligeret que legeret. et quo inquit possum intelligere nisi exponat. At Jacobellus absque expositore absque doctore ausus e docere que non didicit et absque calicis bibitione salvari neminem asserere propter verba sancta salvatoris apud Johannem dicentis nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. verborum tamen et literarum annotans sonum. mentem precedentis hanc nesciens quod spiritus e qui vivificat caro aut non prodest quicquam neque advertens quod in eodem loco pauloque post cum scandalizati essent de tali sermone aliqui. verba mea inquit dominus spiritus et vita sunt propter quod manifeste declarat quod de spirituali manducatione et bibitione locutus fuerit, posteaque de sacramentali. cum et non dum esset institutum eukaristie sacramentum. et sic beatus Augustinus et alii quamplures sancti doctores eius ewangelii textum exponunt. qui excellenti omnis invisibilia consideraverunt de lege dei. et sua doctrina sanctam ecclesiam illuminaverunt. Et licet dominus in ultima cena sub specie panis et vini tradiderit cum illud sacramentum instituit. et suos apostolos in sua commemoratione facere iussit. non tamen ideo preceptum laicis calicis mandatum est. Apostolis tamen dictum fuit qui sacerdotes tunc instituti fuerunt. et ad conficientes pertinet sub utraque specie ipsum assumere. et eius mortem exprimere. non ad laycos. et hec veritas est tam in duobus conciliis generalibus declarata. Restat nunc ut petitioni vestre respondeamus de qua quod cupitis vos saneque regem vestrum Barones vestros et prelatos omnes regni Bohemie in domino diligimus et pro filiis habemus. dum Romanam ecclesiam loco matris habuerint et ei tanquam magistre obtemperaverint. Magnus et minores deus, cuius vices indigni gerimus in terra, homines pro liberis habet. eisque non omnia prestat que petunt sed utilia procurandis concedit. Ita et nos facere oportet erga vos Bohemos qui pro laycis communionem calicis desideratis et compactata Concilii basiliensis adducitis. Cumque id vobis concessum existimatis. Satisfaciendum est huic petitioni ne decipiamini. et illa pro veris compactatis

[Margin: Responsio pape ad compactata bohemis per concilium basiliense concessa]

vidimus transsumpta compactatorum que nobis obtulistis. quibus diligenter inspectis non invenimus quod illorum vigore concedere possit laycos sub utraque specie. Compactatum enim bipartita est. Una altera promittit et indulget ut qui unione recipiunt ecclesiastica et pacem realiter et cum effectu in omnibus aliis que in usu communionis utriusque speciei fidei et ritum universalis ecclesie conformes essent. et usum talis habentes possent communicare sub utraque specie in regno Bohemie. et marchionatu Moravie. Altera promissionis est dicens. cum facta in Concilio discussione super articulo communionis nichilominus si perseveraverint in desiderio huiusmodi talem communionem. et id per legatos indicaverint Concilium facultatem largietur sacerdotibus communicandi eas personas que in annis discretionis constitute reverenter et devote postulaverint cum adiectione quod sacerdotes sic communicantes semper dicent quod ipsi debent firmiter credere quod non sub specie panis caro tantum nec sub specie vini sanguis tantum. sed sub qualibet specie est integer totus Christus. neque tamen reperitur quod Concilium postea huiusmodi facultatem dederit. Sive igitur primam compactatorum partem sive secundam adducatis nichil habetis. Nam prima pollicitationis est minime impleta sive quia non potestis. sive quod Concilium ex rationabili causa denegaverit concedere. quod vobis

videbat futurum. tamen vestri sacerdotes non servarent conventa. nec prima post vobis subvenit
quia concessa est certo calicis usum laicis. et unione recipientibus ecclesiastica in omnibus preterquam
in articulo communionis. sed unionem ecclesiasticam et conformitatem numquam recepistis. non igitur indulti
fuistis capaces. Quod autem unionem et conformitatem non fuistis amplexi. liquet ex moribus
vestris. vestri sacerdotes vestri non instituuntur ad titulum beneficiorum ut moris est in aliis regnis per episcopos
et laicos prelatorum. Nec servavere umquam mandata concilii cum quibus preceptum erat ut tantum laicis
usum communicarent. sed pueros dementes communicaverunt et nolentes communicare sub utraque specie voluerunt compellere
et aliis modis coegerunt et multis ritum universalis ecclesie abiecerunt. et maior pars vestrum usum communionis
calicis accepit post compactata. quod minime licuit. Non est igitur quod de compactatis gloriemini
Nec id vos iuvat quod oratores concilii mandaverunt archiepiscopo Pragensi. Olomucensi. et Luto-
mislensi pro tempore existentibus. ac presbiteris ad quos pertinet ut populum sub utraque specie [illegible]
communicaret iuxta conventa. Nam id factum est vigore concessionis. cuius fecistis vos indignos
ut audivimus. Inspectis igitur compactatis omnibus et bullis concessionis. iudicamus de consilio
fratrum nostrorum Cardinalium sacerdotes vestros absque ulla potestate populum laycalem ad communionem calicis
admittere. decepisse plebes et graviter peccare dignosque gravi animadversione et nisi resipuerint
se ac populum sibi credentem perditum ire. quos admonemus ut se corrigant et nostra potius cle-
mentia quam ultione uti velint. Licet ad compactata que calicis communionem minime vobis
permittunt. Sed cupitis ut sedes apostolica eam vobis indulgeat. faceremusque id libenti animo
si et vobis utile et nobis decorum esset. at neutrum hic est. Nam quo id concedamus quod
tot predecessores semper concedendum esse negaverunt. indigne ferrent id alie nationes. et adversus
nos murmurarent. quos non expedit scandalizare. vobis autem concessa ipsa et regno vestro
multis de causis dampnosa esset. Quia notum est usum illum quem [illegible] nunc fuit olim
communis opinio vestra quod assumptio calicis esset de necessitate salutis: facile in eundem errorem
populus prolaberetur. si ei permitteretur ex apostolico indulto. et maxime cum vestri sacerdotes nollent
ea in communicando facere que iussi fuere. et vos eam nunc dicatis communionem sub utraque specie populo
utilem et salubrem esse et divinitus revelatam. cum assertioni facile accedit credulitas
vulgi. Ad quem vitandum errorem necesse est a bibitione calicis arcere populum. ad id urget
debita sacramenti reverentia ne in populi frequentia calix domini male tractaretur. et preciosissimus
Christi sanguis quod sepe factum est effunderetur in terram. Huc accedit quod maxima pars
Bohemorum et Moravorum ritum vestrum abhorret et numquam ad illum posset inclinari. Quod si
vobis indulgeretur quod petitis numquam nisi vos essetis unus semper inter vos durarent
scismata. essetque vobis omni tempore timendum dominicum verbum. quia omne regnum in se
divisum desolabitur. Equius igitur est et facilius ut vos novum ritum et minime approbatum
relinquatis et illis conformemini quam illi vobis credentes antiquum et laudabilem usum
relinquant ut sit pax inter vos. et unum sapiatis omnes et vivatis tamquam fratres. Postremo
si hoc indulgeremus quod queritis. offenderemus omnes vicinos vestros Theutonicos Ungaros
Polonos. eosque precio vobis infestos redderemus. Nam videntes vos alium ritum habere sicut
hodie faciunt semper reputarent vos erraticos. et quamvis mille extaret indulta nostra ipsi
appellarent vos parum fideles et nimis arrogantes qui plus velletis sapere quam ceteri
christiani. nec possent vobiscum pacifice loqui. nunc ab istis et nunc ab aliis molestaremini
plus hostes et in regno infensos et extra regnum. Diligenter igitur pensatis omnibus que
pensanda sunt. non videtur quod nec regi vestro. nec regno et populo conveniat id quod petitis
et quod id vobis competit quod ait dominus filiis Zebedei. nescitis quid petatis. Nos dispen-
satores sumus misteriorum dei. ad nos pertinet pascere oves et gregem domini in via
salutis dirigere. Imitari nos convenit summum patremfamilias qui noxia petentes numquam
exaudit et omnia dirigit in melius. Non intelligunt omnes que sunt vera bona atque ideo
sepe homines perierunt votis suis fuisse compotes. Hoc quod vos petitis non est ad utilitatem
vestram sumunt quendam et inanis glorie ventum querite. Nos autem veram salutem
optamus. atque ideo negamus ea que sunt illi contraria. hortamurque ut sub una specie panis
corpus et sanguinem domini accipere contenti sitis quod satis est ad salutem. Dicit dominus in ewang[elio]

qui supra allegatur e loco Ego sum panis vivus qui de celo descendi qui manducat hunc
//metrum// panem vivit / Nec velit plures esse quam illi dixerunt qui entes memaus recognoverunt
Dominum in fractione panis. Nolite plus sapere quam oportet. et plures esse qui fratres vestri in
concattis sub una specie in xpo mortui sunt. et non bis egerunt eorum non et fame hic nomen
ratus. complexum eorum medena et conformarum reliquie xpianitati. quia turpis est pars
que suo non convenit universo. quippe si relicto ritu novo ad pristina consuetudine redeatis
vincetur et in se ipso et cum vicinis. Regnum vestrum et pristine opes. cum pristina pace gloriaque
redibunt. Eritisque in hoc seculo felices in alio beati prestante domino nostro Jhesu xpo. cui est
honor et imperium per infinita secula seculorum Amen Anno domini Mcccclxv die Mercurii
v ultima mensis Marcii Anno pontificatus nostri quarto

Magnificis et excellentibus viris Consulibus Civitatis
Wratislaviensis Amicis meis carissimis

Magnifici et excellentes viri Amici mei carissimi. salutem. Superioribus diebus
per alias meas litteras quas vobis deferendas commisimus Venerabili Cappellano Reverendi
patris Episcopi Wratislaviensis significavimus adventum cuiusdam Johannis Kitzingk qui litteras
vestre Magnifice Comunitatis Sanctissimo domino nostro portavit quas sua beatitudo uti a Comunitate
huius sancte sedis apostolice devotissima accepit / prefatum Johannem audivit et nobis pleniorem
insinuationem super expositis nomine vestro habendam causam hanc vestram commisit / factaque
sue sanctitati relatione secundum deum et nostram conscientiam super qua prefata Sanctitas litteras
apostolicas expediri consulte mandavit / per quas peticioni et devotioni vestre oportune
consulitur. Expeditis huiusmodi litteris expectavimus predictum Johannem ut per sua totali
expeditione ad nos et consuevenerat veniret / post diuturnam expectationem audivimus
tamen nos sine animi mei molestia in civitate Senensi spiritum creatori suo reddidisse
uti per dictas nostras litteras plenius scripsimus / Dehinc venit Nicolaus nuncius vester
quem libenter vidimus / et quas attulit litteras vestre Magnifice Comunitatis Sanctissimo domino
nostro portavimus / sua beatitudo assistentibus nonnullis Reverendissimis dominis Cardinalibus
eas de verbo ad verbum legi iussit / singulasque illarum partes considerans doluit
non sine lacrimis illius heretici bohemorum Regis nequicia / qui calliditate sathane
deceptus alios in suum errorem et foveam uti lumine cecus veritatis cecus / et in
delictis natus et imbutus viam salutis aberrans / et secta iniqua in perditionem
sequentes miserabiliter inducat. Gratias preterea egit summo deo qui vos in sinceritate
fidei et unitate katholice ecclesie preservat / et inter morbidas oves / pastor verus
xpus deus noster. vos vocat et agnoscit / vocantemque sequimini pastorem et nostrum
verum rectorem verum / quem et sequi et tenere uti xpi fortes milites / vos hortamur
et suademus preterea bullas predicte suspensionis committimus predicto Nicolao
vestro nuncio deferendas usque ad terram sibi tutam et securam Cum ad Ungariam per
venerit / ordinavimus ut bullas dimittat apud Petrum Pullsingher vestre
Comunitati fidelissimum fidissimum virum / et ipse cum litteris vestris veniat ut vos providere
valeatis / quomodo bulle ipse secure ad vestras manus perveniant Itaque faciemus
pro ea Magnifica Comunitate / ut pro fide vestra et devotione in apostolicam sedem tenemur
et debemus suscepimus vestras iustas causas fovere et amplecti. eo animo / ut semper
vos viam veritatis sequentes / nos inveniatis benivolos et propicios / ad ea etiam

que salutem vestram et exaltacionem predicte vestre Comunitatis ac per nos fieri posse cognosceremus, Non omittimus. Preterea vos certiores reddimus quod dominus Johannes defunctus in bulla apostolica quam mittimus nullam penitus expensam fecit, Omnia dominus noster illam gratis vobis sua clementia et nostra intercessione expediri mandavit Valete in Christo Datum Petrioli die xv octobris Sub anno MCCCCLXII°

Franciscus Cardinalis archiepiscopus
Senensis marchie legatus S. d. n. nepos

Rescriptum suspendit decretum omagium Georgio faciendum per bullas suspensum

Pius Episcopus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam Hiis superioribus annis non ignoratis que carissimus in Christo filius noster Georgius Bohemie Rex illustris tunc regni curam suscepisset, deo salutari nostro, in favore christiane religionis, et regni Bohemie reformacionem iurasset, videretque ex illo tempore frequentes litteras suas, in quibus de se et subditis suis spondebat nobis singula videbantur que ad christianum principem officium pertinerent, Cum nos ad eum oratores nostros venerabilem fratrem Ieronimum archiepiscopum Creten et dilectum filium Franciscum de Toleto archidiaconum de Astigia, qui dilectos filios nostros Clerum Capitaneos proconsules et consules et Comunitates Civitatis Wratislaviensis et opidi Namslaviensis usque ad id tempus ob suspicionem heresis prestare homagium renuentes, ad obedientiam reducerent, paceque et unitate inter eosdem statuerent Clerus igitur Capitanei proconsules Consules et Comunitates predicti, spei adherentes que per eosdem oratores de sinceritate regis dabatur, obedientes acquieverunt nostris consiliis et cum eodem per Capitula convenerunt quod post triennium et mensem exinde computandum homagium predictum antea recusatum serenitati sue persolverent et cetera facerent que in eisdem capitulis latius continentur, Cum vero rex ipse sicut opera ostendunt et oratores eius ad nos postmodum missi in consistorio publico declararunt, ad gremium unitatis ecclesie nondum redisse, sed dampnatos dudum ab ecclesia ritus observare et ut in regno observentur fauere manifeste appareat, Cumque sancta mandata nostra in eodem Consistorio de tollendis huiusmodi ritibus sue serenitati in virtute eiusdem qua prestabit obediencie facta implere neglexerit, nec signum usque illum melioris mentis cernamus, Volentes sicut nec velle debemus fideles nostros in scandalum induci, et per contrariam innodare quod nundum est inquinari, eiusdem triennii et mensis terminum, ipsorumque Capitulorum vim et effectum que presentibus haberi volumus pro expressis usque ad nostrum et apostolice sedis beneplacitum auctoritate apostolica per presentes suspendimus et prorogamus, Decernentes Clerum Capitaneos proconsules Consules et Comunitates predictos ad prestacionem homagii huiusmodi, et eorundem Capitulorum observacionem durante beneplacito eodem nullatenus astrictos esse Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam

inre suspensionis prorogationis et decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Senis anno incarnationis dominice MCCCCLXIIII° Octavo Kl. Octobris pontificatus nostri anno Quinto

Am Donobende vor oculi Anno etc. lxij

Jerstlich sende Bothen die Behemen

vor unsern heilgen vater den Babist jn ein gemeyne Consistorium jn das pallast
und jn kegenwertikeit aller Cardinalen zu Rome komen sint, unde mit en
des keisers ambasiaten her wolffgang pfortenawer Canczeler der von des keisers
wegen mit vil worten bath unsern heiligen vater das seyne heilikeit des konigs
von Behemen Botschafft gutlichen uffnemen. Dornoch her procopius
von Rabinstein das wort von des konigs wegen, unde domit gehorsam alleine jn
der persone des konigs, ouch jn vil worten bethe. Noch des fregitte unser heilig
vater ab ouch solcher gehorsam gescheege von des gantzen konigreichs wegen
antworte her procopius mit willen der andern dozume besprochen. Nemlichen
Zdenko kostka, wenczeslau wrbensky, Rechard der kirchen sant Appollinaris
zu prage Anthonius et wenczeslau Coranda Mister der Geburenkonsten mit
en gesand von der Thabor wegen, sprechende das der gehorsam gesche von
des konigs und gantzen wegen jn aller mose als ander konige pflegen gehorsam
zu thun. Dorauff unser heilig vat der Babist antworte und sprach das alleine
ander konige gehorsam usch pflegen zu tun das wer nicht zu glencher dem
konige und konigreiche zu Behemen obgenant So ander konigreiche weren jngangen
gehorsam und gewonheitten der romischen kirchen, und hilden nicht sunderliche
pact und seiten als dem wer im konigreiche zu Behemen obgenant. Noch solcher
rede und antwort hub an zu reden wenceslaus Coranda und sagitte offenbarlichen
das solcher gehorsam gesche von en, in solcher weise das sie welden bleiben bey
den Compactaten als sie den sich sie nicht geben welden, und sunderlich, als der
berichtunge under beyder gestalt, und gap das zu versthen, wie sie vil dozume
geleden hetten, und grosse streyte mit gesege und mit gots hulffe durch erer
gerechtikeit wille gethon hetten, unde meynte das zu bewehren, das man
sich solde berichten lossen, under beyder gestalt als dem heiligen ewangelio, das
do sprech: wer mein fleisch isset und trinket mein blut der
hat das ewig lebin. Und uff das letzte bath her unsern heiligen vater en solche
Compactaten zu bestetigen etc. Dorauff unser heiliger vater, antworte mit vil worten
gantz anderhalbe stunde do mite treibende und zum letzten globitte her en, mit
rathe seyner Cardinalen und bruder eyne gutte und nutzlich antwort zu geben
die en were gut sein zu erer zele selikeit. Und solche antwort gap unser
heilig vat den Behemen an der mittwoch noch letare aber jn kegenwertikeit
aller Cardinalen und jn eyme gemeyne Consistorio als obengeschrieben stehet
in latino, und antworte en uff alle stucke keyns abgeslossen. Besliessende zum ersten
als dem heiligen ewangelio das man die leihen under beyder gestalt nicht berichten
sal, wenn do unser here den jungern gap sein heiligen leichnam und ouch das
blut, do machte her sie erer zu priestern, und was unser here vorgeredit hot
von seinem leichnam und von seinem blute das hot her geistlich gemeynet
Noch dem her gesprochen hat im ewangelio: Verba mea spiritus et vita sunt. Der
geist das ist als vil geredt, das man sie geistlich uffnemen sal, und

gerechtes

Der lb bey sagite etliche sachen warumme is die geistlichen veter abegelegit haben
Dornoch quam seine heilikeit uff die compactata und lis die lesen und ouch
als derkentnisse des heiligen Conciliy Basilien das declarirte das is nicht
sy von notdorfft wegen der sele selikeit die leyehen menschen zu berichten
under beyder gestalt, und die selbige berichtunge verdamnt hot, do bey unser
heiliger vater ouch offenbarlichen bedewtit, das die Beheme, und die
merher der Compactata ny gebrawchet haben, noch deme sie en gegeben
sint worden, wenn sie sich in allen artikeln der romischen kirchen ny
geglichet haben noch geanlicht haben, als denn clerlich dorynne
begriffen und alles gedenckit ist Und sagite ouch wie sie der Compactata
missegebrawchet haben In deme das sie den kindern in den wigen und
andern unvornunfftigen das heilige Sacrament gegeben habin in beyderleygestalt
und die priester die fort ny gesprochen habin In der berichtunge der messe
unde vil do von zu schreiben were Zum dritten quam seyne heilikeit uff
die Bethe, und das sprach das sie nicht weste was sie betten, wenn ir bethe
unczemlich were, so mochte her en sie wol vorsagen und berurte funff
Sachen worumb ir bethe nicht zu erhoren were und uff uff das letzte
derkante seine heilikeit und sagite das zu eyme ewigen gedechtnis
und zu ewigen gezeiten zu halden, Das keinem menschen [illegible] zemlich
sein solle, sich underbeyderleygestalt zu berichten, und [illegible]
und [illegible] die Compactata zu Beheme und loschte sie gancz abe,
und [illegible] ytlichen der sie vorbas halden wordeth, eyne ketzer
und sprach zu den Behemen So ir uns von wegen des konigs und des
konigreichis zu Behmen habit gehorsam gethon und bekennit vor eyne
[illegible] [illegible] pape, [illegible] von euch in der persone des konigs und des
konigreiches das ir unser gebot uffnemit und noch unserm gebote lebit
und die Compacta und ander vil stuckel und seten in ewerem konigreich
nicht [illegible] und befeln euch zu sagen dem konige, das her sich mit
seyne kirche anliche der romischen kirchen in allen stucken wil her der
sein gehorsam kristen sein sal, den wir nicht ehe uffnemen noch kristen
sprechen, is sey denn das her sich und das gancze reich zu Beheme brocht
habe in gehorsam und einikeit der heiligen romischen kirchen und lis
dorober seinen procuratore fiscalem ein offenbarliche besetzunge thun und
gezeugnisse [illegible] Als [illegible] geschr[illegible] ist her noch

Ego Anthonius de Engubia procurator [illegible] fiscalis Sanctissimi domini nostri Pii
pape secundi protestor publice coram vobis reverendissimis patribus et dominis, dominis Cardinalibus
Archiepiscopis episcopis et ceteris hic presentibus quod Sanctissimus dominus noster predicta Compactata
Bohemis per Concilium Basilien concessa extinxit et delevit de communione
utriusque speciei de necessitate salutis minime esse dixit nec obedientia factum
pro obedientia habere et reputare velit, donec Rex Regnum Bohemie cum

reduxerit seque in legis ecclie katholice moribus et per omnia conformaverit. et requiro vniuersos et singulos Clericos tamen Notarios publicos ac Tabelliones quatenus super hijs conficiant vnum vel plura publicum seu publica instrumentum vel instrumenta

Ich Anthonius von Engulden ein schaffer des schatzes des allerheiligsten hern vnsers hern des bobist des andern begerende offenbarlichen vor allen hern vnd hern hern Cardinalen Ertzbischoffen Bischoffen vnd Gubernatoren vetern vnd hern vnd andern alhie kegenwortigen das der allerheiligeste der vglau vnser here die Compactata die den Beheme durch das Concilium zu Basiln worn verlegen hot abgeslesset vnd abgethon vnd die berichtunge vnder beyder gestalt hot gesprochen nit nichte zu sein von notdorfft der selesalikeit noch der gehorsam der gethon ist nicht vil haben noch achten ergehorsam als lange das der konig das kongreich zu Behemen alles geschute vnd alle rede alle ferunge vnd brenge dis an der einikeit der heiligen romischen kirchen vnd sich mit dem kirche zu allen vnd durch alle dingk anliche der Cristenlichen kirchen vnd forder alle vnd iglicher gelibenheite [illegible] offenbar schreiber vnd Tabellion das vber die ding machet eynes oder vil offenbar oder offenbarliche instrumenta oder instrumet das sint offenbarliche schriffte etc.

Oratio serenissimi principis et domini domini Ladislai Vngarie Bohemie etc. Regis Ducis Austrie etc. Heredisque Slesie Coram Sanctissimo domino Nicolao papa quinto pervenisset in huc modum completa

Singularis maxima michi hodie beatissime pater voluptas est ingens gaudium [illegible] Cum te beati petri successorem intueor verumque ihesu christi vicarium Cumque affari letitia cum te beati petri successorem intueor verumque ihesu christi vicarium Cumque affari clementiam et osculari sanctitate concessum est michi. Maiores mei vel qui Vngarie Bohemie vel austrie prefuerit huius sanctissime sedis semper amatores et cultores fuerit Eorundem progenitorum meorum vestigiis inherendo eterne vite claviger sanctitati quadam vero reverentia prosequar [illegible] dominia et regna que michi hereditario iure debeant personamque meam tibi dedicissimam tue clemencie tue fidei tueque protectioni commendo. Cum deus sancte [illegible] deum colendum clamitat hunc me primum dabo commendaboque. Hic meus est auctor meus deus huic omnia debeo. Cumque omnes homines deo referre gracias debeant ego illi maxime regraciari et servire teneor cum nunc factum est vt ego rex nascere potuerim ego vnus ex plebe aut vnus ex rure nasci sed inscrutabile dei iudicium me collocavit in sublimi solio non efferri debeo non tumescere non superbire quod michi datum est alteri dari potuisset quanto nobilior natus sum tanto me humilius gerere debeo subire collum religioni me esse dominus offitijs vna cum dominus [illegible] cultus est cordi reliqua facile famulantur. primum querite regnum dei dicit scriptura post hec omnia adicient vobis. tamen quamdiu gentiles erant omnia [illegible] post religionem perceda duxerit in quibus sanctissime maiestate deorum conspici voluerit nec dubitaverit sacris imperia servire ita humanorum rerum futura regimine existimantes si divine potencie bene atque constanter fuisset famulata. Cumque nos clerici dei noticiam

habentes sacra decernit Clemens ne tamen mihi religione putem esse subiectum cuius magni principis nomine gaudeam non dubium sed filius ecclesie. Sacerdotis imperio nullus qui dei sint subiecti sumus. Theodosius Cesar cum totius potentissimus esset et Romanum gubernaret imperium Ambrosio tunc Mediolanensis ecclesie presulatum tenenti collum subiecit imperatoriamque penitentiam peregit humiliter. Constantinus autem maximus sacerdotibus reverentiam exhibuit ut iudicium super eos in concilio Niceno ferre noluit asserens deos ab hominibus non esse iudicandos. Eorundem christianissimorum principum vestigiis inherendo sacerdotibus summa reverentia prosequi non postponam.

audicione divinorum quasi excommunicatos removeret Factumque sic pauperes homines
confessi cum magna verecundia de civitate sunt reversi labores et fatigas itineris
longe cum expensis non modicis perdiderunt nulla spirituali gratia consecuta ad submovendum
scandalum vnde ortum p. v. de maiori et diu prestantiorum ecclesiarum predicatores
et aliquos sacerdotes ad se venire precipiat et in presencia regie maiestatis
oratorum atque consulum civitatis ipsis iubeat et committat vt si de cetero
aliqui de terris prussie vel de liga quibuscumque aut peregrinandi causa ad
hanc civitatem venire contigerit ei vel eis confitentes in divinis officiis confessiones
absoluciones a peccatis ac cetera sacramenta ecclesiastica tamquam veris christianis sicut
prius ministrare non recusent et licet p. v. bullarum continencia et tenore
quod apud ingeniosos vidisse asserebat permota eos pro excommunicatis habere mandaverat
et habebat id circo actum fuisse dicat quia bulla sanctissimi domini nostri domini pij
pape secundi serenissimo domino regi novissime destinata et ipsius continencia
ignorant propterea quia omnium domus nec declarat nec licet a se nec ab antecessoribus
suis emanatis eos excommunicatos esse aut aliqua sua decretos et quoscumque
bulla visa et plenius intellecta eos deinceps pro excommunicatis habere non vult
nec tenere Et quod ipse absit inter serenissimum dominum regem inclitum regni polonie
et ordinem Cruciferorum quacumque causa impedimentum instante pace et concordia
non possit concludi cessante tractatu pacis p. v. prefatos subditos regie
maiestatis non declaret aut promulget in aliquas penas cum nulle pertinent
incidisse aut elapsos esse sed feliciter cum bona pace de premissis legacionis
egrediatur et discedat ita de censuris nichil servando aut predicando tamquam
excommunicatos denunciasset aut cognovisset esse conformiterque bulle memorate eosdem
nullis censuris irretitos declaratur Et post facto p. v. diiunctum assume laborem
et pacem inter partes mediatas petitam et regie maiestati intelligere sub quibus
conditionibus pax et concordia inter Civitatem suam et magistrum possit provenire

alias p. v. vos regie maiestatis oratores christianissimi ad tractatum pacis ingredi
non posse nec materiam inchoare datum Wratislavie xxv augusti anno domini
millesimoquadringentesimo septuagesimotercio

Ego Cristoforus de sancto Romulo Miles Ianuensis et super
... Nomine meo et magnifici domini Iohannis Marschalci
regni polonie Et spectabilis domini Iacobi Dedecki Canonici
Sandomirien. Decretorum doctoris Collegarum meorum Serenissimi
domini Regis polonie oratorum presentem peticionem hanc Reverendissimo
domino Ieronimo archiepiscopo Creten. apostolico legato anno
et die quibus supra et hic manu propria scripsi

Sequitur

Reverendissimi in christo patris et domini domini Ieronimi archiepiscopi Creten.
Sedis apostolice in regno polonie ac in partibus Slezie [illegible] legati responsio
ad Serenissimi Regis polonie oratorum petita in hec verba

Magnifici oratores peticionem vestram nobis per vos regio nomine allatam
mature discussimus optantes quantum omni ex parte quantum nobis benignitas salvatoris
nostri dei subministrat regie maiestati ac incliti regni polonie desideriis satisfacere
nec contenti iudicio nostro nec aliorum etiam qui iuxta nos sunt ne videamur
proprio sensu inniti aliquos probos ordinis nostri prelatos integros et doctos viros
pacis zelatores accivimus quibuscum singula que petuntur exactissime et cum
spectate gravitatis Quod omnibus sic debite et mature libratis dicimus non
esse facultatis nostre illa facere aut declarare que petite Cum non sit discipulus
supra magistrum nec servus maior domino suo Quod si ita audaces aut temerarii
sive parum advertentes essemus quod falcem mittamus in messem alienam et in ductum
et iurisdictionis summi pontificis cum iactura et deceptione multarum animarum ponere
et apud deum et apud homines gravissima plecti censura procul dubio mereremur
Quid enim aliud esset peticionem huiusmodi annuere nisi legatos gravissimis vinculis
a pontificibus prolatis in eorum perdicionem liberos et solutos esse declarare Quid
ultra quam summum pontificem et patrem nostrum universalem christi vicarium et successorem
petri mendacem et captiosum facere Quod inde nos ipsimet falsos et minus rectos unde
cum dicimus vidisse Bullam qua plexos censuris non esse innodatos
premittentes que cuncta in maximam confusionem apostolice dignitatis et officii
nostri cum diminucione honoris dei et fidei nostre cederent Nec credimus mente
Regie maiestatis et regni incliti qui sanctam Sedem apostolicam pro matre
precipua inter alios christifideles tenent et venerantur in hoc vigilare
ut cum dei offensa et nota sua plus consulere aut assistere inmoderatis
appetitum aliquorum talia querentium quam honori dei dignitati Sedis
apostolice fidei nostre debito proprio velit et satagat Temptatione forte huiusmodi
requirunt ut intelligant si quid auctoritatis haberemus qua optatum eorum conferre
opera nostra possemus Novit deus qui preest universo cui cuncta notissima sunt

intima cordium non esse nobis facultatem qua ante conclusam pacem possimus
amovere censuras nec bullas d. nri Sanctissimi mature concessas aliter
declarare aut interpretari quam sonent et sepius diximus quod si non ita sentit
Regia maiestas et Regnum Consulant pontificem qui mentis et disposicionis
sue verus et solus interpres et declarator est. alius quidem nemo. Non ita
ignari et ingrati sumus Regi in nos amoris et diligencie ut preiudicio alieno
et principis officii vellemus iactura sua et plurimorum cum interitu
animarum providere. petite a nobis que possumus et in nobis sunt et experiencia
magistra videbitis quod prompti sumus et parati Regie maiestati et Regno rem
gratam facere nec umquam quod in nobis erit et cum deo fieri poterit denegabimus
Credimus satisfecisse per d. m. d. nrm Censuras omnes durante tractatu pacis
suspensas esse non citabuntur alii non promulgabimus non predicabimus
non personabimus censuras non est hoc officium nrm pacem tractabimus
Si componetur scandala cuncta spiritualia temporaliaque cessabunt Dum aliter facere
erit nobis fecisse officium nrm et pacifice cum amore et benivolencia
partium discedere ac domino nostro rem gestam fideliter et sancte referre
Cum autem hortamur et rogamus magnificencias vestras omissis impossibilibus
que certe sumus nec per d. nrm Sanctissimum concedi possent melius intendite
tractatum pacis Statuatur dieta ad quam partes nobiscum in nomine et gracia
spiritus sancti conveniant. videantur intelligantur iura et allegaciones causeque
discordiarum ut ipsis habitis equa pacis media in medium duce valeamus
Nam sepius Regie maiestati sacratissime et nobis pluribus literis et nunciis suis
per vos vidére pollicitus est pollicemur pro favore pro honore pro dignitate
Regia talia cum deo facere quibus non immerito ipse Regnumque ac terre ille prouincie
et minores sui beneficio victi erunt meliores nec et quod dictum fuerit durum
pati dulce erit meminisse Si vero quod pro Regno et Regni honore non consulis cupitis
in orbe universo notari vos nolle pacem et sub peticionibus impossibilibus eam
subterfugere declarate nobis ordine disposicionem et mentem dni Regis et
Regni Curia non intendimus cum diminucione auctoritatis et dignitatis sancte
Sedis apostolice diucius in vanis et inutilibus immorari Pax dei et consolacio sancti
spiritus sit semper cum omnibus vobis

Bulla a S(anctissi)mo in xpo p(at)re et d(omi)no d(omi)no Pio pp. s(ecun)do Archiep(iscop)o
Creten(si) missa in wratislaviam pro suspensione censure et processuum
contra Regstonem

Pius Ep(iscopu)s etc. Ven(erabi)li fr(atr)i Archiep(iscop)o Creten(si) Nuncio et oratori nostro
Sal(utem) etc. Exposuit ad nos carissimus in xpo filius n(oste)r Fredericus Romanorum
Imperator instanter supplicans ut processus et censuras decretas
ad effectum tutele et conservationis Baltasaris ducis Slezie et wratislavie
ne ab hostibus infestaretur revocare vellemus, cum quidem Serenitas sua
pollicetur et offert se efficacem operam daturam quod Georgius rex Bohemie
desistet a molestationibus eorum et ritum universalis ecclesie a quo animo
superiori se alienum professus est se conformabit. Unde nos annuentes
supplicationibus Imperatoris contenti sumus, tibique mandamus ut processus
censuras huiusmodi auctoritate nostra suspendas, ita tamen et hoc intellecto si rex
prefatus a molestationibus dicti ducis et wratislavien(sium) penitus desistat
nec in eos aliquid machinabitur vel innovabit. Nam si secus fecerit
volumus ut ipso facto processus et censure predicte ad pristinum reducantur
et nos reducimus et reponimus per presentes et tu etiam
statim prout nos reducimus et reponimus per presentes et tu etiam
prosequaris prout a nobis habes in mandatis. Ceterum quoniam tu ma(gi)s(tr)o(rum)
apud wratislavien(ses) pro eorum salute et ad prohibendum ne contagio eorum
qui alieni sunt a ritu universalis ecclesie polluantur non solum utilem
sed necessariam esse accepimus, volumus et tibi mandamus ut illinc
non recedas nisi aliud a nobis habueris in mandatis. Circa pacem vero inter
regem Polonie et ordinem Pruthenorum tractandum super qua litteras tuas
varias cum variis copiis diffuse simul et accurate scriptas accepimus,
volumus ut si quid boni operari potes pro optima rerum conclusione id facias
et nunquam ita te geras ut desperatis rebus inuti(lite)r non videaris nec
frustra tempus teras. Datum Tibure anno etc. lxiii xv kl. augusti

Breve Capitulo et Civitati
wratislavien(si) eodem tempore missum

Pius Ep(iscopu)s etc. Dilectis filiis Capitulo ecclesie et Consulibus Civitatis
wratislavien(sis) Sal(utem) et ap(osto)licam ben(edictionem). Ex litteris vestris tenore
intelleximus desideria vestra et que hactenus per Ven(erabi)lem fratrem nostrum Archiep(iscopu)m
Creten(sem) acta sunt cuius diligentiam magnopere laudamus et commendamus

prudencia que propagande fidei et conservandis katholicis in partibus illis degentibus advertiste et alia multa ad illum finem magna meditatione pensamus deliberamusque quid agere intendamus sed bonis respectibus deliberacionem nostram intra secreta nostri pectoris continemus Vos interim bono animo estote quia deus omnipotens vobis assistet et auxilia nostra et provisiones non deerunt rogamusque omnipotentem deum ut vos fortes faciat et confirmet ab hiis qui veram fidem et devotionem turbare satagunt Datum Tibure sub annulo piscatoris die xvj Julij Anno etc. mcccclxiij

Vir illustrissimus atque nobilissimus ille princeps Ladislaus Ungarorum Romanorum etc. Rex, Austrie Stirie etc. Dux adhuc in cunis coronatus in regem Ungarie postquam de consensu [illegible] Prage coronatus in regem Bohemie, cuius illam captasse sententiam conclusionem ut Bohemiam exire non deberet infra annos sex ut sic mobilis imputaretur eo respectu ut prole cuiuscumque sexus habita Bohemi prolem in rege sperarent Et tunc post Ladislaum ad alia sua dominia non permitteret Attento quod in tanto tempore Rex ipse regnum perturbatum [illegible] et regere non posset [illegible] sub rege prolis extinguere permitteret Sic quod suos articulos [illegible] ad longa posset ipsi consiliare Gubernator At regni caute considerans plurimorum principum et magnatorum et communitatum [illegible] in regnum et Praga negaret sed attendens quod adiungi [illegible] habita per Regem et principes, qua ut iuvenis bone indolis, cepit inde principum duci magnanimus ad magnificenciam, cepit cogitare de [illegible] articulorum acceptatorum et [illegible] que sub rege ipso Ladislai minime [illegible] posse [illegible] conclusione predicta de permanencia sex annorum quo ad regem astute versa suadebat Gubernator Girsigko ut Rex alias suas terras videlicet Sex civitates Slezie et Moraviam visitare deberet atque Slezie principes qui ex privilegio in Civitate wratislaviensi infeudari vellet et non alibi et virum obediencie [illegible] atque parte ad fortius [illegible] una cum civitatibus Slezie et Moravie obligaret Sciebat enim quod Rege extra Regnum Bohemie posito ipse in gubernationis officio suo atque regimine fortius solidaretur Quod et sic fiebat rerum exitu id demonstrante Rege namque in Sleziam [illegible] Gubernator ipse sublimius confirmatus et regni regimen [illegible] suis [illegible] cum omnibus dependentibus sic gubernare cepit ut ipse [illegible] quomodo sue gubernacionis officio non [illegible] Cum postmodum in rege [illegible] subsecutum tempore [illegible] permoveret [illegible] inde regi Ladislao [illegible] ut fertur parate insidie, cum [illegible] veneni, cum captivitatis intentu, cum abduccionis casu, cum mortis inflictu Inter que [illegible] accidit ille casus luctuosus, quod dominus Ulricus Comes Cilie in

Nandivarua abscisso capite periit a manibus vngarorum Et nisi per tunc regis sapientia
et paucorum qui cum eo fuerunt prudentia obstitisset Rex ipse cum omnibus suis mi-
decreto per hostes impositum fuisset interemptus Nec adhuc cessavit machi-
natum in personam regis refutare(?) tempestas Nam Johannes de Hunyad filius senior
quondam gubernatoris regni Regni vngarie tunc nominati defuncti facta liga
cum certis aliis regni potioribus pluribus in illam conspiravit nocentem sententiam
vt Rex Ladislaus vel captus abduceretur a Buda vel simpliciter interficeretur Que
sententia scriptis et pluribus conspiratorum sigillis fuit hincinde firmius roborata
Inter quos quidam de Wyenna Qui curie regis adherens Halzel nomine ad appen-
dendum sigillum suum litere hanc conspiracionem continenti vt de liga vngarorum et de conspiratoribus
requirebatur Hic vero Halzel de anima et honore suo cogitans et crimen lese maiestatis
incurrere abhorrens negocium conspiracionis vna cum litera desuper confecta capitata
primum gradum regi Ladislao ostendendo et manifestando demonstravit Unde
quod adolescens rex tanta rei insolite crudelitate maligna quod immanitate
vlcione sua in illum Hunyad tamquam principalem huius sceleris cum aliis cooperatorem
extendendo capite caeso fecit in eo domicilia deperire Fratre eius Mathiam
hodie vngarie rege se pretendente captivitati dedit atque captivum abduxit
Tanti itaque sceleris horrendi quod eciam Gubernator tunc regni Bohemie extendendo(?)
litere et appensione sigilli sui in scripto conspiracionis forte non expers creditur Sed
tamen totius negocii conscius ne dicam regi sed toti mundo non modicum redditur
et creditur fore suspectus Relinquens igitur rex Ladislaus regnum vngarie dimis-
sis quod pluribus occasione tanti tradimenti captivitati mancipatis inter quos erat
Episcopus Varadiensis vngarus pluribus respectibus eis absolutis liga tamen federis
et pacti servata se transtulit in Austriam et volente ymo quasi mandante
Gubernatore Regem Bohemie se paucis effluxis diebus transtulit in Pragam
Ubi pro filia Regis Francie nuncios solemniores quos posset habere sibi in
Conthoralem coniugem transferendam disposuit solemnissime rebus et sumptibus
ad hec necessariis copiosius ordinatis Singulis itaque ornatissime paratis
Debebat dictus Halzel ob manifestacionem predicti tradimenti contra Regem
facti per ipsum Regem creatus fuit in militem maioris et fructuosioris
curare suae signavit(?) in Austria officio prefectus in quo officio optime
se habens in omnibus rebus per ipsum gerendis commoditatibus laudabili fama
inter Consiliarios quasi maior existens decorabatur quadraginta milia
florenorum vngaricalium pro sumptibus his qui in Franciam ituri erant pro conthorali Regis compor-
tare et eis euntibus assignare Sed parum iste Halzel dissidia et pericula et
inimicicia mortis considerans in preceptum in mane cravit(?) sermonibus blandis Gub-
natoris Bohemie miserabiliter deceptus loquebatur tenens tunc Halzel Gu-
bernator Bohemie verba pacifica sed in dolo in effectu dicens Ecce tu scis
quantis iste dominus Zdenko de Sternbergk superbis habundat locucionibus nos-
tris cum alatum cor suum et nostris in opportunitatibus ipse instat postulando in
sumptibus usque in Franciam xl milia florenorum Scis cum eciam multo minor

Episcopus Varadiensis interfuit tradimento

suma b' z alys collegis suis suffiret Unde qp si et ipe vel dns rex ete rato
hac sumā postulaverint, dicas, qp tantā sumaz no habeas s; dumtaxat
habeas istis sume medietate vel citra Ad hec vba pposita halzil re
spondit dne ista responsio no videt michi congrue ppt' dnm meu regez
cuius indignacoz eo qp pius sue frequent serenitati me illaz xl milia
florenoz sumā habe expeditā recognoui facile possim incurre Ad
q' Gubnator Ne cures i me sit ista indignacio Ego p te respondebo
et smoes tuos i melius interpretabo z singula i melius mutabo et
ordinabo Acquiescēs ille fraudi cū apud regem dns zdenko de Sternbergk
iterū instaret de suma pdcā xl milia flor' Vocatus est Gubnator sil'r
et halzil de quo psumebat' qp i solucoz hui9 fuerat paratissimus Cui
rex Da dno de sternbergk sumā illaz de qua diximus ei et quā ut
nob dixisti habes i deposito Ad hec halzil mansueti regi dixit, se
p ea vice tantā sumā no habe s; tm sumaz xx milia milium vel q'
aliaz sumā supstite in necessitate regnoy utilit' expendisse Que
rex male intuens in h' vel silua prupit vba indignacois su q' deces
esse ut te pro capite plactisfacere incotinenti Et ad gubnatore se vertes
ait None vos satis qz qp de suma xl milia florenoz expediendi pro
reysa se obligavit Gubernator ad fraudibus satis face volens regem
trarit in parte Cui sic fert' dixisse Iste ho nunq; placuit michi
que tm Serenitas vrā Illustrissimā sup alios oes multo meliores decreuit
sublimare, det p pro hac vice Serenitas vrā locū ut Ego hūc reponam
in locū suū detentū et cū q' dabo ordine de suma quā ipe polliatus e
ut habeat ambasiatores vrā ea q debet habe hys at smoibus inter
regem z gubnatore ad parte z secrete factis credidit halzil se excusatū
fore apud regem Et iuxta b' p gubnatore pmissā cuncta i bonū interpstata
pit' z ordinata Et de dolo z fraudibus pmo tradimēto tam subtili
nil suspicatus Unde rege vtente captiuitat Deditus est halzil sicā
rys qs traditus ducebat' ad loca seueritati apta z tormentis oibus eqs
suis rebus atqz clenodys spoliatus Non at post longam horaz vnicū
assumēs b' secretariū z vnū de sicarys gubnator, quo potuit no
scerdi ad locū sibi competente halzil captiuū duci ferit, que ad questi
ones mirabiles z tormēta posuit Et tandem int' alia ab eo quesiuit
offensi tu me vnquā in eo q silio vbi dns meus rex de psona mea in
illaz devenit conclusioz ut interfici debeam z crudeli morte interire
Ad hec captiuus dixit s b' de facto sine sue intencois nichil constare
erat sub suo iuramēto Ad que gubnator Ego nosco z dudū novi
maliciā tuā subtilitate p mixtam Scio qp q' consiliū q me actū
e' p opera constat Unde elige vnū eduobus, aut da michi veritatem
i ista inquisitione & tormentis consumeis Cū at penas penis adiecerent
z optata suū grā vel saltem petita pauper captiuus talem fert' fecisse
confessioz, habitis int' regem z sibi secretissimos repetitis tractatibus sup
negocio conspiracois z tradimēti facti in Buda contra suā maiestatem

cum ocasione huniyad inferebat et plures alie fuerant vinculis man-
cipati Et visa litera cum nominis vestri inscripcione ac sigilli vestri impensione
ad quod deventum est ut tamquam reus criminis maiestatis lese morti
tradi debeatis ¶ Quesivit gubernator de modo sue mortis et Rudit
tormentatus die nupciarum regiarum congregatis cunctis principibus et
regni proceribus erit in omni presencia movenda questio ¶ Cuius iuris
et cuius pene adeo est ille qui dominum suum naturalem et virum quasi inno-
centem vendens tradidit in mortem ad instar iude xpm vendentis
et tradentis Et indubie per singulos erit unum votum quod reus est mortis
omnis talis traditor nisi singulariter notari velletis Et mox voto vestro
sic emisso habebitur notarius literam istam cum appenso sigillo quam vos
legentem ¶ Qua litera lecta statim sentencia sicut vestra sic et aliorum
execucionem demonstrabit morte decollacionis ¶ Quesivit gubernator
de litera et an possit dari ordo ut eriperetur de potestate regis Rudit
captivus quod difficulter quia rex literam sub maxima custodia continet ¶ Que-
sivit iterum gubernator de loco custodie Rudit habuit quod esset in ladula
optime munita que sub locaretur ipse lectum regis et operiretur polimi-
nari decorato ¶ Quesivit gubernator de custodia clavis et quis illam
custodiret Respondit quod frequenter tenet rex clavem prope suo brachio
alligatam ¶ Qua confessione sic per acta ducebatur captivus ad locum alium
secretum ita quod vir alicuius scire poterat si viveret aut morti tra-
ditus esset Cum autem gubernatoris virtus omnis agitaretur de remedio
volvere et periculo obviando Ecce advenit nuncius missus cum litera
de rege ffrancie domini zdenkonis de sternbergk Gubernatori Bohemie
assumpta huius tenoris in effectu Nobilitati tue me in regno ffrancie
ultra modum honorifice sicut receptus sic et tractatus atque omni honore
et magnificencia prosecutum hiis scriptis notifico Res tante magnifi-
cencie diebus preteritis vidi nec forte umquam videbo de quibus non calamus
sed lingwa post practicatam facie declaracionem ffilia enim regis Regis
nostri que corporalis optima est virtutibus moribus et pulchritudine cete-
ris feliciter redimita et que tempore suo et cognito tanta gloria et magnificencia
in Bohemiam pro consummando matrimonio mittetur decore ornata absque
defectu quod talis apparatum nec visus nec auditus immo nec carminibus descriptum
habebit aut in sua comitiva ad minus unum si non duos de filiis regis
ffrancie fratribus suis Quibus adherebunt quasi omnes principes Comites que
sub regno et dominio regis francie commorantes assistent et eciam plures
principes et Comites in finibus regni ffrancie degentes quorum erit mag-
na et miranda multitudo Non autem dubitare habes tu sicut nec ego
quin maiores Germanie tocius principes tam spirituales quam seculares
per Regem nostrum invitabuntur et signanter hii cum affinitate et consanguini-
tate regimus quieti sunt sic quod erit in praga et Bohemia tantus

principum et magnatorum et procerum conventus populorum que congeries congregata qualis antea inibi numquam est contemplata. Utrum autem illa principum et procerum et magnatorum tam grandis congregacio nostro regno Bohemie utilis erit tibi que et tue gubernacioni convenientibus relinquo ponderandum et deliberatorum propter varia accidencia que ex hiis poterit evenire. Gubernator autem sagax et discursiuus valde quid cogitavit novit is qui cogitaciones hominum recognoscit. Et hoc tamen unum terribile preterquam paucis lapsis diebus accidit et miserabile quod Rex ille Wladislaus nobilissimi sanguinis imperialis Regalis atque Ducalis generis directa linea procreatus repente labitur in egritudinem gravissimam quam medici pro intoxicacione vel saltem veneni infectorum advenisse affirmabant. Nec prefuit antidotorum remedio applicato quibus naturam tam naturalissimi hominis potuissent sustentari propulsis ab infirmo rege cunctis familiaribus eciam secretissimis in presencia Gubernatoris et certorum de suis ligis pauculorum sue conditionis diem suum talibus qualibus pro ut deus novit vel fecit violenter clausit extremum. Cuius anima fruatur requie sempiterna Amen

Ensigk thut nymer keyn guth Her werde hundert ior alt

Non est adeo efficax ad fame lese recuperacionem quam id preterire dedignari pro quo est lesa l. ner Cre in moralibus. Notate verba et signate misteria

Imperatori

Paulus Episcopus etc. Carissime in Christo fili etc. Credimus nota esse tue sublimitati que per Georgium Bohemie regem adversus katholicos regni iniuriae ac iniuries generantur. cum tamen annis multis iam preteritis similiter repleatur cottidie novitatibus. quibus ille obduratus ac perversus dies in eosdem grassatur et fremit Volumus literis nostris presentibus fieri tue serenitati non esse ea mente indurata in melius mutare quemadmodum superioribus diebus cum cogitacio eius ad id procul dubio directa est atque intenta ut per discordias et zizanias variis modis et viis clam atque aperte dicere et eciam regni vexans katholicos conculcet ac perdat et exaltat hereticos. Opidum munitissimum Pulkenhayn quod dilectus filius Johannes Hayn de Stuprena miles katholicus possidebat violenter arripuit et hereticis tradi commisit, expulit ex castro Lelyn dilectum filium. Jon de Lederin virum eciam katholicum et hereticum ei surrogavit Fuerstensteyn tam hostiliter infestat et obsidet. Tollensteyn quod dilectus filius Nobilis vir Albertus Berko katholicus Baro possidet quia prestare homagium recusavit. ad quod prestandum illi velut heretico non tenebatur Dilectum filium nobilem virum Henricum Slesie ducem impetit ut opido suo in finibus Lusatie sito privatur. nonnullos eciam katholicos dominos vexacionibus insequitur atque expugnare contendit ut nobis asseritur Omittimusque contra honore nostrum et apostolice sedis in pragensi dieta dicitur protulisse ac temptasse quemadmodum per alias nostras literas tue maiestati

sepe scimus Scimus quod de tuo quid scribat contineat et loquatur in vulgus Scimus quid machinet et cogitet ut catholicos dissipet et heresim suam diffundat et augeat Cunctum certe monenti et suadenti attulerat dicta Vennney agnovit serenitas tua Ex quibus illum posteaquam cum meterem et crimen suum tue maiestati se tandem patefacturum asseruit Ea fuit dicta conclusio ea suscepta laboris gestorum quod etiam in ipsa congregatione resolute quod non intelligatur atque adeo manifeste non patet illum arte ac versutia uti ut dispendio et tractu temporis errores ac malitia sua foveat et mitatur protegere Hec et alia quamplura hominis studia et consulta non dubitamus gravia et molesta esse tue serenitati quod preter opinionem et expectationem tuam illa scimus contigisse Suspendimus in gratiam tuam processus contra illum formatos corde mente et intentione ut interim ab offensione et molestia non modo Wratislaviensium sed etiam reliquorum catholicorum cessaret Ipse vero tui et nostri honoris ratione postposita hactenus spreta ac perfidia sua obstinatus vera apostolice Sedis obedientia detrectat et catholicorum pernitiem tota industria studet atque invigilat Cum itaque ex hiis vere perspici possit obduratum cor illius molliendum aut a scelere immutandum non esse Sollicitamur quod cotidie a filiis catholicis et ope ac presidiis nostris in periculo imminenti est subveniamus ne hereticorum gravis rogallis quod voluit rapax lupus rapax Christi oves diripere ac vorare conatur. Unum putamus et indignum ulterius expectare propterea serenitatem tuam in domino exhortamur et rogamus ut mente et intentione illius verbis credat et cum diligentia super hiis excogitet ac presentiat et nobis suffragetur ut tandem debito et honori nostro ac Sedis huius remediis oportunis consulere et providere possimus Est hoc dignitate et officio tuo Est honoris et debiti ut tuorum labem horrente et venenum tuis dominiis propriis ne id inficiat abigas et omni studio repellere procures Expectamus super premissis voluntatem tue maiestatis rescriptum Datum Rome Anno domini lxiiij die secunda mensis octobris

Abigo is abegi ab actu i. repelle longinque

Paulus papa secundus

Dilecti filii Salutem et apostolicam, quia iam note nobis diu fuerunt adversitates vestre et persecutiones quas pro fide katholica constanter estis perpessi, ex officio ac debito nostro tenemur saluti vestre et ceterorum fidelium orthodoxorum quantum in nobis consulere et providere atque oppressis succurrere, Propterea ad carissimum in Christo filium nostrum Fredericum Romanorum imperatorem augustum venerabilem fratrem Rudolphum episcopum Lavantinum pro negotiis vestram et reliquorum fidelium causam concernentibus, Hortamur itaque devotiones vestras in domino ut in sancto et laudabili proposito vestro perseveretis et stetis boni cum sperantes in domino qui vos non deseret nec vos deseremus sed quantum licebit et cum deo poterimus auxiliis et favoribus nostris assistemus vobis et nunc et benivolentiam ac gratiam nostram impartiemur Credimus non parum conducere rebus vestris Sed cuntium et oratorem misisse ad eundem imperatorem qui de gestis hactenus gestis et gerendis bene instructus futuris tractatibus vestro nomine intersit Audaciter de hiis plenius scribimus ad venerabilem fratrem episcopum venerabilem, quod ut etiam sciatis eos atque etiam vos hortamur pro consolatione vestra et ut secundum bona mente et sto defensione katholice fidei persistatis Volumus ac vos pro duas literas nostras clausas coram presentes recipientes at indulgentie dudum vos concesse presentes recipientes ... recessere ... Rome et robore permaneat nec sub generali suspensione indulgentiarum comprehendantur sint plenum ipsius nostras literas continetur Datum Rome apud Sanctum petrum Sub anulo piscatoris die xx mensis ...

Anno dominice incarnationis ... pontificatus nostri anno primo

Dilecte filiis consulibus et magistris communitatis Wratislaviensis

Queritur utrum nocturna pollutio impediat a perceptione
vel consecratione huius sacramenti Videtur quod ad hoc quod homo
digne ad sacramentum eukaristie accedat tria requiruntur Primum est mundicia
consciencie que non nisi per peccatum. Secundum est elevacio mentis ad deum per actualem
devocionem et hec aliquando sine peccato amittitur vel per mentis hebetudinem
vel occupacionem vel evagacionem circa terrena vel similia Tercium est mundicia
corporalis unde celebraturus vel ad communicandum volentes aliquod sacramentum et
signant istud lavat manus propter decenciam Unde primo et per se peccatum
impedit a perceptione huius sacramenti Secundo impedit indevocio scilicet mentis
hebetudo et corporalis inmundicia quandoque concurrunt vel simul sunt in
aliqua pollucione Aliquando vero duo ex hiis tantum quandoque unum ex hiis et
secundum hoc homo magis vel minus impeditur Et ideo distinguendum est de pollu-
cionibus que impediant et que non Nam pollucio nocturna contingit
quandoque ex illusione dyabolica quandoque ex superfluitate vel debilitate nature aliquando
aut ex cogitacionibus precedentibus Et aliquando ex crapula Ubi predictis
pollucionibus quibus est corporalis inmundicia Sed mentis hebetudo non
nisi in illis pollucionibus que accidunt ex ymaginacione quia in illis que sine
ymaginacione accidunt circa nichil percipere videtur Nulla dictarum pollucionum
in se est peccatum quia in sompniis cum ligatus sit usus racionis nemo
peccare potest nec mereri aliqualiter aut potest esse signum vel effectus peccati
precedentis Considerandum est autem diligenter Utrum in causa pollucionis
possit invenire peccatum precedens ut cogitacio turpium scilicet cogitacio turpium
quandoque est peccatum sine peccato videlicet si sine tamen cogitacione tamen manet
ut cum quis disputat de talibus operibus ut loquitur cogitat aliquando cogitacio
turpium est tamen peccatum veniale quando scilicet ad effectum cogitacio pertingens
in sola delectacione sistitur sed sine consensu deliberativo quandoque autem mortale
est quando scilicet consensus adiungitur quia tali cogitacioni de proximo adest delectacio
et delectacioni consensus in operibus et ideo indubium potest Utrum sequens
pollucio accidit ex peccato vel non Vel ex veniali vel mortali Tunc ergo si
dubitat de consensu tunc videatur ad causam pollucionis circa cogitacionem turpium
omnino abstinere debet Si autem invenerit expresse consensum circa cogitacionem turpium
non precessisse et necessitas urgeat aut aliqua causa peccator conformet se per
actum cum deo scilicet per contricionem et confessionem et satisfaccionem presentem vel
futuram et potest accedere vel celebrare Si autem non movebit aliqua necessitas
melius est abstinere propter reverenciam sacramenti si tamen celebrat non peccat mortaliter
sed venialiter Debet autem abstinere ut quidam dicunt 24 horis quia in tanto
spacio temporis natura perturbata vel desordinata per corporalem inmundiciam
sompnialis pollucionis reordinatur Si autem accidit pollucio ex illusione
dyabolica si causa illusionis in nobis precessit idem est iudicium quod de
cogitacione precedenti Si vero in nobis non precessit causa ymmo potius contraria
causa tunc abstinere non est necesse presertim aut et frequenter accidit ut in diebus
in quibus debet sequi esse quod dyabolus fructus eukaristie homini auferre conatur
Unde in tali casu sicut in collacionibus patrum legitur Consultum fuit tandem

non

no ho et quiaet sit dyas videns se no posse consequi intentu de illusione cessant vnde et etiam de vespe hostem qz non compos mentis est Si aute pollucio nocturna accidit ex cibo et potu superfluo idem est iudicium qd de pollucione que accidit ex turpi cogitacione precedenti nisi in hoc differt qz no ita deserviat qz hec pollucio contingit aliquando in ymaginacione turpi. illa vero nunquam Pollucio aut illa que accidit ex nature dispositione scilicet ex debilitate vel superfluitate non e signum alicuius peccati si causa est ut iudicia multi ebetudo Si aut ex ymaginacione contingat inmundicia corporalem est et ideo si necessitas immineat vel deuocio exposcat talis no impeditur a communione et celebracione quia sine ymaginacione accidit tamen si propter reverenciam abstineat laudandus est qm infirmitas no est perpetua et quia no ita ex sua sit precipi ex qua causa contingit pollucio ideo tucius e semper abstinere nisi necessitas incumbat et quod dum abstineat dicitur e supra de hac distinctione ponuntur hec metra vnde Crimen habet noctis pollucio qm fuisti ebrius aut primo meditatus turpe fuisti. Crimen abest tua si nimia superflua tollit Sunt si debilior vanus se ventre repleuit

Queritur vtrum pollucio illa que incipit dormiendo et terminatur in vigilando peccatum sit ita qd fantasia vel apparencia cuius homo polluitur apparet in sompnis et ex ea incipit homo pollui Si antequam pollucio compleatur homo expergiscatur vel evigilat et aliqua pars pollucionis emanat post evigilacionem videtur qz pollucio quantum ad racionem meriti et demeriti i peccati magis iudicatur secundum finem qd e in dormiendo qz secundum finem qd e in evigilando, ex quo enim excitatus motus carnis in dormiendo iam no subiacet voluntati vigilantis ille ultimus motus nec reputatur evigilasse quousque pristinum visum et dominium liberi arbitrii recuperant, potest tamen contingere qz in ipsa evigilacione per unum oriatur qd tunc quando pollucio placet propter delectacionem, et tunc talis complacencia aut e ex surrepcione et tunc e peccatum veniale. aut est ex deliberata voluntate et cum consensu et tunc e mortale Ista aut complacencia no facit preteritam pollucionem esse peccatum qz no est eius causa sed ipsa delectacio in se e peccatum Si aut placeat ipsa pollucio ut est nature alleviatio et exoneracio peccatum no reddit nisi forte veniale

Vtrum inmundicie pure corporales ut lepra et fluxus seminis et huiusmodi impediat a celebracione vel susceptione huius sacramenti contingit enim qz quandoque qz sacerdos sit leprosus vel paraliticus vel aliquam horrendam infirmitatem habens videtur qz cum iste cibus no sit cibus corporis sed mentis in eius susceptione magis consideranda e disposicio mentis qz corporis Et ideo distinguendum est de inmundicia corporali, quia aut est perpetua sicut lepra aut diuturna vel temporalis. et cito purgabilis Si est perpetua vel diuturna. tunc nullus propter hoc debet abstinere ab hoc sacramento ne propter inmundiciam corporis perdatur fructus mentis sicut accidit in leprosis et in

patientibus fluxum seminis vel sanguinis. Si autem sit spiritualis et ad purgationem
habilis tunc si aliquis sit bene dispositus in mente et in sanguine non prohibetur
quin possit abstinere ad tempus laudabiliter propter reverentiam tanti sacramenti
leprosus vero sacerdos licet prohiberi non debeat tamen in occulto non publice
celebrare debet et potest ex devotione, nisi adeo sit corruptus quod ministerium
sine periculo explere non possit. Mulier enim propter menstrua non est
prohibenda a communione et ab ingressu ecclesie ut ait Gregorius eo quod hec
superfluitas vel infirmitas est nature pena non culpe, bonum tamen est
si mulier patiens menstrua sic se ordinet cautelose ne macula
menstrui cadat in locum sacrum propter scandalum.

Utrum melior sit missa boni et purioris sacerdotis quam
mali et peccatoris sacerdotis. Videtur quod de missa possumus loqui dupliciter
aut quantum ad illud quod est contentum in ea scilicet quod est corpus Christi et sic
aequaliter dicitur bona est quod a quibuscumque equaliter bonum et utrumque
vel quantum ad illud quod est annexum sacramento scilicet oratio et missa boni
sacerdotis melior est quam huius officium non tamen ex opere operato sed ex
devotione et ex meritis celebrantis et ideo ceteris paribus melius est
audire missam boni sacerdotis quam mali. Dicit tamen ceteris paribus
quia obedientia et proposito posset homo ad tantum cogi quod melius
esset audire missam mali sacerdotis quam boni quia melior est obedientia
quam victima I Reg. xv. Sed quid facit sacerdos si in sua missa recordatur
se aliquod mortale peccatum commisisse vel aliquid comedisse et
bibisse vel in vinculo excommunicationis se subiacere. Videtur quod ubi difficultas
occurrit semper attendendum est illud quod habet minus de periculo maxime
aut periculosius est facere quam id quod est contra preceptum quod mittit sacramentum quod honorare
et magnum sacrilegium nisi autem est illud quod propter adiecte sunt. Et ideo
si sacerdos post consecrationem inceptam recordatur se aliquid comedisse
inchoatum debet sacrificium perficere et sumere sacramentum similiter si recordatur se peccatum
aliquod commisisse debet penitere et sacramentum sumere cum proposito confitendi
et satisfaciendi et sic non est indignus sed fructuose sumere sacramentum. Eodem
ratione est si meminit se excommunicatum vel aliquod subiacere, debet enim proponere
et humiliter proponere petendi absolutionem ab illo a quo debet et sic per
invisibilem sacerdotem Ihesum Christum absolutionem consequitur quantum ad hunc actum
ut peragat divina misteria. Si vero ante consecrationem aliqua dictarum sit memor
scilicet peccatum mortale commisisse vel vinculo excommunicationis se subiacere tutius
reputare missam inceptam inadvertenter et excusabiliter missam inceptam
deserere nisi grave scandalum timeret. Sed quod cor humanum cotidie sentina
naturis evaporat malas cogitationes itaque si non sunt actus mei
mali tamen cogitationes mee sepius sunt immunde. Utrum cogitationes

immunde exterius sint confitende de hoc enim multi
dubitant. Et respondetur de secundo c. de cogitatione. Sicut vippera lacerata

a filiis in ventre positis premuntur ita nos cogitationes nostre intra nos nutrite occidunt et corroborate interius ipse veneno suo premunt, dicit Cassiodorus (?) super psalmos et nou...

deli volue premunt Fidem quod cogitationes immundas vel inhonestas contra deum (?) et professionis vel puritatis aliqui vos esse (?) notabile ... mora quia est nimia mora facta in cogitatione illa homo sentiret se inclinari ad fruendum et perficiendum cogitatum si haberet opportunitatem quam vellet aut se pollueret quotiens ex illa vehementi cogitatione morosa aut si inordinate afficeretur ad aliquam personam et de ipsa multum molestaret in cogitatione habendo motus carnis ac ymaginando hec aliquos actus impudicos cum illa persona cogitata Hunc affectum inordinatum debet homo confiteri cum cogitationibus et motibus carnis provenientibus ex ipso affectu, dicendo sic habui affectum sensualem et inordinatum ad quandam mulierem vel tale convenientem talis conditionis et hunc affectum cum ea ex complacentia habita in affectu et allocutione ac presentia corporali eius delectabar aut de ipso habui tot vicibus ymaginationes turpes suspiciendo eius oculis corporeis vel mentis faciem vel aliam partem corporis eius et ymaginando hec cum ipsa ... amplexus et oscula et tales actus impudicos et in hiis ... per magnum spacium habendo ibi motus carnis libidinosos Et precipue mihi accidit hoc in ore existendo aut missam dicendo et ... sum negligens laborare ... ad repellendum ... semper quia habui ... nec curavi ... oculos carnis aut mentis ab affectu illius persone Cum igitur tali modo tales cogitationes pravas et affectiones in confessione ab eis cito liberabitur ... continuet orationes et custodiam sensuum quia diabolus non potest sustinere humilitatem Et ideo non est via melior ad evitandum temptationes luxurie et superbie quam quod cogitationes viciosas modo predicto enunciet cum suis circumstanciis concurrentibus in mente vel in carne integre vel speciali talias (?) aut cogitationes alias enunciet nec mora fuerit nec delectationem ... non est necesse confiteri licet sit prudentis et perfectionis et magni meriti unde ... Non est arbiter nec cogitationes prave suggestionibus provenientes sive aut in animo cogitationes nec attinet voluntati illud ergo ad culpam non redigatur ... culpe propter imputatur ... plerique fiant plerumque et immunde corporalium rerum species quas ... motibus apponuntur et nolentes eas cogitationes quotiens ... tanto se ille magis ... abstinere quod in nobis motibus abire ... sit hoc ... mortali ... homo in persona ... Quia plerumque ex cogitationibus turpibus vel ex allocutione vel familiaritate alicuius persone humor quidam in secreto nature ... emanat

Queritur igitur ... quid faciendum est de talibus humoribus preter intentionem a virga virili aliquis emanantibus Dicitur quod in quodam titulo de formula confessionis qui putatur esse Sancti Thome de aquino de hoc sic dicitur preterea intelligendum quod non est quod quibusdam contingat intrare ... dubietas et perturbatio magna unde ... vigilantibus absque ulla commotione carnis et cogitatione

immunda humor quidam per membrum secreti egreditur sine delectatione et quasi
insensibiliter ita ut multi hoc non apprehendant nisi cum pannos senserint
madefactos Cuius causa aliqui ignorantes turbantur et errant se puta-
tes esse pollutos et ideo sciendum est quod illius humoris effusio non est pol-
lucio nec humor ille est humanum semen Sed ut dicit Albertus
magnus est humor medius inter spermam et urinam qui ut dicunt
medici sine libidinosa delectatione et carnis motu nullus potest pollui
vigilando ad cuius tamen humoris effusionem videtur naturalis condicio
tantum exhibere materiam Sed deinde id ad quod natura disposuit causa
viciosa et evitabilis perficit et consumit Unde hoc quibusdam provenit pro-
pter solam presenciam et allocucionem alicuius persone in cuius aspectu habent complacenciam
sensualem ad quam inordinatum amorem afficiuntur aut per tactum impudicum
aut ymaginando aliquos actus impudicos fortiter et morose Ex hiis
enim casibus et aliis similibus multi inveniuntur habere calefactiones et commo-
tiones carnis libidinosas Sed eas causas et similes que sunt evitabiles
debet quilibet fugere et evitare pro posse et maxime qui sentit se adhuc
passionatum seu naturaliter inclinatum sive ex vicio mentis sive ex debilitate
nature sue et qui occasiones huius non evitant iuxta posse elongando
se ab amicicia et familiaritate personarum ad quas inordinate sunt affecti
fugiendo vel allocuciones et aspectum personarum licet non credam ipsum
predictam humectationem incurrere venialiter peccare mortaliter nisi forte aliud
concupisceret aut impudice cogitaret personam que est causa illius
effusionis Tamen credo eum gravius peccare et magno periculo peccati mor-
talis se exponere quod inde potest sequi Et ideo consilium de tali quod absque dila-
tione morosa ipse sibi violenciam faciat in hac parte fugiendo personas
huiusmodi atque cum eis secundum oportunitatem loci et temporis evitet Sic itaque
predictus fluxus qui a quibusdam vocatur libido si potest evitare ipsius
occasio et studiose non evitatur homo confitendus cum sint occasionibus
et negligencia habita circa ipsas Si vero contingit talis fluxus ex causa
quam vitari non potest sicut cum quis audit verba impudica a casu vel loqui-
tur vel sedet iuxta eam de cuius presencia habet complacenciam vanam quasi
preter intencionem et ab ea separari non potest quia forte audit eam in confessione
in hiis et similibus casibus credo sufficere quod tamen de occasione vitata et impor-
tunitate vitandi quam de fluxu illius libidinis dolor semper est habendus
ita quod non sit necessaria confessio quia tamen dubitatione in talibus que spectant
ad conscientie puritatem est quasi valde periculosum ut si homo confiteretur potius hoc
confiteri propter quietudinem mentis sue et pacem consciencie expediret non
credam hec ibi Sed quod sacerdos aliquis timore conscientie et errore se-
ductus possit estimare quod melius esset sibi corpus Christi in pixide
reponere in celebratione misse quam sumere ita indisposite

Utrum peccator tangendo corpus Christi peccet mortaliter

Ad ~~quod non quia non facit iniuriam~~ sacramento sive sint sacerdos sive layci
peccat mortaliter videtur si tangit cum timore vel reverencia propter aliquam

nocte vis quod erigat vel elevet hostiam incaute infra non peccat
alias peccaret. Hoc secundum notam de pe. et re. in glo. super c. ex parte
Et addit quod idem est dicendum quod si sacerdos peccator dum in nocte con-
stituto eukaristiam recipit. Secunda sacerdos peccator si in nocte cum
timore et reverencia tangit corpus Christi non peccat. Si autem contra reveren-
ciam generaliter peccat

Queritur Que missa debeat celebrari vel audiri

Utrum de die vel de aliquo sancto vel pro defunctis. Videtur quod propter missam
peculiarem, id est specialem, de aliquo sancto vel pro defunctis aut de aliis
non debet quilibet dimittere quin audiat missam de die. extra. de ce. missarum
c. Quidam. Et hic notatur quod hoc intelligendum est quod diebus dominicis
missa et de illis qui eo die tenentur audire missam ut episcopi et alii
prelati et maxime religiosi. Ex hoc patet quod quidam presbiteri malefaciunt
in hoc quod in diebus festivis vel dominicalibus dimissa missa illius
diei celebrant pro defunctis aut de beata virgine, tamen solum per-
legunt officium misse illius diei. Qui cum teneantur ad missam illius
diei et missa de die appellatur officium cum canone. Per hoc non complet
missa diei. Dimiserunt illi qui tenentur audire missam ut predictum
est malefaciunt non audientes missam diei, si compellunt sacerdotem
de aliqua speciali missa dicenda. Unde extra de ce. miss. ex tenore. Scribun-
tur sic dicat sic. Quidam autem laycorum habent in consuetudine
ut audiant, quociens in proximo erat erat, et missas peculiares presulibus dies
speciales vel electas, ut de sancta trinitate, de beata maria, vel de
sancto michaele. Prout statutum est in eodem capitulo ut ultimo. Hoc non fiat
nisi suo tempore et nisi aliquis velit facere propter reverenciam sancte
trinitatis non pro aliqua devotione audire. Si velint ut misse se
cantent de eodem die missas audiant pro salute vivorum et defunctorum

1 | 2

Nota peccatum contra naturam singulari tres sunt species. Prima est mollities qua aliquis
peccatis propriis pollutus semper et hic tangit ad Ro. I cum dicit propter quod, id est propter peccatum ydolatrie,
tradidit illos deus, id est tradi permisit de pena peccati peccatum in desideria cordis
eorum ad consensum, eorum propter corpora et cum ymaginacione, id est verum ad immundiciam sive ad peccatum et
dimensiones sufficiat contumelia etc. Secunda species peccatum contra naturam est sodomia que consistit
in alia persona in sexu non debito et hic tangitur cum dicit tradidit illos deus in
passiones ignominie, id est valde ignominiosas, nam femine eorum immutaverunt natura-
lem usum in alteram pollucionem, similiter autem et masculi unus alterum pollucione exarserunt in
desideriis suis quod perhibemus huiusmodi ardere, luxurie sue talis voluntas procedit et intuentes
in invicem quod oportuit, id est decuit in semetipsis recipientes. Deus permittente iusto suo iudicio

Tercia species peccatum contra naturam est quod accidit in specie aliena sicut coitus cum bestiis propter
quod vocatur bestialitas et est pessima et contra naturam vicium singulare. Propter quod apostolus
ubi tercia de ista specie licet sit pessima, in(...)esset sed aliis precedentibus

Nota circa detractionem que ex invidia nascitur et est
principalis et quarta eius filia. Cum igitur homo invidet alterius fame
vel glorie, tunc conatur illam minuere ut sic auferat eam testimonio quod
fiat maxime per detractionem. Que secundum aliquos sic diffinitur. Detractio
est denigratio fame aliene per verba occulta vel remota. Vel est
diminutio fame alterius per verba que dicuntur absente vel ignorante eo contra
quem dicuntur. Et qui detrahit alteri in eius absencia fiunt quidam dispositi eos
qui audiunt malam opinionem de eo concipere cui detrahit.
Et fit hinc detractio duobus modis secundum Tho. secunda secunde q. 73 articulo secundo
directe et hoc quadrupliciter. primo cum alteri falsum crimen seu nephas
imponit. secundo cum peccatum alterius narrando verbis suis adauget magnus
faciendo quam est. tercio cum occultum defectum alterius prodit non servato
ordine fraterne correctionis. Quarto cum bonum ab alio factum dicit mala
intencione factum esse cum tamen non sit ita et suspicionem inducit. Sed
indirecte vero detrahit quis alteri vel pluribus modis. primo negando
bonum suum ut cum alius dicit bonum de eo quod sit probus, fidelis, largus
...et ille negat ipsum esse talem. Secundo non recte negat ipsum
videtur cum queritur ab eo an sit talis sicut famatur de eo bonum et ille
negat se esse. Tercio fit indirecta detractio diminuendo et nolendo
dicere bonum ex invidia quod scit de alio cum interrogatur de illo.
Quarto quod fracta verborum sunt ... ex intencione recte inducunt.
Cum enim quis aliquid dicit de alio illa intencione ut per verba sua auferat
vel minuat famam eius tunc vere et proprie dicitur ei detrahere. Et talis
detractio proprie loquendo est peccatum mortale. Unde detractores deo
odibiles quia ideo adducitur secundum glo. ne putetur esse leve peccatum. Ex eo
... quod etiam verbis consistit. Secundo ... quantitas ... peccati
sit pensanda penes nocumenta que proximo per ea inferuntur. Sed
detractor magnus nocumentum quam proficuo infertur proximo quam furtum
aut rapina, eo quod per detractionem aufertur homini fama que preferenda
divitiis ... fama aut multis prosperitate dimittis. Prov. 22. melius
est nomen bonum quam ... et Eccl. 41. Curam habe de bono nomine hoc enim
et quanta tibi bona contulit tam in bonis nature quam fortune Considera ab exordio
tuo usque ad hoc instans et vocabis inveniens quod numquam sine ipsius speciali bene-
ficio fueris Cur ergo rogo magis libet servire ipsius adversario ubi perpetua
sunt lamenta quam ipsi deo et patri tuo a quo tanta iam recepisti bona et eterna
in sua gloria daturus est beata gaudia numquid non ipse est pater tuus qui pos-
sedit et fecit ac creavit te nunc reddit pro bono malum scis quid servus
negligens meretur qui licet pecuniam exposuit quia tamen digna usura non fecerat
a domino condempnatur quanta peiora sustinebit supplicia qui hoc quod accepit exposuit
sed dissipator bonorum domini sui existit et impugnator inventus est Sed hec
fecisti et tacui dicit dominus et tu si videbas furem currebas cum eo et cum adulteris
ponebas porcionem tuam ponebas sedens adversus fratrem tuum loquebaris et adversus
filium matris tue ponebas scandalum et tum habundanter malicia et lingua
tua concinnebat dolos Sed nunc iterum atque iterum obnixius flagito te frater mi
redi ad cor tuum redite redite cum filio prodigo et amplexatur patre misericordiarum
cum gaudio qui multus est ad ignoscendum ecce nunc tempus acceptabile ecce
nunc dies salutis abiciamus ergo opera tenebrarum et induamus nos arma
lucis abnegantes impietatem et secularia desideria sobrie iuste et pie vivamus
in hoc seculo nemini dantes ullam offensionem ut non vituperetur ministe-
rium nostrum presertim ut luceat lux vestra coram hominibus ut videant bona opera
vestra et glorificent patrem vestrum qui in celis est Ierusalem Ierusalem convertere ad dominum deum tuum ait propheta
et venite et ambulate per vias procedere sed ut epistolam claudam fac cito frater
mi quod hortor vitam religiosam vovisti, adimple ergo omnia que iniuste
consumpsisti et perfice quod deo professus es tenere quantocius et fac et dominus erit
tecum et prosperabit iter tuum dimidium facti qui bene cepit habet Sed
tibi dura videtur regularis observancia memento quod angusta est via que
ducit ad vitam et per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum celorum
que profecto nec tibi in isto statu defuit nec deerit sustine igitur pro Christo
et anime tue salute multa minora in religione quam nunc sustines pro carnis
desideriis et timore dilecte nec te decipiat fallax ista et mendax cogitacio
quod multas animas lucraris in seculo predicando verbum et confessiones audiendo
qui porrigo mihi quod dominus in ewangelio dicat quid prodest enim homini si universum
mundum lucretur anime vero sue detrimentum paciatur aut quam commutacionem
dabit homo pro anima sua animam tuam domino deo debes non tantum racione creacionis
aut redempcionis verum eciam tue promissionis de omnibus meis
salutaribus acquisitis ad me veniens non pigriteris sed quantocius preterea venire
ad os loquamur et pro te consilio et auxilio impedire potero libentissime faciam

Si aut infra festum dni sctorum ad me cito veneris citra eo quod completa sit
malicia tua et vindicata fuerit sub pena deo rogabo dnm ut auferat a te q
vexationem et mittat tibi tribulaciones et angustias de quibus tu non poteris
eripere. intellige prudenter que dico et que in libro ea in corde tuo scribe
dns aut qui Mariam Magdalenam latronemque respexit et petrum te quoque oculis
sue clemencie respiciat et diriget gressus tuos in via salutis sempiterne
Datum in Cenobio

Decretum per papam sedi plenarie remissionis
datum ad ecclesiam Wratislaviensem

Nicolaus eps servus servorum dei universis xpifidelibus presentes litteras inspecturis
salutem et apostolicam benediccionem. Gloriosus deus in sanctis suis et in eorum sanctificacione
congaudens in nativitate sancti Johannis baptiste eo amplius delectatur quo
ille de sterili creatus alvo procedens tanti precursor eius adventum indicare
signo insito innuitur ad eius itaque celebrandum nativitatem fideles cunctos
indulgenciarum muneribus invitare nos decet ut ipsi talis tantique patroni
suffragiis fulciti presidere per bona opera
quo inter natos mulierum nemo maior surrexit. fulciti presidia per bona opera
que fecerint eterne felicitatis premia consequi mereantur. Cum itaque ecclesia
ecclie Wratislavie in insula posita sub vocabulo dicti sancti Johannis baptiste
fundata et que egregie quondam atque insignis structuris et edificiis sublimiter
ipse facta pulcra et decora in eiusque redditibus opulenta esse solebat propter
guerrarum turbines et alias calamitates quibus diocesis Wratislavie et partes
ille retroactis temporibus prochdolor afflicte fuerunt in eisdem structuris et edificiis
ruina minantibus reparacione non modica indigeat ac etiam in eius fructibus red
ditibus et proventibus ac emolimentis plurimum attenuata ymmo per castrametationes
tationes depredaciones depopulaciones incendia damna hussitarum et aliorum
tirannorum quasi ad totalem destruccionem passa fuerit et maiorem non formidet
et maxime cum partes eiusdem insule quasi funditus destructe sint ad
quarum reparacionem proprie non suppetunt facultates sed xpifidelium suffragia
plurimum oportuna fore noscuntur. Nos igitur cupientes ut xpifidelium devotio q
ingens est ramplius augeatur ac ecclia ipsa debite reformetur reparetur restau
retur et conservetur ipsique fideles eo libencius devocionis causa ad predictam ecclesiam
confluant et ad reformacionem reparacionem restauracionem et conservacionem huiusmodi
manus promcius porrigant adiutrices quo ex hoc ibidem dono celestis gracie
uberius conspexerint se refectos de omnipotentis dei misericordia et beatorum petri et
pauli apostolorum eius auctoritate confisi omnibus et singulis vere penitentibus et confessis
qui in festo nativitatis eiusdem sancti Johannis baptiste a primis vesperis usque
ad secundas vesperas inclusive ecclesiam ipsam devote visitaverint annuatim
et ad reformacionem reparacionem restauracionem et conservacionem huiusmodi manus porrexerint
adiutrices plenariam omnium suorum peccatorum remissionem et indulgenciam
auctoritate apostolica tenore presentium elargimur et insuper ut ipsi fideles ad eandem
ecclesiam confluentes confessione peracta et animarum salutem deo propicio consequantur
et indulgencie huiusmodi facilius participes esse possint benignius agere
volentes ut dilecti filii prepositus et capitulum in dicta ecclia Wratislavie presbiteros

presbiteros seculares vel cuiusvis ordinis regulares in confessores eligere possint et etiam in dicta ecclesia deputandi qui confessiones quarumcunque personarum eandem ecclesiam pro huiusmodi indulgentia consequenda visitantium per tres dies precedentes et totidem sequentes diem Nativitatis beati Johannis Baptiste huiusmodi et in ipsa die nativitatis dumtaxat eadem auctoritate audire et ipsarum confessionibus auditis diligenter auditis eisdem personis pro commissis per eos criminibus et delictis ac peccatis omnibus etiam in singulis sedi apostolice casibus reservatis preterquam inobediencie et rebellionis in romanum pontificem seu sedem apostolicam invadentium terras romane ecclesie et competentes necnon ab excommunicacionis suspensionis et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris et penis a iure vel ab homine quavis latis debitam absolucionem ea vice tantummodo impendere ac etiam super irregularitate ex premissis quacunque occasione vel causa contracta dispensare necnon vota quecunque ultra marina apostolorum Petri et Pauli de urbe sancti Jacobi in Compostella ac religionis dumtaxat exceptis in huiusmodi reparacionem reformacionem restauracionem conservacionem mutare et penitenciam salutarem iniungere valeant auctoritate predicta de uberioris dono gratie tenore presentium indulgemus volumus tamen quod elemosine fidelium huiusmodi in quadam capsa sive quodam trunco ad id per prepositum prepositum et capitulum deputanda vel deputando fideliter reponantur ipsaque capsa vel dictus truncus cum duabus clavibus claudatur quarum una per collectorem seu hoc per nos deputandum et alia per prefatos prepositum et capitulum conserventur ipseque elemosine pro duabus partibus in reformacionem reparacionem restauracionem et conservacionem huiusmodi integraliter absque diminucione quacunque et in nullos alios usus convertantur Tertia vero pars earum pro fabrica sancti Petri principis apostolorum de urbe eidem collectori consignetur presentibus usque ad septennium quibuscunque suspensionibus indulgentiarum per nos vel felicis recordacionis Nicolaum quintum et Calistum tertium predecessores nostros romanos pontifices hactenus factas vel nos forsitan faciendas imposterum faciendis non obstantibus valituras Quas post finem termini indulgentiarum per nos visitantibus parrochiales ecclesias sanctarum Marie Magdalene et Elizabeth Wratislavienses concessarum et non prius incipere volumus Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incarnacionis dominice Millesimo quadringentesimo lxiiii quinto idus Marcii pontificatus nostri anno quinto [illegible] breve eiusdem

Pius papa secundus

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem Dudum de speciali gratia concessimus in ecclesia vestra certas indulgentias per litteras apostolicas prout in illis quarum tenorem presentibus haberi volumus pro expresso latius continetur Unde inclinati vestris supplicationibus ac ampliori gratia vos prosequi volentes harum serie concedimus et auctoritate apostolica indulgemus ut indulgentie predicte extendantur ad ecclesias parrochiales beatarum Marie Magdalene et Elizabeth Wratislavienses et ita volumus et declaramus ac eam publicari mandamus ratam habentes concordiam inter vos super eisdem indulgentiis factam Datum Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xviii Septembris Anno Millesimo quadringentesimo lxiii pontificatus nostri anno sexto

Dilectis filiis Capitulo ecclesie ac consulibus civitatis Wratislaviensis

Paulus ii Eps seruus seruorum dei Dilectis filijs Capitulo ecclesie ac consulatui ciuitatis Wratislauien Salutem et apostolicam ben. Cum alias felicis recordationis pius papa secundus predecessor noster ex certis tunc expressis causis vniuersis vere penitentibus et confessis qui in festo natiuitatis beati Johannis Baptiste a primis vesperis usque ad secundas vesperas inclusiue ecclesiam Wratislauien deuote visitarent annuatim et ad illius reparationem restaurationem et conseruationem manus porrigerent adiutrices plenariam omnium suorum peccatorum remissionem et indulgenciam sub certis modis et formis ac cum facultate ydoneos confessores benigne concessisset prout in illius litteris apostolicis desuper confectis quas volumus ad septennium valituras et quarum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur presentibus haberi volumus pro expressis plenius continetur Nos igitur vos fauoribus consequimur graciosis deuotis vestris in hac parte supplicationibus inclinati volumus et auctoritate apostolica decernimus indulgenciam et litteras huiusmodi et extensionem ac concordiam inter vos et per eundem predecessorem per breue confirmatam cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis hinc ad nostrum beneplacitum in suo pleno robore firmitate permanere et iuxta tenorem dictarum litterarum ecclesias in dicto breui expressas visitantibus et manus adiutrices porrigentibus ut prefertur huiusmodi nostro beneplacito duntaxat durante plenarie suffragari debere quarumcumque reuocatione seu suspensione similium indulgenciarum per nos vel apostolicam sedem forsitan facta et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque Datum Rome apud sanctum petrum Anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto xiij kl februarij pontificatus nostri anno primo

Bulla Pauli pape secundi plenarie remissionis

Paulus seruus seruorum dei venerabili fratri Rudolfo Epo Lauantin Salutem et apostolicam ben. Considerantes pro debita et felici executione sine per nos nuper contra dampnatis et perditionis filium Georgium alias Girzicum qui se pro rege Bohemie regni occupatore late necnon litterarum apostolicarum desuper confectarum plura dietim negocia posse oriri in quibus periculum imminet si pro eis semper ad nos recursus debet fieri prouide super hoc salubriter prouidere volentes ac de tue fraternitatis integritate diligentia fide prudencia et rerum experiencia in magnis et arduis hactenus nobis comprobata plenarie confidentes necnon indubie tenentes quod que tibi circa premissa duxerimus committenda ad laudem dei ac nostrum et sancte sedis apostolice honorem studiose et laudabiliter exequeris Hac itaque fiducia et consideratione ducti te in Polonie et Bohemie regnis necnon ducatibus marchionatibus Comitatibus et aliis dominijs ad ea spectantibus et pertinentibus Ac etiam in Prussie Liuonie et Missne partibus ante nostrum et apostolica tenore presencium vniuersis cum potestate legati de latere constituimus et deputamus ac ad effectum executionis predicte sine tamen plenam et liberam eidem fraternitati tue concedimus facultatem quoscumque prelatos principes duces Comitates vniuersitates et particulares personas

tam ecclesiasticas quam seculares commorandi et loquendi ac de modo et ordine
debite exequendi necnon ad resistendum dicto Georgio et aliis quibuscumque
hereticis tractandi et concordandi et concludendi et ad id quecumque subsidia
presidia atque auxilia auctoritate nostra implorandi et si ita expediens foret in
singulis dominiis predictis duntaxat contra ipsos hereticos cruciatam predicandi
et ab aliis predicari faciendi, Ita quod crucesignati contra eosdem hereticos pugnantes
vel ad id contribuentes aut oportuna presidia conferentes iuxta ordinationem
tue fraternitatis desuper faciendam non semel in vita sed etiam in mortis
articulo indulgentiam plenariam consequantur. Cuius indulgentie quorumcumque
ordinum religiosorum status religiosi participes esse possint ex orationibus ieiuniis
et aliis operibus piis que eis pro victoria obtinenda imponentur dummodo
alias non fugiant unde contributione possint absoluendique sic crucem assumentes
pugnantes vel contribuentes aut conferentes ab omnibus et singulis ecclesiasticis
sententiis censuris et penis quibus forsan quomodolibet
qualitercumque ligati sunt propterea ab homine specialiter latis nisi prius satisfacto vel
parte consentiente necnon cum eis dispensandi super irregularitate divinis
se immiscendo vel ex apostasia quolibet contracta et super fructibus
bonis vel male perceptis ac bonis indebite acquisitis in expugnatione
hereticorum duntaxat convertendis concordandi et componendi Quecumque deinde
peregrinationis et abstinentie et alia preterquam beatorum petri et pauli et continentie
vota quibuscumque in defensionem catholicorum contra hereticos venientibus et pugnantibus
seu ad id contribuentibus vel tum dantibus quantum quis verisimiliter expositurus
esset in transitu ad loca debita vel aliis debite pensatis votorum et
personarum qualitatibus prout tibi seu ad hoc per te deputandis confessoribus
idoneis videbitur in hoc opus pium commutandi. Preterea super ipsa cruciata
et congregando exercitu capitaneum generalem catholicum aptum et ydoneum
qui omnis hoc ad laudem dei et defensionem fidei suscipere ac fideliter
gerere velit deputandi et ut reliqui omnes ei obediant pareant et intendant
iniungendi atque mandandi. bona etiam quecumque mobilia et immobilia
hereticorum quibuscumque licite occupanda concedendi et donandi ac ea que
heretica ad terras catholicorum vel etiam ex terris catholicorum in vel extra
regnum ducerent aut duci facerent in predam dandi omnibus quoque in persona
dampnati Georgii et aliorum hereticorum existentibus sive etiam forsan aliqui
sive alibi ubicumque ut infra terminum per te eis prefigendum discedat
sub eisdem penis quibus ipse Georgius irretitus mandandi quoque illos quoque ac
ecclesiasticos et seculares quoscumque cuiuscumque dignitatis status gradus vel
ordinis existant sub excommunicationis suspensionis et interdicti et etiam privationis
penis auctoritate apostolica predictum monendi et requirendi ut mandatis apostolicis
pareant obediant et intendant ac ab dicti commercio Georgii et aliorum
hereticorum abstineant ac eos et alios quoscumque qui quovis contractu vel
debito dicto Georgio qualitercumque tenentur vel obligarentur ad aliqua illi
tenenda servanda aut persolvenda nullatenus deinceps obligari
nec ad id posse compelli eadem auctoritate declarandi ac propter inobedientiam

et rebellionem quoscunque cuiuscunque dignitatis specialiter abbaciali dictaverit exemptis status
gradus ordinis vel preeminencie fuerint videlicet ecclesiasticis dignitatibus officiis
et beneficiis declarare vel honoribus et titulis feudis et privilegiis suis privandi
et beneficia aliis ydoneis conferendi ac ad illa et alia imposterum obtinenda
inhabiles perpetuo et infames declarandi nec non censuras quascunque iusticiam
rebellione vel inobediencia exigente prout tibi videbitur fulminandi et interdictum
ponendi ac positum ex bonis causis et respectibus sibi expediens vel utile aut necessarium
cognoveris tollendi vel perpetuo seu ad tempus suspendendi, Ipsosque vero eos
dies quibus forsan publicande essent indulgencie cruciata predicte necnon
tam impedientes aut perturbantes huiusmodi tam salutaris negocii executionem
summarie simpliciter et de plano sine strepitu et figura iudicii sola veritate
inspecta procedendi ac penitentes et humiliter redire volentes ad gremium ecclesie
et humiliter petentes in forma ecclesie consueta et prout iuris fuerit absolvendi
et abilitandi ac ad honores dignitates officia beneficia feuda bona et iura sua
ac aliquo in pristinum statum restituendi et reponendi necnon cum eis oportunum
videbitur et expediens cognoveris dispensandi, Officiales denique et magistratus
quoscunque in regno Bohemie quibus expedire mandatur inobedientes inveneris
deponendi appellaciones insuper provocaciones et subterfugia quecunque per eundem
Georgium vel alios quoscunque interposita forsan vel deinceps quavis occasione
vel causa exprimissa interponenda frivola et inania nulliusque roboris vel
momenti fuisse et esse per edictum publicum declarandi necnon contradictores quoscunque
per censuras ecclesiasticas et alia oportuna iuris remedia appellacione postposita
compescendi et si ad hoc quociens opus fuerit auxilium brachii secularis invocandi
omnia quoque alia et singula in premissis et eorum singulis necessaria seu quomodolibet oportuna
faciendi ordinandi gerendi disponendi mandandi et exequendi Etiam si talia
essent que mandatum exigerent magis speciale quam presentibus est expressum Non obstantibus
quibuscunque privilegiis exempcionibus litteris et indultis apostolicis quibuscunque in genere
vel in specie per nos vel sedem apostolicam predictam sub quibusvis verborum forma ac
expressione concessis que huiusmodi nequitur effectum penitus obviare vel retardare
illi posset pro insertis et non concessis haberi volumus et viribus evacuamus
Ceterisque contrariis quibuscunque aut si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit
sede indultum quod interdici suspendi vel excommunicari aut suis dignitatibus et beneficiis
privari seu alia quavis pena mulctari non possit per litteras apostolicas non
facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mencionem
Tu igitur zelo fidei onus tam meritorii negocii devota mente suscipiens
te illius executorem sic sollicitum ac verbo et opere studiosum atque diligentem
exhibeas quod ex ea tuis laboribus divina tibi favente celesti gratia fructus
sperata adveniat cumque per sollicitudinem tuam ea que pias causas gerentibus
pro retribucione gerentibus impendit palma glorie non solum consequi
meritis verum eciam apud nos et sedem predictam non immerito valeas
de exacta diligencia fide et integritate uberius commendari Datum
Rome apud sanctum Marcum anno incarnacionis dominice millesimo
cccc sexagesimoseptimo [illegible] May pontificatus nostri anno tercio

Collacionat cum originali bulla de verbo ad verbum
per me Jo. Grunch notarium et concordat

Rudulphus dei gratia eps. Lavatin. sancte sedis apostolice in Bohemie et Polonie regnis ac certe Almanie partibus cum potestate legati de latere legatus missus honorabili in xpo nobis sincere dilecto Nicolao Crempil in artibus magistro plebano Vratislavien. dioc. salutem in dno. auctoritate apostolica et nre legacionis qua fungimur presentibus libratis dioc. ... et mandamus quatenus presentes bullas tibi in virtute sancte obediencie percipimus et mandamus ... in dominiis illustrissimi principis ducis Bohemie in dioc. Vratislav. et precipue ... vulgariter et intelligibiliter de verbo ad verbum vel eius effectum populo dei publices et intelligibiliter exponas et per alios ydoneos quos ad hoc deputaveris publicari diligenter exponas et per alios ydoneos quos ad hoc deputaveris publicari diligenter exponi facias dantes et concedentes tibi et per te deputandis confessoribus et expositoribus facias dantes et concedentes tibi et per te deputandis confessoribus et presbiteris ydoneis et eorum cuilibet plenam et omnimodam facultatem et potestatem cruciata et plenariam indulgentiam pro omnibus fidelibus contra hereticos et eis adherentes pugnare volentibus seu ad hoc ... iuxta eorum facultatem dictamine contribuentibus et iuxta tuum et per te deputandorum confessorum ... dandi et assignandi publicandi et predicandi et publicari faciendi ... omnibus et singulis eorum ... nec non ... cruce signatis et contribuentibus omnibus et singulis eorum ... criminibus et excessibus quantumcumque gravibus et enormibus etiam sedi apostolice specialiter reservatis semel in vita et in mortis articulo plenarie absolvendi ... vel alios ydoneos presbiteros loco tui deputandi ... cistas in ecclesiis pro pecuniis ex contribucione colligendis ponendi et locandi illos ... cum clavibus consignandi et locandi ... distribuendi iuxta ordinacionem tempore oportuno ad expedicionem contra hereticos distribuendi iuxta ordinacionem nostram per nos desuper facienda committendi et ordinandi prout videbis ... In quorum fidem presentes sigilli nostri impressione ... Datum Vratislavie sub nostri sigilli impressione anno dni. Mcccclxvi die vero ix mensis octobris ... notarius de mandato prefati rev. in xpo patris dni. Rudulphi epi. Lavantin. et legati apostolice sedis

Ordinacio et declaracio Rev^mi dni legati
circa materiam plenariarum indulgentiarum

Primo ut omnes satisfacere possint confitentes sive contribuendo iuxta facultates suas placet dno legato quod si quis dubitat an sufficit ... an satisfaciat ... quod intendit contribuere et ad cistam ponere pro ... contra hereticos vel non possit et debeat attendere unum ex confessoribus ... deputatis ... et ille dicat quantum imponere velit et si ille confessor considerata facultatibus et statu seu condicionibus imponere volentis indicat ... sufficere vel quod ... tantam ... et ... feria ... vel alia die non teneat ieiunare aliquid vero debeat imponere ... si imponens ... et ... vel consilium ... confessoris ... satisfecisse ... confessori ... Caveat tamen confessor ne ipse pro se aliquid ... vel acquirat et ... nimis arbitretur ut ipse ... nimis imponat ... sub pena excommunicacionis late sentencie prohibet dnus legatus ... Quod si quis post imposicionem a confessore ... confessi ... aliquid liberaliter dare velit ... nec petat et non ultra ... aut tres aut ad ... non ultra grossum currentem ... capiat sit ad elemosinam pecuniariam recipiendam ... inhibet dnus legatus

omnibus et singulis confessoribus sub pena excommunicationis requiris acceptare vel habere eos confessionem recipiat eas que imponere voluit, si permittat et iniungat quod quis non imponat in casum in uno loco deputatorum nisi forte confitens tante infirmitatis esset quod non posset imponi nisi possit tunc confessor recipiat per eius penitentiam et ulterius penitentiam imponat ubi impositum est ut ab eo cessat prius.

Item concessit dominus legatus, decanis et singulis confessoribus vigore quarumcumque indulgenciarum absolvere potest et bona male ablata vel acquisita sive furto rapina usura vel retenta eorum que non restituantur et ad suos usus exponat aliam commissam sit certe possit. Et salvum illa debitum habeat et stat cum pertineat tunc cum expressis est quod simpliciter tales et inde restituant et dent eis cum talia pertinet et debent sive heredibus suis si tales mortuus esset eius debent. Et certe quis restituit eis debent talia male acquisita sive in bonis furto rapina usura pertinent aut in ludo acceptis vel si quis confessus et restituet non habet in talibus loco composito et adhuc usque ad certe et de eisdem absolvat in hoc casu si summa extendet ex marcas non vult quod aliquis confessorum componat vel absolvat si tunc remittat ad certe patentatem suam.

Quia pro ista dominus legatus concessit confessoribus in apostolatu et religiosis regulariis isto non tenetur laicos sed dictum est satisfactoris penas censuras et indulgencias et inhabilitates, et quod planam absolutionem etiam si sit necesse si super vere remitti ad legatum, sive concessit dominus legatus absolvere a sententia extendere ab homine sive iudice specialiter ad instantiam partis plata etiam si partis satisfecerat vel partes consentiat cum ulterior debitum recipiunt et etiamen et hoc sit quo ad eos qui in vita debent plenarie absolvi. Et quo ad eos qui in morte articulo absolvi debent placet quod etiam confessore absque sententia ab homine lata posset absolvere constito quod satisfactio sit parti vel parte consentiente aut cautione prestita sufficiente.

Item concessit absolvere a sententia canonis et quis procedente per violentiam sive violenta manu iniectione ruletura cleri vel specialis requirit indagacionem et modo sit concessit commutationem votorum peregrinationem vel ad limina apostolorum ad sanctum Iacobum in compostella.

Item concessit eos qui crucem susceperint et suscipient et contra suam offerent deo adiungendi cum hereticis quod opus est quod sit in ope et tales a precio se abstineat a ludo a fornicatione ab ebrietatibus ab ira odio detrahere et quo eis pugna contra placet deo que unde gramino offendent. Item concessit eis crucem suscipiens vel contribuens quod ad hoc et indulgencias descripsit, certe et quod in sede sancte matris ecclesie. Dominus apostolice dominus pontifice per quod sit et permaneat ita quod ab ante extendent mihil eis prodesset huiusmodi indulgencia quia nullus non habet locum quod intentio sit dominus non est concedere aliquibus dispensatorum vel indulgencia quam sede apostolica romane ecclesie est ita quia tales et alienis et pertinens est et est quod unitate ecclesie unde etiam clamat ecclesie si non extendit ad eos interim quod sit extra obedientiam et unitate ecclesie etiam si eis bona sua daret ad eorum posse. Item concessit eis quod nullus sit prevenire ad partem per ista indulgencia et plenariam absolutionem in morte articulo ita sit potest et ipsum spem absolutionis plenarie peccabit quod unde non fuerit ubi ei prohibet huiusmodi indulgencia. Item concessit quod ei qui crucem suscipit et corpus offert nodos

restituere

absolvere a sententia

alia penitentia iniungi nisi in heretico publico vbi propter terrorem aliorum talis publice absolui et introduci solet solemnius / confitente sed illi qui confitetur si delicta quamuis sint grauia uel publica in absolucione semel in vita aliqua addi penitentia vltra contricionem et heretico publice publica penitentia pro posse vlterius Sed in mortis articulo non nisi teneatur aliquam iniungere male preceptum quod hoc iniungatur et quod disponat per heredes quod hoc fiat / Et ipsa forma certa absoluendi non requiritur sed sufficiunt mens et intencio plenarie absoluendi et verba ad hoc apta dicentur Vero sic communis confessor pluribus verbis vtatur quam alius quilibet confessor pro maiori conformitate et ut quis non excedat neque deficiat hec sequens potest esse forma absolucionis que in fine et in forma mutatis mutandis aliter dici et cum cruce assumpsit et aliter ei qui contribuit videlicet Cum signum sancte crucis assumpsisti et temptas deo ad pugnandum pro vera fide sua contra perfidos et obstinatos hereticos obtulisti videlicet Cum pro tam sancto opere defensionis fidei contra perfidos hereticos iuxta facultates tuas et consilium confessoris tui contribuisti

Nota

Forma absolucionis

Auctoritate dei omnipotentis beatorum apostolorum eius Petri et Pauli atque sedis apostolice et domini pontificis in hac parte michi commissa absoluo te ab omnibus censuris ecclesiasticis excommunicacionis suspensionis et interdicti ab homine vel a iure generaliter prolatis et ab omnibus peccatis criminibus et excessibus tuis etiam a casibus apostolice sedi specialiter reseruatis et do tibi plenariam remissionem omnium peccatorum tuorum et etiam quantum clemencia offendisti et remitto tibi totam penam quam illorum causa diuinam clemenciam offendisti et remitto tibi totam penam quam in purgatorio propterea pati debuisses In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen

Aduertendum est duplex via circa absolucionem plenariam omnium peccatorum prima est quod talis confitens pro suo electo confessore iuxta tenorem bulle cum de omnibus suis peccatis que sunt in sua memoria preuie confiteri tenetur Si non bene super omnia peccata confessione deliberatum posse differre ab absolucione usque ad certam quantitatem ut secundum confessionem de peccatis oblitis et si non possit habere copiam primi confessoris potest confiteri alteri tenens quocienscumque dum specialiter non aliquid peccatum scienter obtineat Secunda via est quod talis confitentis post secundam absolucionem tenens quocienscumque confessus fuit de peccatis oblitis ante primam confessionem perpetrate et non de hiis que post eandem primam confessionem contraxerit et hoc tamen semel in illam duplicem viam computatur pro vnica confessione et absolucione in vita

Circa absolucionem in mortis articulo etiam potest duplex via obseruari prima est quod ipse confitens infirmus habeat intencionem expressam et ipse confessor quod absolucio ista si supervixerit non debeat sibi venire in preiudicium confessionis faciende in articulo mortis / et hoc tenens quocienscumque in ista vel in alia infirmitate confessus fuit super ista gracia etiam si postea euaserit Alia via est quod habeat implicitam intencionem quod quocienscumque in vna aut in pluribus infirmitatibus talibus confessus fuit ipse beneficium absolucionis cum suo effectu usque ad articulum mortis sibi reseruatur et hoc sic seruando vnica est absolucio licet in multiplicibus infirmitatibus fuerit repetita

Sentencia extrema depositionis et omnium dignitatum privationis per sanctissimum dominum Paulum papam contra Georgium alias Girzikum de Podiebrat hereticum occupatorem latam regni Bohemie occupatorem

Paulus papa secundus. Salvator noster dominus Jhesus Christus via veritas et vita pater agricola discipulos ceterosque fideles suos in illis instituens inquit Si quis in me non manserit mittetur foras et arescet. Cuius summi doctoris et magistri doctrinam imitantes et mandata exequentes, nos qui licet immeriti ipsius vicem gerimus in terris, palmitem tamdudum aridum et ab ipsa vera vite que est ipse salvator noster abscisum precisum in vinea domini sabaoth Georgium alias Girzikum de Constant et Podiebrad regni Bohemie occupatorem amplius ferre et inspicere non valentes, fama publica nobis ipsius Georgii hereses blasphemias et sacrilegia referente, causam inquisitionis super hiis demeritis et excessibus venerabilibus fratribus nostris Bessarioni Tusculano Johanni Portuensi et in ipsius Johannis absencia Guillermo Ostiensi episcopis ac Berardo tituli sancte Sabine presbytero sacrosancte Romane ecclesie Cardinalibus ex certa nostra sciencia commisimus examinandam, et successive coram ipsis legitimo constituto processu citatione edicta penali decreta cum prolixiori quam expediens fuerit ex benignitate prefixione termini ad comparendum et se de predictis criminibus de quibus infamatus et denunciatus fuerat coram prefatis iudicibus excusandum, et ipso non comparente contumacia accusata ac ipso ex nostra et apostolice sedis clementia et placencia si forte resipisceret et ad cor rediret etiam post lapsum dicti prolixioris termini prefixi de mandato nostro expectato, servato termino et prolixiori tela iudiciaria quam ipsorum criminum evidencia et qualitas exigeret, et in ipsis terminis singulis citationibus emissis examinatis etiam diligenter per alterum ex dictis delegatis iudicibus testibus fidedignis et ipsorum testimoniis et attestationibus fideliter in scriptis redactis, et eorum omnium que deducta et probata sunt in processu ab ipsis a nobis delegatis iudicibus habita in presentia quamplurium doctissimorum venerabilium fratrum Archiepiscoporum Episcoporum et aliorum divini et humani iuris doctrina et experientia peritorum plenaria relatione, et super hiis matura discussione, comperimus prefatum Georgium alias Girzikum fuisse et esse hereticum pertinacem credentem et in deterius semper prolabentem, hereticorum fautorem, heresumque in generali concilio Constantiensi damnatarum defensorem, blasphemum periurum, ipsumque in dictis iamdudum damnatis heresibus natum nutritum et educatum, catholicorum in regno Bohemie persecutorem, et ut talem notorie et publice a Christifidelibus ibidem et alibi existentibus habitum et pro tali seipsum profitentem. Unde nos quibus ex officio pastoralis cure hoc precipue onus humeris incumbit, ab hiis delegatis et aliis quibuscumque iudicibus causam ipsam ad nos harum serie advocantes, de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie Cardinalium ac Archiepiscoporum et Episcoporum aliorumque divini et humani iuris utriusque nobis in hiis assistencium unanimi consilio et assensu, prefatum Georgium alias Girzikum hereticum pertinacem hereticorum fautorem ac heresum iam damnatarum defensorem periurum sacrilegum fuisse et esse, ipsumque dignitate regia marchionali ducali et alia quavis si qua prefulgeat, bonisque omnibus ac dominiis temporalibus et iuribus privatum et ab ipsis amovendum, omnes et singulas penas et censuras a iure contra relapsos in heresim periuros ac fautores et defensores eorum incurrisse, in nomine sancte et individue Trinitatis auctoritate apostolica tenore presencium pronunciamus decernimus et declaramus, ac ipsum ab eis dignitatibus dominiis et bonis privamus amovemus, posterosque suos filios et liberos inhabilitamus et inhabiles fore declaramus

a dicti regni, marchionatus, ducatus et cuiuscumque dignitatis prerogativa vel electione absolventes omnes et singulos barones, civitatenses et subditos dicti regni quoscumque ab omni subiectionis homagii et fidelitatis iuramento vinculo et obligatione quacumque. Actum Rome in publico consistorio vicesima tercia mensis Decembris anno etc. lxvi°.

Nota si quis princeps secularis fuit negligens et inutilis circa regimen et iusticiam potest per papam deponi. xvij. di. c. iiij. C. et xv. q. vi. c. alius. Unde Zacharias papa deposuit Lodowicum regem Francorum. xv. q. vi. c. alius. Et Innocentius iiij Ottonem quartum de elect. c. venerabilem. Et Innocentius quartus Fredericum de sen. et re iu. ad apostolice l. vi. Et Paulus secundus Georgium de Podiebrat, ut patet in bulla precedenti super sentencia condemnat.

Quid sit hereticus et qua pena ipsi et eorum fautores receptores et defensores puniuntur

Nota quis hereticus dicatur et qua pena plectendus sit. Primo dicitur hereticus ille qui aliquam falsam opinionem de fide invenit vel inventam aut fictam sequitur. xxiiij. q. iij. heresis et fides. Vel qui circa fidem dubitat aut dubius est. de heret. c. j. Et intelligendum est esse dubium eum qui de veritate in dubietate persistit. Secus de illo qui tentatur de fide cum dolore cordis.

Secundo dicitur ille esse hereticus qui male sentit, id est credit, de ecclesie sacramentis de heret. c. ad abolendam, prout hoc materia de Bohemis.

Tercio qui male sentit circa veritatem sacre scripture. xxiiij. q. iij. heresis.

Quarto qui adversus Romanam ecclesiam agit et eius dignitatem a domino traditam auferre conatur. di. xxij. omnes. Quod similiter faciunt heretici qui nichil curant sedem apostolicam primo et blasphemant et maledicunt pape et suis, alienati ab ecclesia Romana obediencia ecclesie Romane. Propterea in hoc se ostendunt manifeste esse hereticos, ut dicitur di. xj. hoc vero ab apostolice non habet institutionis recedere. Et ibidem in c. quis nesciat ab ibi finali dicitur quod Romana sanctam ecclesiam etc. Et xij di. non decet. Canon dicit: Non decet a capite membra discedere, sed iuxta scripture testimonium omnia membra caput sequantur. Nulli ergo dubium est quod apostolica ecclesia mater est omnium ecclesiarum, a cuius nos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut filius venit facere voluntatem patris, sic et nos voluntatem impleamus matris, que est ecclesia, cuius caput ut predictum est Romana existat ecclesia. Item canon xxiiij. q. iiij. nolite. Nolite credere a domino vestris in hodierna die hoc, donec secularium statum. Sic etiam hereticus censendus, quia a sede apostolica matre sua recessit, qua quia aliunde vita nostra, ut de se tractat et sic etiam iusto iudicio dei ipsa sanctissima persona ipsius condemnando et secreta punienda hereticos extirpat, tam apostolica indulgentia contulit.

Quibus penis heretici et eorum fautores receptores etc. sunt puniendi

De penis hereticorum

Primum quod hereticus est omni honore et dignitate privatus, sicut omnes dissolutores ipsius ecclesie, tam contra turpes pacem ecclesie perstrepentes, quia ad gravamen immo sacrilegium fautores puniendi, quia ut habetur xxiiij. q. i. Cum turbantes pacem ecclesie tamen sunt puniendi.

Quadruplici ergo pena puniatur hereticus propter excommunicationem, quia omnes heretici sive occulti sive manifesti sunt ipso iure excommunicati. xxiiij. q. i. c. i. et ij. Et sic quibus labitur sive in nova sive veteri heresim excommunicati sunt ex concilio Toletano iiij. ut habetur de heret. ad abolendam. Item non solum heretici sed etiam eorum fautores, defensores, credentes et receptores eadem pena excommunicati sunt. De sen. et re iu. c. ad apostolice l. vi. Et quicumque tales fuerint presumpserint ecclesiastice sepulture excommunicati sunt, nec debent absolvi nisi propriis manibus publice extumulent et proiciant corpora damnatorum, et locus iste perpetua careat sepultura. de heret. c. quicumque l. vi.

Secundo puniuntur heretici depositione, quia indistincte sive clericus sive laicus et ipsa vel imperator vel quibus alia preditus dignitate deponitur ab omni dignitate. xl di. si papa. xxiiij. q. i. qui contra pacem

Et si officio et beneficio expoliari et si clericus sit degradari et demum quibuscumque talibus debet relinqui
arbitrio secularis potestatis debite puniendus scilicet cremandus nisi continuo post deprehensionem erroris
ad fidem velit reverti et errorem suum abiurare et satisfactionem exhibere et sic redeuntes
in perpetuo carcere detrudi. De here. c. excommunicamus ij
Item propter heresim rerum ablatione quia omnia bona eorum sunt ipso iure confiscata Sed tamen
executio ipsius confiscationis vel bonorum occupatio non debet fieri per principes seculares
antequam per iudicem ecclesiasticum sententia super eorum crimine fuit promulgata de here. Cum secundum li. vi.
Item propter militarem persecutionem quia si aliter fieri non potest manu armata sunt ab eis
omnia bona auferenda Item filij hereticorum quamvis catholici sint non habebunt bona patris
vel patre Item hereticus si convertitur ad fidem eius non restituuntur bona vel eorum fructus
si ipso iure confiscata sunt omnia de here. c. vergentis et c. Cum secundum li. vi.
Item vasalli hereticorum absoluti sunt a debito fidelitatis homagii et totius obsequij
quicumque est lapsus manifeste in heresim aliquo pacto quacumque firmitate vallato
tenebantur astricti de here. c. absolutos Idem intellige de vasallis dominorum qui sunt [illegible]

De pena receptorum et defensorum hereticorum

Item pena incurrunt credentes receptores defensores et fautores hereticorum Decernimus quod quicumque talis
est excommunicatus ut dictum est Et si non satisfecerit infra annum ex tunc ipso iure est infamis
nec ad publica officia seu consilia nec ad eligendum aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium debet
admitti nec facere potest testamentum nec ad alicuius hereditatis successionem accedere nec aliquem
iudicialiter convenire sed ipse alijs cogitur respondere Si iudex est eius sententia non valet Si
advocatus non admittitur Si tabellio eius instrumenta non valent ipso iure [illegible] Si vero
sit clericus ab omni officio et beneficio debet deponi Et illi qui tales postquam fuerint ab ecclesia
denunciati evitare contempserint debent excommunicari [illegible] hec omnia de here. c. excommunicamus
§ credentes Item omnes clerici qui talibus exhiberent ecclesiastica sacramenta vel
traderent ecclesiastice sepulture aut oblationes eorum reciperent debent privari officio
suo ad quod numquam restituentur sine indulto sedis apostolice specialiter Idem et regulares
quorum privilegia eis in illis locis non prosunt et ut dictum est c. excommunicamus § Quoniam

De pena relapsi in abiuratam heresim

Deprehensi si aliquis fuerit in abiuratam heresim recidisse seculari iudicio sunt sine ulla
penitus audientia relinquendi ut de here. c. ad abolendam Sed tamen in eis penitentie
signa apparuerint manifesta et pecierint humiliter sacramenta penitentie et eucharistie non sunt eis
deneganda eo ti. Super eo. li. vi. Item suspectus de heresi et ob hoc citatus et quia
non comparet excommunicatus est et si per annum sustinet ex tunc est velut hereticus condemnandus
eo ti. Cum contumacia li. vi. Item accusatus de heresi ut suspectus vehementer super
qua heresim in iudicio abiuravit et postea committit ipsam censetur relapsus
licet antea ipsius heresis crimen non fuit plene probatum Sed si levis fuerit suspicio
non est iudicandus relapsus sed alias gravius est puniendus eo ti. Accusatus li. vi. Item qui una
heresis specie seu in uno articulo vel sacramento erravit et postea abiuravit simpliciter heresim
si postea erraret in alio relapsus est iudicandus eo ti. Accusatus li. vi.
Item lapsus in heresim ante abiuracionem si postea hereticos receptet deducat vel
associet seu eis donet munera sive mittat vel favorem impendit et quod constat
fore hereticos ante abiuracionem iudicari debet relapsus eo ti. Accusatus li. vi.
Item xi q. iij. Absit Episcopo non obediens de dicto ore rabido detrahit et ibidem c. Si
inimicus [illegible] est inimicus eius [illegible] loqui debet [illegible]

Nota q̄d excōicati tradunt̄ Sathane xi q iii Omnes xpiani inqt canon dilectissimi qui a sacerdotib̄
excōicant̄ sathane tradunt̄ glo. cū th̄ iusta de causa excōicat̄ ut xxiiii q iii Oi quib̄ nō recte
quo sz qz ex̄ ecclesia est diab̄ sicut in ecclīa xp̄s. Et per hoc q̄rat dicit̄ tradi
qui ab ecclesiastica cōe remouet̄ unde illos q̄ros tūc aplūs sathane p̄ tradit ab ydiat
excōicatos a se esse demrat. De tali aut excōicatōe hēt̄ j Corin. v in p̄n̄o vbi
glosses Apl̄us tradit hunc hoīem cū nouerca sua peccantem sathane. Et ut tollatur
de medio uestrū qui hoc opus fecit in noīe dn̄i nri ihū tradet̄ huiusl sathane
in interitū carnis vt sp̄us saluus sit in die dn̄i nri ihū xp̄i. Ex quo textu pauli
hēt̄ qz ppt̄ pctm̄ mortale q̄s excōicari pt̄ Et ibid in Canone nichil dicit̄
nichil pt̄ debz formidare xpianus q̄ sepa̅ri a corpe xp̄i. glo. Iuste alr̄ nō obest
cū p̄ ꝯtempnit̄ stati incipit ligaē xxiiii q iii Nemo in fine q̄ excōicaō nō est
paruipendenda qz ut d̄r pt̄ q iii nec, Nemo ꝯtempnit uincula ecclesiastica non
enī hō est qui ligat, sz xp̄us qui hanc ptātem dedit, et dn̄s fecit hoīes tanti
honoris Et ait xvi deus At dn̄s Tu es petrus et sup hanc petram i. xp̄m
edi. &c. Et porte inferi i. psecutores tyrannoꝝ et temptaciones spiritum malignoꝝ
nō preualebūt aduersus eā. s. a vera fide subuertendo Et t̄ da. cla. reg. &c. nō pr̄
pr̄te sz ex c̄l p ad̄s et quodcūq ligaueris &c. Item j Corꝫ iij a. d. fundam̄ti nemo pt̄
ponere nisi id q̄d positū est q̄d xp̄us ihūs Et luc xxij Symon ecce sathanas ex-
petiuit vos i. studiose q̄sivit p temptaciones sibi vt̄ vos ut cribraret sicut triticum Ego aut
rogaui p te ut nō deficiat fides tua Et tu aliqn̄ conuersus cōfirma fr̄es tuos
Pro q̄d hylari de trini^te hoc ppriu̅ hz ecclīa ut dū psequit̄ floreat, dū opprimatur
crescat, dū ꝯtempnit̄ pficiat, dū leditur vincit, dum arguit̄ intelligit, et tunc
stat dū supari videt̄ Et q̄ fugere debemus hereticos ne ledamur ab eoꝝ
malicijs Cū a. ij corintio ꝯsidera̅ni pt̄ h' in puti separandi et in futuro ab
electis dei excludi p̄na vt dicit̄ in Canone Engiltrenda iij q iiij Excepto
a supna sorte separat Oz anathema ab ipso corpore xp̄i q̄d est ecclīa
Et. Anathema est maior q̄s excōicaō xi q iij Oi q̄s corꝫ

Decretum Concilii basilien. sup. Conceptione virginis gloriose genitricis dei marie

Sacrosancta generalis Synodus Basilien. in spiritu sancto legittime congregata universalem ecclesiam representans, ad perpetuam rei memoriam. Elucidantibus divina misteria mercedem gloriosam promisit eterna patris dei sapientia dicens Qui elucidant me vitam eternam habebunt. Quod cum de gloriosa virgine que ipsam patris sapientiam dei filium eternum in utero protulit ac mundo peperit, sacrosancta legit ecclesia, ea que de dignitate et sublimitate virginis matris educuntur ad lucem hoc non dubium est, ad laudem et honorem dei filii sui pertinere, et quod honorificat gratiam et sanctitatem matris, honorificat et elucidat gloriosum nomen filii eius, qui ipsam sanctificavit et replevit gratia. Unde si in ceteris rebus elucidatio veritatis a domino deo est petenda multa profundius mea re precaluit, [ipsius] veremus afferre speranda est que sanctificatum et dedicatum templum condidit illud in quo ante secula antequam terra fieret et ab eterno sibi mansionem ordinavit. Prima etiam veritas sequitur morte congruit ut pax habeatur in questionibus contrarietatibus sanctitatis illius per quam pax diffusa est in terris. Hactenus vero difficilis questio in diversis mundi et coram hac sancta Synodo super Conceptione eius gloriose virginis marie matris dei, et exordio sanctificationis eius facta est, quibusdam dicentibus ipsam virginem et eius animam per aliquod tempus vel instans subiacuisse actuali originali culpe, aliis autem dicentibus a principio creationis sue deum ipsam diligendo gratiam et contulisse per quam a macula originali illam benedictissimam personam liberavit et preservavit sublimiori sanctificationis genere redemit ut fundaret [ipsam] eam per altissimum et ipsam sanctificavit ut esset mater eius intacta. Nos vero visis diligenter fabricaret filius dei patris, ut esset mater eius intacta. Nos vero [visis] diligenter inspectis auctoritatibus et rationibus que iam a pluribus annis in publicis relationibus ex parte utriusque doctrine coram hac sancta Synodo allegate sunt, aliisque plurimis super hac re visis matura consideratione pensatis, doctrinam illam asserentem gloriosam virginem dei genitricem mariam preveniente et operante divini numinis gratia singulari nunquam actualiter subiacuisse originali peccato, sed semper immunem fuisse ab omni originali et actuali culpa sanctamque et immaculatam tamquam piam et consonam cultui ecclesiastico fidei katholice, recte rationi et sacre scripture ab omnibus katholicis approbandam fore tenendam et amplectendam diffinimus et declaramus nullique de cetero licitum esse in contrarium predicare seu docere. Renovantes preterea institutionem de celebranda sancta eius conceptione que tam per romanam quam per alias ecclesias vi. Idus decembris antiqua et laudabili consuetudine celebratur. Statuimus et ordinamus eandem celebritatem prefata die in omnibus ecclesiis monasteriis et conventibus christiane religionis sub nomine Conceptionis festivis laudibus colendam esse. Cunctisque fidelibus vere penitentibus et confessis eadem die misse plenis centum dies, primis et secundis vesperis totidem. Sermonem verbi domini de eadem festivitate intersunt quinquaginta dies Concessione preterea temporibus durantibus de iniunctis sibi penitentiis relaxat. Dat. basilee in sessione nostra publica in ecclesia maiori basilien. solemniter celebrata xv kalendas octobris a nativitate domini anno MCCCCXXXIX

Amelich ypplm ipsa Gelehen

Incipit epistola beati Jeronimi
Ad paulinum presbiterum

Obsecro te Pauline carissime ut multitudines hominum et salutaciones et convivia veluti
quasdam cathenas fugias voluptatum. Sit tibi vilis refeccio vespertina olera et legumina
interdumque pisciculos pro summis deliciis reputa. Nam qui christum desiderat et illo pane vescitur
non querit magnopere quam de preciosis cibis stercus conficiat. Vinumque vino reddas, vinolentos
sacerdotes et apostolus condempnat et vetus lex prohibet qui altari serviunt vinum et siceram non
bibant. Quicquid inebriat et statum mentis evertit fuge similiter ut vinum. Tantum tibi
pondus ieiuniorum impone quantum ferre potes. Sint tibi ieiunia casta, simplicia, modesta
et non superstitiosa. Quid prodest oleo vesci et molestias quas prestant ciborum querere. Quia
igitur frater interrogas per quam viam incedere debeas, revelata facie tecum loquar. Si cupis
esse ut dicis monachus, id est solus, quid facis in urbibus que utique non solorum habitacula
sed multorum. Semper in manu tua sacra sit leccio, et nullo tempore desit quod doceas. Et flexo corpore
mens erigenda est ad deum. Crebre tibi sint vigilie et ventre vacuo non sepe dormiendum.
Secularium et maxime potencium consorcium devita, licet simplicitate columbe nec
unquam machineris malum, et serpentis astuciam ne aliorum insidiis supplanteris.
Non multum distat a vicio vel decipere posse vel decipi. Templum dei anima credentis
est. Illam exorna, illam vesti, illi fer donaria, in illa christum suscipe. Nescio enim quo
plus placeat in deo qui christo displicet. Psallendum est ut sine intermissione orent vaces et
vigiles. Sit tibi sensus ne cogitacionibus vagis pateas. Corpus et pariter animus tendat ad
dominum. Iram vince paciencia. Ama scienciam scripturarum et carnis vicia non amabis.
Nec vacet mens tua variis perturbacionibus que si in te insiderint dominabuntur
tui et te deducent ad delictum maximum. Facito et aliquid operis ut te dyabolus semper inve-
niat occupatum. Manus tue nullo tempore divinis libris vacue sint. Adolescenciam tuam
ad meyns vat' swest' son Die sagen auch vnrecht wann meyn halben swest'
son ader meyns halben bruder son ist gleiche nahe meyn erbe zu
nemen mit meyns vat's bruder ader swest' sone Wenne sie stehen halben
vnd zyhen sich gleiche zu der sippe vt s' in septa regula

Item sagen etliche das meyn bruder von folle geborn solle neher sein meyn
erbe zu nemene dann meyns sums son Die sage auch vnrechte vnd dorume
das meyns sums son stehet in recht' lineen niederwart vnd bruder stehet
sithalben linde dorumb ist meyns son son neher denn mein bruder
vt s' in quta regla

Das die obne geschreben sproche vnredlich sein das vindith man eygentlich
also den bome oben gesetzt geschreben vnd auch also dem bomhime
dorumme eyn iglicher selbir eben merken sal die lineen vnd auch
die glied noch solicher vndirscheydunge also obene stehet geschreben

legitimi et naturales ut sunt nati ex uxore legitima et illi succedunt parentibus exclusis ascendentibus et collateralibus [illegible] lege xii tabularum [illegible]

de hereditate quae ab intestato defertur [illegible] intestatorum [illegible] de suis et legitimis heredibus [illegible] in [illegible]

de heredit[ate] [illegible] ab intestato [illegible] filius est [illegible] heres [illegible] debita [illegible] naturalis [illegible]

[illegible]

[illegible] legitimorum [illegible] naturalibus [illegible] liberis [illegible]

[illegible] ab intestato [illegible]

[illegible]

318

291

Aut sunt neque legitimi neque naturales ut sunt procreati ex damnato coitu illi non succedunt [illegible] ... vide ibi glo. [illegible] ... vel aut [illegible] ... vide aut [illegible]

Aut filii et nepotes illi equaliter succedunt [illegible] de her. ab intestato [illegible] ... nepotes [illegible] succedunt in locum [illegible] ... in successione [illegible] ... nepotes non succedunt in locum [illegible] ... in fraude [illegible] ... reliquit filium et alium nepotem [illegible] ... liberti ut [illegible]

Aut defuncti [illegible]

Aut fratres [illegible] ... ad hereditatem [illegible] ... de her. ab intestato [illegible] ... ut in dicto [illegible]

[illegible]

Aut ex una parte [illegible] ... defuncto relique

[illegible]

Aut non [illegible] ... succedunt [illegible] ... collateralibus [illegible]

[illegible]

De successione [illegible]

[illegible]

Aut ex una parte [illegible] ... relique

[illegible]

Aut non [illegible] ... collaterales [illegible]

De successione [illegible]

[illegible]

Fratres consanguinei [illegible]

Aut unilaterales [illegible]

Aut amitae et [illegible] ... de her. et [illegible]

feudu[m] paternu[m] d[icitu]r a[c]q[ui]situ[m] a p[ro]genitoribus sit q[ue]situ[m] ut i c. de na[tura] succe[ssionis] feu[di] [illegible] vocat[ur] feudu[m] dicit[ur] novu[m] q[uo]d [illegible] de novo e[st] co[n]cessu[m]

Ascendentiu[m] iste gradus removet[ur] in feudis q[ua]m superiores inferiorib[us] no[n] succedunt ut pr[o] filio ut i c. de na[tura] succe[ssionis] feu[di]

Legitimus et n[atur]alis est aut est — Legitimus ex post facto et in feudo no[n] succedit ut i c. n[atur]ales si de feu[do] [illegible]

Aut no[n] q[ui] ab stirpe sunt leg[itim]i et tu[n]c a[d] feudum — Marchie ducatus vel comitatus et no[n] succedit ut i c. de feu[do] march[ie] duc[atus] et comi[tatus] [illegible] ab imperatore acceperit investituram ut l. d[icitu]r. Sed hodie [illegible] est [illegible] q[ui]a [illegible]

Masculum sexus et tunc aut filius — N[atur]alis tantum iste no[n] succedit ut si n[atur]ales si de feu[do] contra fuit — Gastaldie et castaldie tu[n]c etia[m] no[n] succedit ut i c. de feu[do] [illegible] et castal[die]

Descendentiu[m] isti sunt duplex — Adoptiuus iste etia[m] in feudo no[n] succedit ut i c. adoptiuus filius si de [illegible] fuerit — Militar[is] [illegible] patriu[m] sive novu[m] et tunc — Filius [illegible] seu marganaticus no[n] succedit ut de filiis natis in m[atrimonio] ad marganaticu[m] [illegible] c.

Aut no[n] q[ui] filius [illegible] si alii legitimi et n[atur]ales et tu[n]c succedit ut in c. de feu[do] succe[ssionis] et de gra[du] succe[ssionis] i feu[do] c. [illegible] succedendis [illegible] est causa [illegible]

Descendentiu[m] — Femin[inus] sexus iste in feudo no[n] succedit ut de gra[du] succe[ssionis] in feu[do] c. [illegible] ad filios no[n] et de succe[ssione] feu[di] c. [illegible] filia no[n] et q[uod] feudu[m] [illegible] aut [illegible] sit feu[dum] [illegible] ea condic[io]ne [illegible] et tu[n]c succedit [illegible] masculis ut de succe[ssione] feu[di] [illegible] filia [illegible] ut Abbate [illegible] etia[m] [illegible] tu[n]c succedit [illegible] masculus et h[oc] colligi[tur] de [illegible] masculis et [illegible] conveniunt [illegible] descendentes ex masculo

Collateraliu[m] et tu[n]c aut sunt — De ordine cognatoru[m] et illi a feudo removentur ut de gra[du] succe[ssionis] in feu[do] c. [illegible] filios no[n] — Et facit de [illegible] c.

De ordine agnatoru[m] et tu[n]c a feudo est — Paternu[m] et tu[n]c succedunt [illegible] filios [illegible] no[n] [illegible] succedit ut de gra[du] succe[ssionis] i feu[do] c. [illegible] desce[n]dentibus et [illegible] feudu[m] [illegible] c. Et de [illegible] succe[ssionis] i feu[do] c.

Aut novu[m] et tu[n]c aut e[st] pactu[m] factu[m] ut — Succede[re] debeat et succedit ut de [illegible] succe[ssionis] c.

Aut no[n] et tu[n]c aut feudum est [illegible] — A co[m]muni [illegible] et tu[n]c aut [illegible] — Sciente et no[n] contradicente et tu[n]c succedit nisi [illegible] [illegible] ut de [illegible] de novo bene[ficio] investi[tura] c.

Aut ignorante et tu[n]c no[n] succedit [illegible] feudu[m] [illegible] aut

Aut a [illegible] et tu[n]c no[n] succedit ut de [illegible] succe[ssionis] c. [illegible] desce[n]dentibus et descend[entibus] de novo bene[ficio] investi[tura] c.

No[n] de iure [illegible] feudali q[uo]d ab [illegible] dict[is] [illegible] [illegible] clare habebit[ur]

De iure Saxonu[m] tolle talem regulam Filius p[at]ri succedit in feudo inferiores no[n] ne[que] ascendentes ne[que] collaterales [illegible] regula h[ab]et[ur] lehnr[echt] c. xxi [illegible] dicit textus [illegible] et [illegible] keyn man [illegible] lehen danne alleyne der [illegible] nepos in feudo avo suo no[n] succedit [illegible] [illegible] welch gut eyn man [illegible] gelberen mochten hot und [illegible] [illegible] ist denne magk her nicht volgen an eynen andern herren noch erbe an seyne son. Ex h[iis] nota [illegible] iure Imperiali et Saxonum. De iure e[nim] Saxonu[m] nepos in feudo avo suo no[n] succedit. Sed de iure Imperiali succedit ut h[ab]et[ur] [illegible] posita et de [illegible] succe[ssionis] in feu[do] c. [illegible] textus mortuo eo q[ui] [illegible] tenebat [illegible] filios [illegible] masculis [illegible] nepotib[us] [illegible] masculi [illegible] agnati [illegible] h[ab]et[ur] de iure feu[di] c. [illegible] textus [illegible] filii succedit [illegible] ut nepotes [illegible] in loco [illegible]

Secundo no[n] alia [illegible] de iure Imperiali [illegible] frater in feudo [illegible] succedit et [illegible] agnatus [illegible] ut [illegible] de iure Saxonu[m] [illegible] post [illegible] bonoru[m] feudaliu[m] no[n] succedit nisi de novo [illegible] feudi [illegible] investitur lehnr[echt] c. [illegible] [illegible] sich aber teylen [illegible] hat nicht [illegible] des landern gute [illegible] der ander stirbit [illegible] [illegible] das [illegible] dor an gelegen. Et [illegible] ad [illegible] investitura[m] [illegible] [illegible] cognatu[m] et agnatu[m] sive [illegible] [illegible] ille sit q[ui] est [illegible] investitus h[ab]et[ur] [illegible] der [illegible] mit andern [illegible] [illegible] ist [illegible] sine herede masculo [illegible] feudu[m] devolvit[ur] ad [illegible] [illegible] sive [illegible] sive [illegible]

Nota [illegible] sit q[ui] nat[us] ex eod[em] p[at]re [illegible] ex ead[em] m[at]re [illegible] p[at]re [illegible] de [illegible] [illegible] [illegible]

dra

Egidius de tribus malis que sunt in mundo

Reuerendo patri domino dilmonen frater Egidius bituricensis archiepiscopus
R. P. d. Supplicavit dominus dilmonensis vobis tres sermones mitte
de tribus que sunt in mundo. Ita est quod est in mundo ut dicit Johannes in prima
canonica ii c. est concupiscentia carnis oculorum et superbia vite. Iuxta que tria
sumuntur tria vicia Gula avaricia et superbia. Ita gula respicit concupiscentiam
carnis Avaricia concupiscentiam oculorum Superbia superbiam vite. Secundum hec sumuntur temp-
tationes nostre. quia de istis tribus fuerunt temptati primi parentes fuit temptatus
christus et nos cottidie temptamur. Primi enim parentes fuerunt de pomo (temptati)
vetito fuerunt temptati de concupiscentia carnis quia bonum fuit eis cibus sic dicitur fuerunt
temptati de superbia vite Et eritis sicut dii quod addebatur scientes bonum et malum fuerunt
temptati de avaricia ut avaricia capiatur large pro omni concupiscentia habendo
ut ipsa scientia in [illegible] est bonum concupiscibile dicitur ex ea quibus audivit [illegible] mod-
nate concupiscit eam. Sic et ipse christus de illis tribus temptatus fuit. De
gula sive de concupiscentia carnis temptatus fuit cum dixit ei dyabolus si filius
dei es dic ut lapides isti panes fiant. De avaricia sive concupiscentia oculorum
temptatus fuit cum duxit eum dyabolus super montem excelsum valde et ostendit
ei omnia regna mundi et omnem gloriam eorum et dixit hec omnia tibi dabo si
cadens adoraveris me. Sed de superbia vite temptatus fuit cum duxit eum
dyabolus super pinnaculum templi et ait. Si filius dei es mitte te deorsum
ut ex hoc [illegible] superbia suggerit quia sine lesione hoc facere poterat propter custo-
diam angelorum. Sic et nos ipsi cottidie vel temptamur de concupiscentia carnis
quantum ad bonum delectabile vel oculorum ad concupiscentiam [illegible] quantum ad bonum
utile vel de superbia vite quantum ad bonum honorabile. Secundum enim sententiam
sapientum non est nisi triplex bonum delectabile utile et honestum. Et quia nullus
appetit nisi bonum apparens vel verum nullus temptatur nullus peccat
nisi ex inordinato appetitu alicuius boni. Ita secundum dyonisium 4 de divinis nominibus
Nemo aspiciens ad malum agit quod agit. et secundum eundem ibidem malum
est preter voluntatem et preter intentionem et ideo in eodem dicitur quod malum non
agit nisi in virtute boni. Malum enim malum esse sit quedam privatio
et privatio desit ens non sit non potest esse quod ullum sub ratione mali [illegible]
agit vel propter agit sub ratione hoc est sub ratione boni apprehensi vel sub
ratione boni in quo fundatur et quia non est nisi triplex bonum ut est prohibita
manifestum est temptationes nostre ad illa tria genera reducuntur que dicunt esse
in mundo quia secundum ea [illegible] homines in peccata labuntur. Insequimus gratia illud
hic opus vel secundum [illegible] tria vicia secundum quod inordinate appetuntur predicta tria
bona et secundum tria que dicunt esse in mundo tres sermones componam et hec
secundum ordinem quem tangit Johannes in canonica sua. primus agendum esset de concupiscentia
carnis sive de gula cuius filia est luxuria postea de concupiscentia oculorum
et tertio de superbia vite. primo vero de concupiscentia carnis licet enim quo ad
nos prius sit concupiscentia carnis quia puer antequam habeat rationis usum
delectatur sugendo mamillas et postea est concupiscentia oculorum quia puer cum
videt aliquid pulcrum ut intueri videt pomum aureum delectatur et appetit
illud et postea superbit et efficitur elatus inrita. Tamen [illegible] ista sunt
alium ordinem quia bonum honorabile est excellentius quam utile Ita
homo dat omnia sua ut honorem habeat et vituperium fugiat. Et bonum

Malum est preter voluntatem et intentionem

Malum non agit nisi in virtute boni

utile videtur excellencius quam bonum delectabile quia homines quandoque a bonis delectabilibus
abstinent ut utilia bona possint acquirere / Sed quoniam secundum ordinem dictum est prius de superbia
que respicit bonum honorabile / et postea de avaricia que respicit utile / postea
de gula cum filia sua luxuria / que respicit delectabile / Est autem et alia causa
quare ista sic ordinentur quia superbia et avaricia / videntur accepta secundum peccatum
generalia / In omni enim peccato superbia incipitur est ibi accessio ab incommutabili
bono et est ibi aversio incipitur et ibi ad commutabile bonum conversio / Nimis enim
superbus est qui non vult deo subesse / et nimis avarus qui propter commutabile
dimittit deum eternum / Ergo prius de superbia et avaricia quam de gula quia illa sunt
generaliora / et prius de superbia quam de avaricia quia est formalior in peccato
libet enim utrumque sit in peccato / superbia propter aversionem a deo / avaricia
propter conversionem ad mundum / formalior tamen ibi est superbia id est aversio / quam avaricia
id est conversio / Est peccatum magis secundum rationem peccati in eo quod homo avertit se a deo / quam
ex eo quod convertit se ad mundum / Ideo prius fuerunt sermones de superbia secundo de avaricia
tercio de gula / Dicamus ergo incipientes et assumentes pro themate
pro[thema] Increpasti superbos et qui declinant a mandatis tuis maledicti. Illud dicit
Ptolomeus et narratur in prohemio almagesti / Ille sapientior est inter homines qui
minus curat in quo manibus sit mundus / Sed si homines curatos de humana
pompa et gloria manerem libenter se implicant secularibus negociis
Si hec vitare volumus omnino mundana debemus contempnere ita quod dato quod diviciis
affluant non debes ibi cor apponere / Magna ergo sapiencia est de mundanis
non curare / Cum ex tali cura et ex tali pompa eligamus in superbia
et ex hoc parata sunt simul cum cetera / ymmo volens in superbia se erigere
cupiens se mundanis immiscere non solum maculat se vinculis peccatorum ad
culpam sed eciam implet se maledictione quantum ad penam / Et quia quidam sapientes
decentur et emendatur verbi dei ad hoc dicitur audientes induce ut sint adeo
sapientes ut non se in superbiam erigant / non curent in quo manibus sit
mundus / non se conferat ad hec commutabilia bona cum ex hec simul
ortum est delictum / Ideo si possem vos ad hoc inducere vellem ut superbia
relinqueretis que est initium omnis peccati quantum ad culpam non valeris adherere
illi id est superbie ne impleremini maledictione quantum ad penam / Est enim
summa stulticia adherere superbie ex qua consequitur tota culpa et tota
pena / et per locum ab opposito est summa sapiencia humilitatem amplecti
Dux ubi humilitas ibi sapiencia est / Ergo cum a nobis superbiam / adhuc minime
vos inducere possum ut vitatis superbia et per consequens stulticia
adhereatis humilitati et sapiencie / Ideo circa sermonem omnium peccatorum superbia
licet ex hac auctoritate assumpta factum sit prothema
facere thema / Cum ergo ipsa auctoritas nos inducat ut cum superbos aliquos
compulsemus / Primo videndum quo se habeat superbia ad alia capitalia vicia
Et quo respicit unus capitalium viciorum / ymmo quia de hiis capitalibus
viciis iuxta que sunt in mundo intendimus sermone facere / primo sunt
capitalia vicia enumeranda / et postea descendendum est ad specialem
materiam / Morum viciorum et eorum capitalium assignatur autem capitalia vicia
septem scilicet superbia / avaricia / gula / luxuria / accidia / invidia et ira

multa vicia

Dicuntur autem hec vicia capitalia quia ex quibus harum viciorum sunt oriri sicut ex capite illud a quo multa membra ordinantur et sic methaphorice dicitur caput filiorum. Et rex eorum pro quo sunt in regno sic per quandam methaphoram quasi filiorum dicitur vicium capitale quia ex quibus tamquam ex capite multa diriviantur vicia

Unde autem horum sit accipitur quia primum ex ordinacione animi fit hoc duplici aut quia inordinate se habet pro primo sed inordinate in bonum tendit Secundo quia racione alicuius anexi inordinate et indebite a bono resiliat. Dico racione alicuius anexi quia bonum ut bonum quilibet appetit Si autem aliquis bonum refugiat hoc non est propter se sed racione alicuius gravedinis vel alicuius incomodi quod sibi anexum est. Si bonum esse sanum ipse leprosus qui libet diligit sanitatem sed si aliquis sanari nescit vel hoc quia displicent sibi pociones sumere vel propter aliud incomodum quod sibi videtur sibi imminere sed sanitatem habeat Quodcumque ergo primum non potest esse nisi alterum horum modorum vel quia indebite et inordinate bonum volumus vel quia racione alicuius anexi bonum indebite et inordinate effugimus Cum ergo sit triplex bonum scilicet secundum philosophum in ethicis videlicet honestum sive honorabile. delectabile et utile Et sed delectacio potissime consistit in duobus videlicet in esu qui ordinatur ad conservacionem corporis et ad bonum individui Et in coytu quod ordinatur ad procuracionem filiorum et ad bonum speciei. Quadruplex potest bonum inordinate appeti vel quia petimus inordinate bonum honorabile cuiusmodi est dominari et excellere et ceteris huiusmodi et tale hoc dicitur superbia Secundo appetere possumus bonum utile cuiusmodi est pecunia et hec mundana et quod sic inordinate inquiritur et tale hoc dicitur avaricia Tercio inordinate petere possumus bonum delectabile quantum ad esum quod ordinatur ad conservacionem corporis et ad bonum individui et tale hoc inordinate volitum dicitur gula Quarto inordinate velle possumus bonum delectabile quantum ad coytum quod ut deus ordinavit natura ad procuracionem filiorum et ad bonum speciei et tale hoc inordinate volitum dicitur luxuria

Quatuor ergo existunt vicia capitalia prout inordinate bonum volumus scilicet superbia quantum ad bonum honorabile Avaricia quantum ad bonum utile Gula et luxuria quantum ~~delectabile~~ ad bonum delectabile quod quo distinguendum est plenius manifestum Reliqua vero vicia capitalia sumuntur ex eo inordinate a bono retrahunt vel inordinate refugiunt bono racione alicuius anexi Nam accidia retrahit nos a bono spirituali racione alicuius laboris anexi Ille enim dicuntur accidiosi qui ita gravantur in animo ut propter laborem aliquem anexum nil boni operari volunt Sic eciam invidia resilit bono et opponit se bono racione alicuius anexi ut quia videt aliquis quod bonum alterius propter propriam excellenciam impedit. Ideo racione alicuius anexi ne propria excellencia impediatur invidet bono eius

Eodem autem modo et ira opponit se bono alterius et insurgit in malum eius racione alicuius anexi ut si aliquis videt se contempni vel parvipendi propter huiusmodi parvipensionem opponit se bono alterius et insurgit in malum eius Ideo 2o rethoricorum dicitur ira est appetitus puniendi propter apparentem parvipensionem Ira et invidia videntur concordare quia utraque appetit malum alterius racione alicuius anexi ne parvipendatur Ideo dicitur iob v. quod parvulum occidit invidia ira ne quis parvipendatur et ne obfuscetur excellencia eius invidet bono alterius et cupit detraccionem et malum eius Ideo in hoc eodem modo contingit ira quod quis appareat parvipensus et non appareat excellens dupliciter potest contingere videlicet per obfuscacionem et per contumeliam operacionem videmus enim quod claritatem candele aliter tollit sol et aliter ventus Sol enim tollit eam per obfuscacionem quia maioris luminis superveniente minus lumen obfuscatur Sed ventus tollit

Margin notes: honorabile; inordinate; utile; delectabile; accidia; invidia; ira

hmi^9 clarit^e p^r conciam opacon^s qua extinguit eam Invidus ergo insidiat^r
bono alteri^9 ne appareat p^rmus eo q^d ille sit exaltatus / Iratus apponit
se bono alteri^9 et desiderat p^unicon^s ei^9 q^r videt^r esse p^rmi p^enstus eo q^d ille
fuit ei inimicatus vel fuit con^t eum aliq^d inconveniens operatus / Remanet sunt
ista vicia vi^z avaricia gula luxuria superbia sumunt^r ex eo q^d aliq^s
inordinate bo^m velit / Sequentia tria vi^z accidia
invidia ira sumunt^r ex eo q^d aliq^s ratione alicui^9 anexi bono se apponit / Hec
aut tria vicia sic distinguunt^r q^r homo vel refugit vel apponit se ratione
alicui^9 boni anexi p^rprio vel alieno / Si p^rprio sic e^ accidia q^r ratione laboris
anexi vel alicui^9 tedij bono p^rprio se oppo^t ut accidiosus exequi non velit
aliquod bonum spirituale / Si vero ratione alicui^9 ~~boni~~ anexi non bono p^rprio sed
alieno se oppo^t ut diligat ei^9 malum vel h^c e^ ne appareat p^rmus eo q^d
ille sit exaltatus et sic e^ invidia / vel ne appareat p^rmi p^ensus eo q^d ille
sit ei inimicatus et sic e^ inconveniens operatus effectus ira / Et quo q^d ille
h^9 p^rima quatuor vicia priora sunt ceteris sequentibus quia quod appareat
p^rmus eo q^d est parvus / et q^r tendit in bonum e^ ipse bonum aut respicit
non sit esse ipse sed parvus / Vicia illa quatuor q^r sumunt^r ex eo q^d inordinate
bo^m cupit priora sunt aliis tribus q^r accipiunt^r ex eo q^d inordinate
respuunt / Rursus inter illa quatuor aliquomodo superbia videt^r tenere p^rmatum
quia bo^m honorabile in quod inordinate tendit superbia e^ excellentius
aliis viciis / Ostenso ergo de superbia dicetur / Dicet^r q^d in auctoritate p^rposita
q^r legit^r Eccl. x. duo inducunt^r vel superbia vitanti^r / Una sumitur
ex vilitate culpe / Secunda ex gravitate pene / Sunt enim quidam duo
qualitates mali vicia cohibendi / Una quia sunt adeo boni q^d ex sola
vilitate viciorum ex sola bonitate virtutum inducunt^r et vicia deserere
et virtutibus inherent / Sed alij sunt adeo perversi q^d nisi eos timor retrahet
nunq^m a malo desisterent / et quia superbia ita nos maculat q^d nos deformat
ad de vicium / cum sit inicium omnis peccati / Rursus q^r ipsa eadem superbia
ad tantam penam nos ordinat q^d si adhereamus replebimur maledictionibus
/ Ideo tu^m ex infectione culpe cum obligacione pene sufficit inducimur ut superbiam
detestemur / In auctoritate p^rposita duo notantur / Una p^rma ostendit^r q^d debemus
detestari superbiam ratione culpe per quam inficimur / Secunda innuit^r q^d debeamus
detestari ratione pene quam incurrimus et ad quam obligamur / P^rmum notatur
cum dicit^r Inicium omnis peccati e^ superbia / Secundum cum dicit^r Qui tenuerit
illam replebitur maledictis / Si enim quelibet culpa aliam infert et vivat tur
e^ culpa fugienda / Illam tamen magis debemus fugere que cum omnem viciat
sm^ q^d e^ eciam inicium et causa q^d cetera p^r culpas alias viciat / quia e
unde possumus q^d superbia non solum sit vicium et parum inficit / sed et sit inicium
omni / apparebit q^d sit potissime detestanda / Quod aut^ superbia sit maxima peccatum
p^r p^r verbum glo. sup^r ps^a emundabor a delicto maximo / i. superbia / Rursus
hoc non e^ inutile insistendum quia fere tota scriptura clamat contra superbiam / ut d^r glo. Secundum
superbia / Sed ostendendum est qualiter sit inicium omnis peccati / Propter quod sciendum
q^d in p^rologo contra (?) distingunt^r quot modis d^r inicium / Causa quot modis dicitur
causa tot modis dicitur / quelibet enim causa habet rationem p^rncipij / Unde et ibidem
habet^r q^d omnes cause sunt p^rncipia / ergo cum cause sint quatuor vi^z materialis formalis

,, inicium ,,

efficacis et finalis. Dicere possumus quod omnibus hiis quatuor modis superbia est initium quasi
mali. Secundo est huius initium formalis. Tertio finalis et quarto efficiens. Malum autem
superbia dicitur initium omnis peccati quia peccatum primorum parentum fuit superbia Ecclesiastici x.
Initium hominis superbie apostatare a deo. Parentes enim nostri volentes esse sicut dii scientes
bonum et malum et credentes persuasionibus serpentis pomum vetitum comederunt.
Et nam licet ibi fuit peccatum gule principaliter tamen ibi fuit peccatum superbie quia
fuit ibi inordinatus appetitus proprie excellencie quia volebat esse sicut dii. Ex primo
autem peccato parentum causata est in nobis rebellio virium que est fomes omnis
peccati. Imaginari enim debemus quod ade fuit collata quedam originalis iustitia
per quam corpus erat subiectum et subditum anime, et vires inferiores subiecte erant
rationi. Hanc autem iustitiam et hoc bonum nisi adam non peccasset transfudisset
in omnes posteros. Eo vero peccante facta est rebellio virium, statim caro con-
cupiscit adversus spiritum et spiritus adversus carnem. Et tunc videt aliam legem in membris
suis repugnantem legi mentis sue et captivum se ducentem in lege peccati. Hanc
autem rebellionem virium et hanc legem sic captivantem non solum nos in nobis
experimur sed et ipse apostolus in se experiebatur ut dicitur ad Romanos vii. Ex superbia autem que fuit
peccatum primorum parentum facta est rebellio virium et intravit in nos peccatum
et intravit in nos fomes peccati ad Romanos v. Per unum hominem in hunc
mundum intravit peccatum et per peccatum mors. Quia ergo per superbiam facta in adam fuit
rebellio virium que dicitur fomes peccati et sic huius rebellio et huius fomes trans-
fundit in omnes nos, dicere possumus quod quomodo superbia est initium omnis peccati quod
omne peccatum initium habet ex fomite peccati et rebellione virium. Est
fomes peccandi omnis peccati quasi materia peccandi. Illa enim dicitur de materia que est in potentia ad formam et quanto
est maior habilitas ad introductionem forme tanto illa est materia propinquior ut
cuprum magis est materia prima ydoli quam terra quia ex terra non fit ydolum nisi per
multas transmutationes sed ex cupro fit ydolum facilius et habilius quia non transmu-
tata. Esse autem pronum ad aliquid et habere habilitatem illud reducitur ad causam
malorum [illegible] tamen ergo ex rebellione virium et ex fomite peccati sit in nobis
quedam habilitas et quedam pronitas ad peccandum, rebellio virium vel fomes peccati materialiter
et quodammodo initium omnis peccati et culpe et quia per peccatum primorum parentum quod
fuit superbia ut supra dictum est facta est in nobis rebellio et fomes peccati que
habitando in nobis materialiter sit initium omnis peccati, dicere possumus quod [illegible] maxime est
superbia initium omnis peccati quia tanta est labes huius delicti tanta est perversitas
huius culpe quia quodammodo ut dictum est sunt initium omnis peccati. Ideo superbia est vitanda.
Et ideo [illegible] Thobias filium suum ut dicitur Thobie iiii instruxit ut superbiam
precaveret dicens Superbiam numquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas.
In ipsa autem sumpsit initium omnis perditio. Et quia quasi malum [illegible] perditio et omnis
culpa ex superbia sumit initium bene dictum est quod superbia est precavenda. Viso quomodo
superbia est initium omnis peccati materialiter ex eo quod ex ipsa sumpsit originem fomes peccati
et rebellio virium, restat videre quomodo superbia sit initium peccati formaliter. Propter quod sciendum
quod in omni peccato sunt duo videlicet aversio ab incommutabili bono et conversio ad commutabile bonum.
Sola enim aversio non potest sufficere ad peccatum quia omne peccatum est voluntarium primo
a deo voluntarium quod si non esset voluntarium non esset peccatum ut augustinus in libro de libero
arbitrio. Malum autem sub ratione mali non potest esse volitum. Ideo aversio a deo
per se loquendo non potest esse volita. Quilibet enim peccans requirit aliquod commutabile
bonum cum quo se avertit ab incommutabili bono. Sola enim aversio non sufficit
ad rationem peccati quia ut dicebatur aversio per se esse volita non potest. Rursus nec sola conversio

Marginal notes:
quomodo malum superbia est initium omnis peccati
appetitus
Male in superbia
peccati
quomodo formaliter est superbia initium omnis peccati

sufficit ad rationem culpe, quia si aliquis ita se converteret ad commutabile bonum quod in nullo
se averteret ab incommutabili bono non esset ibi similiter ratio culpe, ergo utrumque vel concurrit
et aversio et conversio. Aversio se tenet ad culpam licet sit formale et principale. Conversio vero
se habet quasi materiale. Ductus enim quod bonum commutabile ad quod se convertit peccans est quasi
materia culpe. Formaliter tamen completur ratio culpe ex eo quod quis se convertendo ad bonum commutabile
se avertit a bono incommutabili. Sic igitur ergo in peccato sunt duo. Cupiditas tenet conversionem
quia nimis est avarus cui non sufficit deus. Valde enim est cupidus cui non sufficit
deus, convertit se ad aliquod bonum temporale. Ideo ex eo quod peccans se convertit ad bonum commutabile
est ibi cupiditas. Sed ex eo quod se avertit a bono incommutabili est ibi superbia. Nimis
enim superbus est qui vult se a deo avertere et non vult ei subesse, quia si in conversione
notatur cupiditas in aversione superbia. Cum in omni peccato hec duo concurrant, videlicet conversio
ad commutabile et aversio ab incommutabili, sic in omni peccato erunt duo, cupiditas et superbia.
Verum ut dicebatur in peccato aversio est quasi quoddam principale et quoddam formale. Cupiditas vero
quoddam materiale. Ideo superbia est formalior in peccato quam cupiditas. Et hoc sic bene dicimus
est quod dicebatur superbia est initium omnis peccati et formaliter. Cum in peccato aversio et superbia
sit prior et formalior quam conversio et cupiditas. Videndum tamen ne auditores
fallat et ne credat nos in verbis dictis repugnantias dicere, quia cum dicebas
supra superbia esse initium omnis peccati quasi materialiter non competat ei quod modo dicimus
quod ipsa sit initium omnis peccati quasi formaliter, quia superbia non accipitur eodem modo hic et ibi.
Nam superbia uno modo est peccatum speciale, et habet specialem materiam et speciale obiectum. Sic enim
supra nichil aliud est quam quidam inordinatus appetitus excellentie proprie. Sic eque
modo loquendo non omne peccatum est superbia, quia non omnes peccantes directe et proprie appetunt
huiusmodi excellentiam et huiusmodi bonum honorabile. Immo aliqui detestantur honores et nollent
esse nati nec haberi in pretio ut libenter possint vacare veneriis et volup-
tatibus aliis. Videmus quod plures dimittunt patriam propriam ubi sunt noti et ubi
habentur in pretio et vadunt ad partes peregrinas et extraneas ut possint sine
increpationibus suas voluptates explere. Superbia ergo ut est speciale peccatum non
omnes peccantes per superbiam peccant, quia sic non omnes sunt superbi. Nec omnes cum peccant
appetunt bonum honorabile. Immo aliqui appetunt delectabile tanquam venerium et gulosi et
aliqui bonum utile habentes bona exteriora ut numismata cuiusmodi sunt avari. Cum superbia
enim speciale vitium habet specialem materiam circa quam tendit inordinate. Alio
autem modo superbia non ut est speciale peccatum nec ut habet specialem materiam sed ut includat
omnia peccata et est ut quoddam formale quoddam omnium peccatorum. Et sic ipsa aversio a deo
in qua consistit formaliter culpa est quedam superbia, quia ut dicebatur superbia
est quia peccator cum non vult deo obedire et non vult ei subesse, sed magis vult
se ab ipso avertere. Propter quod in hiis que diximus non repugnant, quia alia est
superbia specialis sumpta ut fuit primum peccatum, primo ante pretium
talia rebellio primi, et fomes peccati sunt initium omnis peccati et ut ex eo sunt
materialiter, quia fomes peccati ad culpam quasi materialiter comparatur. Illa non ingerendo est fo-
mes peccati ex hoc ille parat, sed ex hoc habet ab habilitate et possibilitate ad peccandum.
Ipsa autem habilitas et possibilitas ad susceptionem alicuius forme et alicuius
habitus ad rationem materie reducitur. Sed superbia ut sic generalis et ut
includat omnia peccata est initium omnis peccati formaliter. Consideret ergo peccator
cum in omni peccato se a deo avertat et cum deo superbiat quod deo resistere non poterit.
Ita si posset supra sidera valeret semper exhibere inde detraheret et adversum
possibile. Unde Abdie I. Si exaltatus fueris ut aquila et si inter sidera
posueris nidum tuum inde detraham te dicit dominus. Et ps. Vidi
impium superexaltatum et elevatum sicut cedros libani et transivi et ecce

Superbia ut est speciale peccatum

Superbia generalis ut in omnia includat peccata

no erat consumi et non venientis in locus eius. veniet enim tempus in quo videbunt
impii quod nichil profuit eis superbia / nichil eis contulit iactancia diviciarum
sicut enim hec transiit / quasi umbra sunt / id est hec omnia transitoria quasi aqua transiens
etiam post se vestigium non relinquit / Sic impii et superbi cito preterunt
tempus suum / et non dimittunt post se vestigium / quia cito labitur eorum memoria
multi enim tyranni intra secula. Requibus tacto. aut unquam loquitur homo
in persona malorum / 2a sapientie 5. erravimus a via veritatis et iustitie / et lumen non illuxit
nobis / et post / Quid nobis profuit superbia. aut diviciarum iactancia contulit
nobis / transierunt omnia illa tanquam umbra et tanquam nuncius percurrens et tanquam
navis que pertransiit fluctuantem aquam. cuius cum preterierit non est vestigium inve-
niendum Ostenso quod superbia sit inicium omnis peccati quasi materialiter et quasi formaliter
Restat unde / quomodo sit inicium omnis peccati finaliter Propter quod sciendum
quod superbia et cupiditas ut sunt peccata generalia / et ut sunt radices omnium preterito
sunt inicium omnis culpe aliter tamen et aliter / quia cupiditas quod tenet se ex
parte conversionis comparatur ad culpam et ad penam quasi materialiter Superbia
vero que se tenet ex parte aversionis comparatur ad culpam et ad penam quasi formaliter
Sic et dicere possumus quod cupiditas et superbia ut generaliter sumuntur sunt
per quandam anthonomasiam inicium omnis peccati et omnis culpe. aliter tamen et
aliter / quia cupiditas est quasi inicium et causa efficiens et effective Superbia
vero finaliter / Ad cuius evidenciam est diligenter notandum quod ut communiter dicitur
et ut Philosophus evidenter in hiis que procedunt ab intellectu et voluntate est
duplex ordo unus secundum intencionem / alius secundum execucionem ita ut ea que
priora sunt in intencione / sunt posteriora in execucione ut medicus primo
intendit sanitatem / sed videns quod non potest sanare nisi porcionando intendit
etiam porcionem / et in intencione medici primo cadit sanitas et postea porcio Sed
in execucione est econverso quia dat porcionem et porcionando inducit sanitatem
postea Cum ergo ea que sunt priora habeant aliquam racionem prius et aliquam racionem cause
respectu posteriorum oportet quod tam priora secundum intencionem quam priora secundum execucionem
habeant racionem causalitatis aliter tamen et aliter / quia priora secundum intencionem habent racionem cause
in genere cause finalis / quia finis est id quod primo in intencione cadit Priora
vero secundum execucionem habent racionem cause in genere cause efficientis / quia execucio et actio
et motus proprie ad causam efficientem pertinet Nam ad efficientem proprie pertinet
exequi et movere Unde et Philosophus secundum Physicorum qui vult nominare causam
efficientem nominat eam principium unde motus Sic ergo aliter priora in intencione sunt
cause finales / priora vero secundum execucionem cause efficientes ut manifeste videmus
quod sanitas que secundum ordinem intencionis est prior porcione est causa finalis eius
Sed porcio que secundum ordinem execucionis est prior sanitate est causa efficiens sanitatis
Cum ergo peccans intendit prosequi propriam voluntatem et cum se volens propriam
non velit subici / ymo velit preesse et excellere intencio cuiuslibet peccantis aliquo
cadit superbia que inordinate querit excellenciam propriam / et quia id quod cadit primo
in intencione habet racionem cause finalis Superbia aliquo modo est inicium omnis peccati in
genere cause finalis prout quilibet peccans in quolibet peccato intendit prosequi
propriam voluntatem / et intendit quodammodo non subesse / sed superesse et prosequens
intendit aliquomodo esse superbus Cupiditas est radix omnium peccatorum secundum hunc modum
pertractatum / non in ordine intencionis nec in genere cause finalis / sed in ordine
execucionis et in genere cause efficientis Nam sic quilibet peccans intendit aliquo modo propriam

quod superbia est inicium omnis peccati finaliter

intencionis
ordo
execucionis

excellencia sit quantum volens agere et exequi aliquid per eam potissime sit illud exequi
per pecuniam quia dicitur Ecclesiastes x. pecunie obediunt omnia quare cum pecunia per quam
potissime exequitur vel possumus exequi malas voluntates et mala peccata sit materia
cupiditatis in ordine executionis erit in genere cause efficientis cupiditas est
primum et radix omnium peccatorum. Sed excellencia qua potissime intendimus in malis
artibus et in malis operibus in ordine intencionis erit in genere cause finalis.
superbia videtur esse inicium et causa omnium peccatorum. Est tamen advertendum quod si volumus
accipere excellentiam proprie ut est specialis materia superbie, et sic accipitur superbia specialiter ut
est speciale peccatum sed per quandam anthonomasiam superbia est inicium omnis peccati
et incurrimus in omnia peccata per superbiam quia volentes nobis omnia subicere et volentes
excellere et apparere querimus delicata avaricia et incurrimus viam gule, quis
etiam propter hoc peccamus et incidimus in avariciam. Rursus quia superbus fuit
quod huiusmodi dedignatur se refrenare et insequitur passiones et voluptates et
ruit in venerea. Luxuria ergo oritur ex superbia per quandam anthonomasiam
videtur posse originem sumere. Alterum si volumus extendere nomen excellentie
ut dicamus quod velle consequi quodcumque propria voluntate sit velle non subesse et
sit velle excellere, sic simpliciter in quolibet peccato intendit superbia, quia in quolibet
peccato intendit implere propriam voluntatem. Secundum hunc ergo modum in ordine
intencionis in genere cause finalis non solum per quandam anthonomasiam sed
etiam simpliciter superbia est inicium omnis peccati et quia talis est id inicium tanta
multo expellit, quia tales non voluntate dei sed propriam consequi virtutem. Juxta
id Jacobi iiii. Deus superbis resistit humilibus autem dat gratiam. Merito etiam per
hoc verum deum perdimus cum noluimus ei subesse. Unde Hugo de sancto Victore ait
Superbia aufert mihi deum, invidia proximum, ira meipsum. Habito quo
superbia sit inicium omnis peccati quod in materia et formaliter et quam finaliter restat
videre unde quo sit inicium omnis peccati efficienter. Dicimus ergo quod omne peccatum vel
est in seipsum vel in proximum vel in deum. Per superbiam ergo peccamus
quasi efficienter in omni genere peccatorum quia per eam facimus contra nos ipsos, contra
deum et contra proximum. Contra nos ipsos facimus dupliciter, quia per eam
in naturalibus vulneramur, gratuitis spoliamur, et in viciis precipitamur
vulneramur enim in naturalibus quia per superbiam inflatur cor, excecatur intellectus
et perdit naturalis industria. Homo enim superbus est quasi ebrius perdit naturalem
industriam, et ignorat quid faciat. Juxta id Abacuk ii. Sicut potatorem
vinum decipit sic erit vir superbus a superbia sicut potatus a vino
Secundo superbus facit contra seipsum non solum quia vulneratur in naturalibus perdens
naturalem industriam sed etiam quia spoliatur gratuitis amittens divinam graciam
Efficitur enim homo superbus deo odibilis. Deo divina gracia expoliatur iuxta
illud Ecclesiastici x. odibilis coram deo et hominibus superbia. Tercio superbus facit contra
seipsum quia superbia in peccatis precipitat. Superbia enim in homine est quaedam [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] superbia inflatus et elevatus et in altum positus
dedignatur despicere et dedignatur penitere et ita fit duricia cordis
in viciis precipitabit. Homini autem sic superbo et sic indurato per maliciam suam
sit dicitur quod dicitur ad Romanos ii. Secundum autem duriciam tuam et cor inpenitens thesaurizas
tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei qui reddet unicuique iuxta opera
sua. Secundum enim opera superbi habundans retribuetur superbo. Juxta id psalmista retribuet

quomodo superbia est inicium omnis peccati efficienter

homo superbus est quasi ebrius perdit industriam [illegible]

humidant facientibus scientiam. Propter hec tercia que facit scientia recte comparatur vento
unde homines scientie dicuntur inflati et ventosi. Ventus enim lumen extinguit
rorem siccat et alta ~~deicit~~ deicit et prosternit. Sic in superbis per scientiam
extinguitur lumen sapientie, quia veneratur in ullibus et non potest plene viri habere
industria siccatur in eis ros gratie quia expoliantur gratuitis et perdunt divinam
gratiam cum deiciuntur in alto positi quia precipitantur in viciis ad infima deiciuntur
peccat ergo scientibus contra se ipsum sicut etiam peccat contra proximum et contra deum et nos possumus
distinguere sex species scientie quarum tres possunt specialiter adaptari que sunt specialiter
contra deum et tres contra proximum. Scientibus enim quantum ad propositum peccat quadru-
pliciter: dupliciter peccat in intellectu et decipitur et dupliciter in ordinato appetitu.
Decipitur enim primo in intellectu quia credit a se habere quod habet a deo, quod non est intelligendum
sic quod ita deceptus directe esse possit in eo, quia quilibet sapiens novit quod omnia
sunt a deo, sed indirecte tamen contingit et in eis qui sapientes esse credunt. Illi enim si sint
scientes credunt a se habere quod habent a deo vera tamen corpus quod superbi taliter agunt quod non
videtur cognoscere superiorem taliter se habent, ac si crederent quod bona que habent a se ipsis
possident. Contra quos ait apostolus: Quid habes quod non accepisti, si vero
accepisti quid gloriaris quasi non acceperis. Decipiuntur ergo primo scientibus quia ita
agunt ac si a se haberent quod a deo possidet. Secundo decipiuntur quia et si credunt
a deo quod habent credunt habere pro merita propria quod habent a divina gratia. Tales enim
non credunt deum esse datorem et largitorem, sed magis venditorem, quia
quod pro meritis datur iam non est gratia, sed debitum, non est donatum, sed
venditum. Tales enim non petunt oleum vite emere eis quod dicitur Math. xxv. Ite
potius ad vendentes et emite vobis. Sicut enim virgines sapientes et humiles in persona
domini videbant, virginibus scientibus et fatuis: Ite potius ad vendentes et emite
vobis. Quasi diceret: vos putatis deum esse venditorem, quia per propria merita et
proprias vires bona volebatis. Eciam notum sit vobis quod deus non vendit sed
donat et ideo a deo potestis habere oleum. Ideo ironice dicunt eis: Ite ad vendentes,
id est querite si potestis invenire venditores a quibus oleum misericordie habere possitis.
Tercio decipitur scientibus in intellectu quia credit se habere quod non habet. Tales enim sunt
sapientes in oculis suis. Contra quos Ysaie v: Ve qui sapientes estis in oculis
vestris et qui vobismetipsis prudentes. Quarto decipitur superbus in intellectu
quia in estimacione sua se reputat omnibus preponendum, et dum maiorem se omnibus re-
putat, minor et ab omnibus reputatur. Unde multociens contingit quod volens se aliis
preponere ad inferiorem locum deicitur. Ita qui se exaltat humiliabitur. Unde et dominus Luce xiiii
ait: Cum invitatus fueris ad nuptias ne discumbas in primo loco ne dicatur
tibi da huic locum et incipias cum rubore novissimum locum tenere. Unde ibidem
subditur: Quia omnis qui se exaltat humiliabitur et qui se humiliat exaltabitur. Sic ergo
quatuor modis decipiuntur in intellectu. Duobus autem modis deordinantur in voluntate.
Ita non solum credunt se aliis esse preponendos, sed per inordinatam voluntatem cupiunt
et volunt omnes alios excellere. Hanc autem voluntatem expressit dominus Luce xxii: Cum
facta fuit contentio inter discipulos quis eorum esset maior. Unde ait dominus: qui
maior est in vobis fiat sicut minor et qui precessor est sicut minister. Secundo scientibus non
solum deordinatur in voluntate quia volunt alios excellere, sed etiam habent inordinatam voluntatem
quia volunt attemptare quod non possunt perficere et presumunt quod non possunt ducere in effectum.
Tales enim intrepidi sunt quia male debent presumere de virtute sua sed de virtute divina;
presumentes enim de dei virtute non delinquunt, sed presumentes de se ipsis humiliantur.

Species scientie habent positum sex

2

3

4

qui maiorem se reputat similiter ab aliis estimatur

5

6

et decorant / Ex° i° Judith vj / Dns celi et terre intue ad superbia eorum et respice ad nram
humilitatem et onde qz non derelinquis presumentes de te, et presumentes de se, et in sua
virtute gloriantes humilias Ex hoc patet distinctio quattuor speciebus superbie / sed prime tres videntur
esse contra deum spaliter / qz non reputare se habere a deo quod habet et credere propter sua merita
habet possidere quod possidet, et credere se habere quod non habet / prelatus se excellit qz debet
et divine regule contradicunt spaliter deo talis adversatur, qz si habes aliqua que
non credis a deo habere spaliter adversaris ei / qz non credis ipsum causam primam
vel credis habere / si propria merita contraxisti ea sibi qz credis illiberalem
Si vero credis habere a deo et non per gratiam sed per eius gratiam et gratiam
tu non habes id / adhuc spaliter adversaris ei / qz ex hoc facis ipsum esse vanum vanum
insufficientem / qz per hunc modum replet creaturas sua bonitate sed vanitate
Prime ergo tres species superbie spaliter sunt contra deum / qz prima species negat deum esse
causam primam Secunda dicit eum esse illiberalem Tertia ponit ipsum esse vanum
vanum et insufficientem Ultima vero tres sunt contra proximum / qz nullus credit
se omnibus preponendum / et nullus vult eos alios excellere / et nullus respectu
aliorum de seipso presumit nisi peccet contra alios et nisi sit alis iniuriosus
Superbia ergo est initium omnis non solum qz inchoat et qz fortius, et qz finaliter
sed etiam initium omnis peccati quodammodo efficit / Cum de peccatum vel sit contra deum
vel contra se vel contra proximum / Bene ergo debemus detestari superbiam
propter inferorum iniuriam qz est initium omnis peccati, et ulterius debemus detestari eam
propter obligationem pene / Qui tenuerit eam implebitur maledictis / replebitur
malis et maledictionibus Sic etiam econtra humilitas est initium omnis
boni / et qui tenuerit illa benedictionibus invenitur Ad has autem benedictiones
perducat dns ihesus xpus qui cum patre et spiritu sancto benedictus in secula seculorum Amen

Sequitur / Secundum malum

Radix omnium malorum est cupiditas quam quidam appetentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis
Secundum Gregorium peccatum quod per penitentiam non deletur mox suo pondere ad aliud
trahit / per unum peccatum homo tenetur et trahitur ad aliud / Sed ista ruina et
iste tractus non est in omnibus conformis / Nam cum distinguamus duo genera
peccatorum / qz quedam contra fidem / et quedam vero contra mores Aliqui vero contra
gentiles et incredulos ignorantes viam veritatis / propter peccata contra fidem ruunt
in multa mala contra mores, de talibus patet intelligi quod dicit apostolus / Commutaverunt
veritatem dei in mendacium coluerunt et servierunt creature potius quam creatori et
seculo postea, propterea tradidit illos deus in passiones ignominie / Fideles
ergo et infideles traduntur in passiones ignominie, i. in peccata contra bonos mores
qz coluerunt et servierunt creature potius quam creatori i. peccaverunt contra fidem In
xpianis vero videtur esse econverso Tales ergo ut plurimum propter cupiditatem et propter
peccata contra mores errant a fide et ~~ruunt~~ ruunt in peccata contra fidem Nam peccatum
cum in profundum peccatorum venerit, contempnit / in multis ergo xpianis cum
multum ~~superexcedunt peccata contra mores incipiunt dubitare~~, superhabundat cupiditas
cum multum superexcedunt peccata contra mores incipiunt dubitare de veritate fidei et deviat
a recta fide ergo multotiens habet esse hic ordo, quod primo peccant contra mores
Secundo deviet a fide Tertio ex utroque obligat se ad penam / et qz predicator et
annunciator verbi dei debet inducere auditores ne peccent contra mores, ne errent contra fide
et ne per utraque peccata obliget se ad penam / Ideo in auctoritate proposita quam legitur

ad thy. vi. hec tria per ordinem describuntur vnde primo inducit, peccatum est cupiditas que a
cum bonis moribus Secundo dedat quod ea appetentes errat a fide et peccant cum
fidem Tercio quod sic huntes obligant se ad penam et inserunt se doloribus multis
Jm vnde quintum peccatum est cupiditas que est cum bonos mores. nota cum dicitur
radix omnium malorum est cupiditas Secundo vnde quod quidam appetentes errat a fide habetur
cum subiungit quia quidam appetentes erraverunt a fide Tercio tunc vnde quod sic se huntes
obligat se ad penam et inseret se doloribus multis Et quia nos hec modo debemus
vos inducere et onde vobis quintum malum est cupiditas ne peccate cum mores
Secundo debes vos inducere ne per cupiditatem errete cum fide Tercio debemus vos
ne per cupiditatem peccando cum mores et errando cum fide obligete vos ad
penam et inserate vos doloribus multis Et quia hoc a nobis fieri non possumus
Ideo recurremus ad inicium ... radix omnium malorum est cupiditas licet
ex hac auctoritate fructum sit thema possumus excedere aliter pertractata facere
thema Intendimus enim post sermonem de superbia facere sermonem de cupiditate
siue de avaricia videtur enim hec duo peccata esse magis generalia aliquo
quia ut supra dicebatur Inicium omnis peccati est superbia et ut hic dicitur radix
omnium malorum est cupiditas et quia hec duo vicia sic generalia sunt ideo se habet
de hys primo dicere Dicto ergo de superbia reliquum est inmediate sermonem facere de
cupiditate et avaricia Ad cuius evidentiam sciendum quod cupiditas et avaricia non
solum est malum quoddam sed eciam malum in superhabundancia quadam et in quodam
excessu. Malum autem dupliciter convenit distingui vnde pene et culpe
Et hec duo mala adinvicem sunt conexa Malum enim culpe non est sine malo
pene quia nulla est culpa quam aliquis [illegible] quin consequitur pena aliqua
vel quod ad ultimum maneat impunita et sic malum non est sine malo pene
sequente et sic malum pene non est sine malo culpe precedente quia si nulla precessisset
culpa. nulla fuisset subsecuta pena Condidit enim deus nam humanam in
sui primordio immortalem certam nulli dolori nulli penalitati obnoxiam sed ex peccato
primorum parentum est mors et penalitas subsecuta per vnum enim hominem peccatum
in mundum intravit et per peccatum mors vt dicitur ad Ro v. Ex malo ergo culpe
Secunda opinio autem que falsa est contra originale peccatum dicit in parvulis non esse traductum originaliter sed solum imitacione. Huius autem hoc est quod ait Augustinus in i. libro de baptismo parvulorum loquens de ipsis pelagianis hereticis dicit: Sciendum quosdam hereticos notari sicut pelagianum dixisse primi hominis transgressionis peccatum in alios homines transgredi non propagacione sed imitacione traxisse, corruerunt enim filii imitacione progenitores. Dicebat ergo pelagianus hereticus peccatum originale esse in parvulis non quod per originem contrahunt aliquod peccatum, sed quia per originem in peccando conveniunt parvuli imitacione parentes. Hec itaque posicio si vera esset plane solveretur difficultas 2a supra tacta cum dicebatur: Cum si parentes sint mundi et baptisati generabunt filios mundos et sine originali peccato. Patet quod secundum hunc modum filii non nascuntur immundi nec per originem contrahunt aliquod peccatum, sed solum dicuntur habere originale peccatum imitando parentes. Sed hec posicio pelagii stare non potest, quia plane est sententia apostoli quod omnes peccavimus in adam, et quod omnes nascimur filii ire, quod eciam sancti volunt. Gregorius ait quod nos ex delectacione carnis concepti culpam originalem contraximus. Et Augustinus in libro de natura et gracia vult parvulos peccatum ex origine contraxisse. Ad tertiam difficultatem evitandum Magister sententiarum libro ii distinctione xxx opinione esse videtur tertiam et solvitur quod caro in adam infecta mansit omni posteriori filiorum. Posuit quod nichil est de veritate carnis nisi quod a parentibus traxerit. Vult enim quod nichil maneat de alimento quod transeat de veritate in veritatem carnis humane nisi idem ergo quod a parentibus contraximus in semetipso multiplicatur et consurgit quantitas quanta sufficit ad quantitatem humane nature. Et quia secundum hunc modum dicendi nichil de exteriori natura convertitur in veritatem carnis, multiplicatur enim et carnaliter quicquid est in humanis corporibus dicitur fuisse in primo homine. Secundum hoc itaque solvitur tertia difficultas. Supponebatur enim maculam corporalem posse contingere adam carni que nichil fuit in primo parente, propter quod arguebatur quod si caro non fuit infecta in adam nequaquam potuit inficere animam. Sed hec opinio magistri stare non potest. Improbavimus enim eam diffusius in quibusdam questionibus specialiter. Ad presens autem sufficit dicere quod si talis hominis generacio non esset naturalis sed miraculosa, quod est inconveniens. Ut ergo predicte difficultates tollantur de medio et ut sciamus quomodo inficiatur anima et per quam viam subintrant infantes, sciendum autem ut supra diximus originale peccatum esse carenciam originalis iusticie cum debito habendi eam. Si enim adam in sua rectitudine stetisset, filii nati ex eo constituti fuissent in originali iusticia et nati fuissent innocentes. Sed adam peccante non poterat eam transfundere in posteros quia sicut fuit in adam post peccatum carencia originalis iusticie quam habere debebat, sic et in filiis fuit carencia originalis iusticie quam habere tenebantur, in quantum erant membra ipsius ade. Et quia huiusmodi carencia cum debito habendi eam est originale peccatum, cum in ipsis infantibus sit talis carencia, in ipsis eciam est originale peccatum. Cum igitur in originali eciam est considerare primo carenciam originalis iusticie, secundo infectionem anime, tercio naturalis origo per quam talis infectio contrahitur. Explicat ergo contingit contra hanc naturam errare: vel quia errat circa ipsam originalem iusticiam, et secundum hoc dicebatur prima difficultas; vel errat circa naturalem originem et sic secundum hoc insurgebat

Circa originalem iusticiam triplex contingit errare

2a difficultas. Vel contingit errare quantum ad infectionem anime et quantum ad hoc habitat
circa difficultas tercia. Sed ergo tercia hoc plane declarare poterimus sufficienter
patefactum est quod querit. Propter primum ergo sciendum quod iusticia originalis non erat
donum nature adeptum sed ex largitate creatoris gratie datum. Non ergo sic ymaginari
debemus quod anime ex sua natura debebatur originalis iusticia que vincta carni huius
perfectionem sue nature debitum reddat, sed anime filiorum ade hoc modo habuissent originalem
iusticiam quia si primi parentes non peccassent et originalem iusticiam non perdidissent
concepissent sine libidine et hoc modo in posteros originalem iusticiam transfudissent
anime ergo filiorum ade coniuncte carni concepte sine libidine originalem
iusticiam habuissent. Igitur ad hoc quod anima contrahat originale peccatum non oportet eam
esse extraductam vel eductam de potentia nature ut arguebat difficultas
sed sufficit eam esse coniunctam carni libidinose et ex corruptione concepte.
Oriebatur itaque difficultas prima ex errore circa originalem iusticiam quia supponebat
eam esse donum nature debitum non gratie datum. Secunda autem difficultas sic
tollitur. Nam homo recipit duplicem generationem unam secundum naturalem originem secundum quam accepit
esse nature. Aliam vero baptismalem secundum quam accepit esse gratie. Generatur
ergo ad generationem primam nascitur homo natura filius ire et corripit in originali peccato.
In quibus ergo considerandum est quod est per se et dimittendum quod est penitus.
Iste ergo baptisatus generans filium vel generat eum unde carnaliter natus est
vel unde spiritualiter ~~natus~~ generatus. Cum per huius generationem absolvatur
ab originali, produceret filium absque originali. Sed si generet eum unde carnaliter natus
cum secundum hoc in originali nascatur quantumcumque sit baptisatus generabit filium in originali con-
ceptum. Cum igitur generatio filiorum sit naturalis quantumcumque plures sint baptisati quia
non generant unde renati sed ut nati faciet illos in originali conceptos
et illa est solucio Augustini in li. de baptismo parvulorum qui dicit parentes
baptisatos generare filios in originali peccato quia non generant secundum illam generationem qua
denovo sunt nati sed potius secundum eam qua ipsi carnaliter sunt prius nati. Unde
idem videmus. Sed sicut homines circumcisi genuit filios non circumcisos et sicut granum
a palea purgatum sic homo baptisatus et ab originali mundatus generat filium
ab originali non mundatum. Quia sic granum producit aliud granum
cum ex palea excussum, sed quia est cum palea exortum. Et homo circumcisus non ex eo quod
generat hominem ex eo quod naturaliter natus est, cum spiritualiter; non ex eo quod est spiritualiter
regeneratus et ab originali absolutus. Sed ex eo quod est carnaliter natus et in originali conceptus.
Difficultas ergo secunda dicens ex parentibus baptisatis ab originali absolute
deberet generari filii ab originali mundati oriebatur ex errore circa generationem naturalem.
Tercia difficultas autem sic solvitur. Nam non debemus ymaginari
et turpitudinem anime quam contrahit ex originali esse per appositionem imperfectionem
decoris et alicuius pulchritudinis. Dupliciter possit deturpari ymago. Primo per
appositionem luti vel alterius cuiusque turpitudinis vel imperfectionis. Secundo per
obscurationem decoris vel alterius pulchritudinis ut si amplius alicui ymagini
nasus vel evellantur oculi deturpata dicitur. Hic est in proposito. Non inficitur
anima ex originali peccato sicut anima ex luto quia hoc modo imperfectio carentis aliquam infectionem
non est cum sit quid spirituale. Sed ista imperfectio est per carentiam cuiusdam pulchritudinis
et decoris ut per carentiam originalis iusticie que esset pulchritudo et decor anime qua

Marginalia: 1a. — Originalis iusticia erat donum gratie datum — 2a — naturalis — baptismalis — 3. — quod anima inficitur a carne libidinose concepta cum sit quid spirituale

habet anima si coniungitur carni non libidinose et non ex corruptione concepte que ad hoc quodam
modum huiusmodi inficiatur anima, non ex tota carne filiorum carnaliter et materialiter fuisse in adam
ut magister opinatur, sed sufficit quod per propagatorem caro libidinose concipitur.
Patet ergo quod inficitur anima cuiuslibet parvuli ab originali peccato. Et peccatum originale subintrat
infantes, non obstante quod anima non est ex traduce ut tangebat difficultas
prima et non obstante quod contingat aliquos generari ex parentibus baptisatis
ut tangebat difficultas secunda. Et etiam non obstante quod tota caro nostra non
fuerit materialiter et carnaliter in adam ut difficultas tertia pretendebat.

Vehemens difficultas oritur ex predictis quomodo originalis
noxa dimittitur in baptismo. Dicebatur enim originale peccatum languor nature corrupti-
o, lex membrorum et fomes peccati. Cum ergo homines baptisati adhuc in semet
ipsis sentiant concupiscentiam id est aptitudinem ad concupiscendum, et cum videant quandam
legem in membris suis repugnantem legi mentis sue, et cum ex hoc sit in eis
quidam fomes peccati, et quidam languor nature, et ultimo sit in eis tirannus quodammodo
quia ex hoc licet premittente quodammodo ut serviant peccato, qualitercumque accipiatur
peccatum originale non videtur quod dimittatur in baptismo. Dicimus ergo ut patet ex dictis
originale peccatum est carentia originalis iustitie cum debito habendi eam. Sic enim requirebat
ordo nature institute ut ad consequendam salutem necessaria esset originalis iustitia. Cumque
tunc originalis iustitia secundum ordinem illum debeamus consequi nisi essemus membra
unius ade. Peccante autem adam ordo ille non solum erat interruptus sed
etiam fuit quodammodo inconveniens mutatus. Si ex adam prothoplasto et secundum naturam
institutam nati fuissemus innocentes et habentes originalem iustitiam, sic secundum naturam
corruptam nascimur nati filii ire et portamus illam rectitudinem naturalem. Itaque secundum
ordinem quem habemus ab adam non solum salutem non consequimur, sed etiam
in ipso morimur quia in ipso peccavimus omnes. Oportuit ergo ut per alium ordinem
consequeremur salutem, propter quod in hac materia necessaria dei dispensatio fuit
qui mittens unigenitum filium suum sub lege, natum ex muliere per quem ad-
optionem filiorum reciperemus, et per quem possemus consequi salutem. Ista
ergo ade natura in triplici statu innocentie creata, corrupta et restau-
rata. Innocens quidem nam est creata a deo. Sed per adam est corrupta
per christum vero mediatorem dei et hominum restaurata. Hoc ergo modo dimittitur
originale peccatum in baptismo non quia solum restauretur iustitia, sed quia non dimittitur
debitum habendi eam. Nam in statu nature innocentie si permansissemus in tali
statu habuissemus originalem iustitiam. Nunc autem in statu nature corrupte non
habemus eam, sed quamdiu sumus in tali statu tenemur habere eam. Inde autem
per baptismum sumus membra christi qui naturam humanam reparavit absolvimur
a debito habendi eam. Debemus ergo imaginari duos adam, unum terrestrem
ut prothoplastum nostrum, Adam celestem ut ipsum christum. Ante ergo baptismum
sumus in ordine ade terrestris et sumus membra illius ade, et quia ade data
fuit originalis iustitia ad salutem consequendam ut est prehabita materia, et quamdiu sumus
in tali ordine tenemur originalem iustitiam habere. Baptismus itaque hoc facit quia
per baptismum consepulti sumus morti christi, et facit nos membra christi ut non
dicamur vel ita de ordine esse ipsius ade terreni, sed magis de ordine
ipsius ade celestis, et quia originalis iustitia necessaria erat nobis quamdiu eramus membra
ade terreni, et quamdiu eramus de ordine illo. Nunc autem in ordine illo constituti
et facti membra ipsius christi absolvimur a debito habendi originalem iustitiam et ad consequendam

[Margin:] quomodo originale peccatum in baptismo dimittitur

salute non tenemur habere eam quia ex quibus membra christi confertur nobis a deo quedam
donum ut gratia baptismalis que ~~patebit~~ ut patebit est potior ad consequendam salutem
quam originalis iustitia quam consecuti fuissemus ex adam / si in rectitudine sua permansisset
unde quodammodo est simile de consequendo salutem sicut est de transitu magne aque / si enim
esset magna aqua quamdiu non esset ibi pons nescientibus natare navis esset
necessaria si vellet transire aquam / facto autem ibi ponte / haberent homines aliam commodam
et aliam viam ad transeundum per aquam / et sine navi possent aquam pertransire
immo potior esset ad transeundum aquam quam navis / sic quodammodo est in proposito
quamdiu sumus membra ade terreni antequam sumus membra christi tenemur originalem
iustitiam habere / facti autem membra christi per gratiam baptismalem possumus con-
sequi salutem absque originali iustitia / absolvimur a debito habendi eam / quare patet verum
esse quod diximus in baptismo dimitti originale peccatum / non quia reddatur nobis originalis
iustitia / sed quia absolvimur a debito habendi eam / et inde est quod sicut in adam
omnes morimur / quia per eum privamur originali iustitia quam habere tenemur quamdiu
sumus membra eius sic in christo omnes vivificabuntur / quia in baptismo nobis
confertur gratia baptismalis et absolvimur a debito habendi originalem iustitiam / relin-
quendo ergo ymaginem terreni hominis / in quo morimur per carentiam originalis iustitie et
debiti habendi eam / et portando ymaginem christi hominis celestis in quo vivificamur
dimittitur nobis originale peccatum / unde apostolus 1 Cor. 15 ad hoc nos hortatur
dicens quod primus homo terrenus de terra / secundus de celo celestis / unde ibidem ait
sicut portavimus ymaginem terreni / ita portemus ymaginem celestis / unde
ibidem ait quod sicut in adam omnes moriuntur / ita et in christo omnes vivificabuntur
Dicamus ergo quod peccatum originale ratione qua dicit carentiam originalis iustitie non est formaliter
culpa / sed magis quedam habilitas ad culpam / ratione vero qua dicit debitum
habendi eam, ~~ergo est formaliter culpa~~ / sed quod sit formaliter culpa, ex eo
quod tenemur ut ~~habeamus~~ debemus habere originalem iustitiam et non habemus eam
est nobis culpa originalis / quare si in baptismo absolvimur a debito habendi ~~eam~~ originalem
iustitiam dimittitur nobis originale peccatum vel saltem ratione culpe / quod quare in baptis-
mo dimittitur nobis debitum habendi originalem iustitiam est / quia datur nobis
gratia baptismalis que est potior ad consequendam salutem quam originalis iustitia
Ratio per rationem in 2o sententiarum / per originalem iustitiam solum habebat adam quod posset
stare / non autem habebat quod posset proficere / sed magis per gratiam baptismalem non
solum consequimur quod possumus stare / sed etiam quod possumus proficere / quare sicut volens
transire aquam non tenetur habere navigium si esset ibi pons / quia pons in
transeundo esset potior / sic etiam si volumus consequi salutem non tenemur habere
originalem iustitiam / si habemus gratiam baptismalem / quia in consequendo salutem
huiusmodi gratia est potior quam originalis iustitia / quod vero intelligendum est / quod gratia
baptismalis cum originali iustitia non est potior ad consequendum salutem quam sola
gratia baptismalis / sed gratia potior est sine illa iustitia quam ista iustitia
sine gratia ista / cum per gratiam possimus mereri et proficere / per iustitiam vero
stare / et ex hoc apparet quod licet gratia baptismalis simpliciter loquendo quantum
ad consequendum salutem sit potior quam originalis iustitia / tamen hec et illa se habent
sicut excedentia et excessa / ratione quantum ad standum potior est originalis iustitia quam illa

in baptismo non redditur originalis iustitia

quod originale peccatum est formaliter culpa

quam gratia baptismalis sit potior originali iustitia

non solum auferebat peccatum sed etiam abilitatem peccandi gracia vero baptismalis licet peccatum et culpam
tollit non tamen tollit abilitatem et pronitatem peccandi sed solum eam minuit Ex hoc
ergo apparet quod illud ubi intellectus augustinum in libro de nupciis et concupiscentia Concupiscentia
dimittitur concupiscentia carnalis in baptismo ut non sit sed ut non imputetur ad peccatum
per baptismum ergo non tollitur concupiscentia ut non sit quia non redditur ad hec iustitia
sed tollitur ut non imputetur ad culpam quia absolvitur a debito habendi carnem ex qua
debito originale peccatum culpe rationem habebat

Sunt autem nonnulli de sua intelligencia presumentes
volentes divina menti iudicia dicentes non decere divinam bonitatem et clemenciam
infundere animam corpori maculato sed cum deus sit ipsa bonitas et ipsa clemencia
quasi divina bonitas compleatur in opere toto ordinato et iusto penitus est iudicandum
Unde quia intellectus humanus nescit quiescere nisi dicatur racio assignetur
possumus triplicem viam ostendere quod hoc deceat divinam bonitatem et clemenciam
Sumitur autem hec triplex racionalis via secundum quod triplex est via boni quod
conspicimus in rebus videlicet universale speciale et personale Est
quidem quia homo persona quedam in se existens in specie humana Racio et
est pars tocius universi prout est hoc universum refertur ad bonum universale
prout est vero in specie humana habet ordinem ad bonum speciale Sed prout
est quedam persona in se ipso est quoddam bonum personale Prima itaque
sumpta ex bono universali est quod prima via spectat ad universalem causam principaliter
intendere ad bonum universale ubi ergo impedietur bonum universale ex aliquo
particulari malo decet providentem universi permittere aliquod particulare malum
ne impediatur universale bonum sed magnus doctor universi ex humana
specie non decet divinam bonitatem impedire generacionem in specie humana
generacionibus non possunt fieri tales generaciones nisi infundantur anime corporibus maculatis
quia si impedietur humana generacio et anime non infunderentur corporibus
ipsi universo tolletur maxima pulcritudo Ista videtur tangere augustinus in enchiridion
cum vult dicere deum permittere aliquam inequalitatem in rebus et aliquem
defectum in creatis ne aliquis decor subtrahatur universo Unde ait quod ex omnibus
constat universitatis pulcritudo admirabilis Secunda via sumitur ex ipsa natura
humana scilicet ex ipso bono speciali Nam quia homines nascuntur peccatores
deus pater motus clemencia pietate ordinavit ut magnus veniret
medicus eo quod ubique iacebat egrotus Iste itaque magnus medicus est
filius dei assumens carnem per quam assumpcionem tota humana natura et omnes
homines sunt quodammodo mirabiliter sublimati ut post filii dei incarnacionem
omnes angeli reputant se consortes nostros quia licet ante incarnacionem permittebant
se angeli adorari ab hominibus ut patet in daniele qui cecidit in faciem suam
et adoravit angelum loquentem sibi post incarnacionem tamen hoc non est permissum
quia habetur in apocalypsi Johannes volens hoc facere est prohibitus dicente
angelo ne feceris conservus enim tuus sum et fratrum tuorum Quare cum
deus provideret homines peccatores et provideret animas maculatis corporibus se
infundere quod providendo ordinavit filium incarnari mittere ex qua incarnacione

Marginalia: volente; vel; particulare malum permittit; ne universale bonum impediatur; ex bono; speciali; deus

humana spe[cie]s fit sublimis / p[ate]t q[uod] arguit maxiam bonitate[m] et clemenciam
ex quo humane spe[cie]i tu[n]c e[st] co[n]sec[utu]m bonu[m]. Tercia via su[m]it[ur] ex bono personali
v[idelicet] ip[s]i p[er]sone humane co[n]sp[ic]it[ur] multa bona ex redemptore n[ost]ro v[idelicet] ex h[oc] q[uod] ip[s]is p[er]sonis
humanis multe fiunt gr[aci]e speciales / hanc aut[em] via[m] innuit Gregor[ius] cu[m] p[ecca]tu[m]
ade p[ro]p[ter] q[uo]d nascim[ur] filii ire et a[n]i[m]e infundu[n]t[ur] corporibus maculat[is] appellat
felice[m] culpam dicens / o felix culpa que tale[m] ac t[an]t[u]m meruit habe[re] redemptore[m].
Et si contingit aliquos p[er]sonas n[on] fi[eri] p[ar]ticipes hui[us] redempc[i]o[n]is hoc est culpa
sua vel ex culpa p[ar]ent[u]m / n[on] t[amen] p[ro]p[ter] hoc gr[aci]a humana est p[re]t[er]mittenda. q[ui] fiat
s[ecundu]m se[m]p[er] gente[m] et s[ecundu]m se[m]p[er] nac[i]o[n]e[m] / sic n[on] deb[et] pluvia impediri q[ue]
fit p[ro]p[ter] nascendu[m] frumentu[m] vel p[ro]p[ter] alia t[er]re nascencia / licet pluat ali[qu]a[n]do
ubi p[ro]p[ter] t[er]ra[m] tali frumentu[m] et licet pluvia facit aliq[ua]s ad destruend[u]m vel cu[m] fru-
mentu[m] est male congregatu[m]. Bona enim que desu[n]t sit ulla p[ro]p[ter] p[ar]ticulares
defectus non su[n]t impedienda. Satisfacta sit ergo ea que in prohemio
ponebant[ur] / v[idelicet] ostensu[m] est q[uod] sit o[rigina]le p[e]c[ca]t[u]m / quia e[st] languor n[atur]e inquantu[m]
ea inabilitat ad bonu[m] / est fomes p[e]cc[at]i / inquantu[m] ea[m] abilitat ad malum
est concupiscencia inquantu[m] nos reddit pronos ad concupiscendu[m]. Est lex
carnis vel membrorum prout membra et carne[m] facit rebellare menti et
r[aci]o[n]i. Est tyrannus prout facit nos pronos ad serviendu[m] p[e]cc[at]o. Secundo
ostendebat[ur] q[uomod]o hui[us] p[e]cc[at]u[m] imputa[tur] ad penam / quia sic peccaverunt ita ordina[tur]
ad pena[m] / non aut[em] peccant ut sunt quedam p[er]sone in se / sed ut sunt membra
ade / sic puniunt[ur] n[on] ut sunt aliq[ui]d in se ipsis. Nam quia o[rigina]lis iusticia
q[ua] privant[ur] p[er] o[rigina]le p[e]cc[at]u[m] / licet debet[ur] p[ar]vulis n[on] ut sunt aliquid in se
sed ut sunt [filii] Ade / quia in eos erat hui[us]modi iusticia transfundenda
si in eo p[er]stitisset. Et ideo dicta cu[m] carencia pone[tur] o[rigina]lis p[e]cc[at]i pena n[on] debet haberi
s[ecundu]m se si eam habuissent / s[ed] in sua innocencia et o[rigina]li iusticia per-
mansissent. Tercio declaratu[m] est q[uomod]o o[rigina]le p[e]cc[at]u[m] hab[et] rac[ionem] culpe. Nam
cu[m] hui[us] p[e]cc[at]u[m] sit carencia o[rigina]lis iusticie cu[m] debito habendi eam. Secundo
e[st] carencia n[on] h[abendi] tenem[ur] q[uod] sit solu[m] culpa. Sed tene[mur] debito habendi ea[m] / et quia
tenem[ur] hui[us]modi iusticiam habe[re] reddim[ur] culpabiles. Ex quo apparet q[uod] n[on]
n[on] tenem[ur] habere ea[m] nisi inquantu[m] sumus membra ade qui peccavimus in adam
et p[er] istu[m] ho[min]em p[e]cc[at]u[m] intravit mundum et p[er] p[e]cc[at]u[m] mors. Quarto ostensum
est quomodo hui[us] noxa fibriteat infantes quia hoc n[on] est prout sunt
queda[m] p[er]sone in se / s[ed] prout sunt membra ade prothoplasti n[ost]ri. Quinto
quo noxa talis i[n] baptismo dimittit[ur]. Nam cu[m] o[rigina]le sit ea h[abe]re ra[cione]m culpe
'' carencie n[on] tene[mur]'' o[rigina]lis iusticie. Sed ex eo q[uod] eam tenem[ur] habe[re] / in baptismo dimitti[tur]
hui[us] noxa q[uia] absolvim[ur] a debito habendi eam iusticia[m] / ut exitu[m] nobis
ulterius n[on] imputet[ur] ad p[e]cc[at]u[m] si careamus ea / quia ut [Augustinus] patuit tolli[tur]
in baptismo concupiscencia. Sexto et ultimo declaraba[tur] q[uod] decebat
divinam bonitate[m] et clemencia[m] infunde[re] a[n]i[m]am corporibus q[ue] s[un]t in origine
maculatis. Et hoc p[ro]p[ter] triplex bonu[m] / universale. speciale et p[er]sonale

Personali

recapitulatio omni[um] p[re]dictor[um]

Vere ergo domine deus tibi peccavimus, et vincas cum iudicaris quia tu solus equus es et que ab aliis hominibus iniqua videntur equissima ratione sunt condita. Tu ergo solus bonus es et pius. Nos autem instabiles deceptissimi et in peccato nostro concepit nos mater nostra. Sed pro tua pietate miserere nobis ut facie ad faciem te videre possimus qui es benedictus in secula seculorum. Amen. Et sic est finis libri beati Egidii de Roma qui intitulatur de originali peccato.

Finis

De delectatione morosa

Si enim aliquis morose in carnali cogitatione delectatur etiam si nunquam adesset voluntas talem turpitudinem perficiendi in opere adhuc sine dubio est peccatum mortale. Cuius ratio est quia talis cogitatio turpis includit in se deformitatem peccati mortalis et ideo cum voluntas per consensum et deliberationem conversa in talem actum interiorem inclinat ipsum acceptando et in eo delectando constat quod inclinatur in obiectum deforme peccati mortalis, et per consequens talis inclinatio voluntatis in delectationem interiore turpis actus est peccatum mortale. Nota quod delectatio dicitur morosa non propter moram vel diuturnitatem temporis sed magis ex eo quod ratio deliberalis circa eam demorat ipsam tenendo et volendo nec eam repellit quam cum statim ut animum attingit respui debuerat ut dicit Augustinus xii de trinitate, nec solum in mechia carnali cavendum est ab immundis cogitationibus sed etiam ab illicito ipsius tactu odoratu et

Nota dicitur est peccatum ligata et libera et hoc solum intellige de potentia activa sed etiam potentia in forma cum ligatur peccatum sive debendo ipsum ad unum sed quod dicatur semper ea esse in [illegible] corruptibilibus non potest dicatur forma semper [illegible] non potest ut [illegible] qui [illegible] interdum per aliqua passionem dispositionem contrariam forme sed in potentia [illegible] violenta dicebitur [illegible] alicuius potest dici quod [illegible] immutabilis deo subiecta quod non sunt in statu dissolve et ideo [illegible] manet eadem potentia ad formam illam quam nunc [illegible] ad [illegible] sed est ligata per victoriam [illegible] [illegible] passionem [illegible] non quales [illegible] sunt [illegible] de [illegible] quod [illegible] regimen [illegible] malus [illegible] contrariando [illegible] aut [illegible] est [illegible] et non est defectus in [illegible] ab [illegible] principalis agentis et ideo [illegible] illa [illegible] a qua [illegible] quod sic [illegible] dispositionem [illegible]

Nota in pctō orig[inali] tal[is] fuit processus quia persona corrupit naturam et natura corrupit
personam unde deus considerat in hoc pctō quod pertinet ad naturam et quod pertinet pt
ad personam / passio autem christi sufficienter pctm orle absolvit quantum ad utrumque. Sed que
sacramenta personis adhibentur / ideo baptismus hec ab homine tollit quod ex corruptione
nature in personam redundabat et ideo infectionem culpe prout afficit personam / et penam
illam que actu persone privabat scilicet carentiam visionis divine baptismus aufert, sed non
aufert actum inferiorum prout afficit naturam quod patet ex hoc quia baptisatus per actum nature
orle transmittit in prolem sunt necessario penas que consequuntur per naturam destitute gratia
innocentie primi status huiusmodi scilicet rebellio carnis ad spiritum mors et huiusmodi penalitates
que consequuntur ex hoc ipso quia homo ex contrariis compositus est et quantum ad corpus et quantum
ad animam quando sunt quantum ad appetitum sensus et intellectum, sed per gratiam baptismalem
efficitur ut hee pene remanentes non ducuntur in penam sed magis ei subtrahantur
et meritorie [illegible] cedat [illegible] sunt materia virtute et actio laudabile et exercitium
Sed [illegible] baptisati liberati sunt ab [illegible]

[illegible]

Nota apostolus paulus ad ro. v dicit quod vnius hominem i. adam intrant peccatum in hunc mundum quod peccatum eius imputatur aliis ab eo descendentibus per viam generationis que sunt membra sui eius ipsius quod vocatur originale et primum mors i. pena huius peccati

Cum ergo corpus ade fuit compositum ex contrariis et sic naturaliter corruptibile tamen per donum originalis iusticie sibi datum a deo in sua conditione poterat non mori quod si preceptum seruasset mortem non incurrisset sed quod ipso peccante subtracta est ei originalis iusticia in penam sui peccati per consequens incurrit necessitatem moriendi quod licet considerato corpore humano in se esset naturalis tamen considerato statu hominis in sua prima conditione facta est sibi penalis et in omnes homines mors pertransiit quia quales facta est per peccatum tales descendunt ab eo per generationem in quo sicut adam peccante omnes peccauerunt

Ad maiorem intelligentiam est notandum quod sicut erant membra primi parentis considerat primo videndum est quid sit originalis iusticia cuius ex quo primo ... per hunc contrariam consistat secundo originalis culpa. Est autem originalis iusticia quedam humane nature rectitudo per quam corpus erat ... subditum et vires inferiores rationi eidem ... subdita ... essent pro creatore. Haec autem rectitudo non erat ex principiis nature cum corpus humanum sit naturaliter corruptibile sed a deo data in prima hominis conditione sicut

Cum ergo ... ecclesiastes vii hoc solo quod a principio fecerit deus hominem rectum et quod iusta ... hec talis rectitudo nature humane bene iusticia vocatur et originalis quia data est humane nature in sua prima origine et quod ... ipso vero peccante fuisset in posteros transfusa sed ab adam ... subtracta ... ab eo subtracta et quod caretia ... iusticia ... in homine cum ... fuit data rectitudo seu originalis iusticia ... carentia cum debito habendi eam dicitur peccatum originale ... habendi est illud formale ... quod peccatum ade posteris imputatur et satis ... imputatur eis ad penam ... et iuste puniuntur ... peccatum sed difficiliter videre qualiter imputatur eis ad culpam ... ratione est quod sit voluntaria aliter non esset culpa nec autem sit dicta voluntaria voluntate posterorum ... quod adam non plus ... aliquo alio descendunt tanquam a mouente ... membra ... viam generationis et ... sic ... caretia originalis iusticie dicitur voluntaria a voluntate que est ... in posteris dicitur voluntaria voluntate ade et quia non accepit eam solum pro se sed pro tota posteritate ideo omnes posteri per viam generationis ab eo descendentes in eo fuerit obligati ad debitum habendi ... caretia originalis iusticie in debito habendi eam sit culpa et ... ideo ... posteris imputatur ad culpam

Item est qualiter contrahitur peccatum ... quod non deducit sed est a deo creatum qui non peccat eam infundendo nec etiam parentes generando nec postea ... maxime cum sit baptizatus quod nullus dat ... habent ab adam quod est esse nature corrupte non autem ... esse quod habet per regenerationem baptismalem ... huius generant sibi similes ... adam generauit sibi similes in esse nature destitute ... originali iusticia ... omnes posteri generant sibi similes ... in qua descendunt ab adam

Corpus ade est ... contrariis

originalis iusticia

1

2

adam ... est ...

3

pu carnem et sic anima que est a deo immediate sed omnis culpa a carne provenit et anima sibi coniuncta sic liquor bonus inficitur ex corruptione vasis
in quo ponitur et sic patet culpa provenit ex carne carnaliter sed anima subiectiue est
sicut infirmitas est in corpore carnali tamen quia non est infirmitas propter
in corpore animato est formaliter et subiectiue Ex dictis patet quod obiecto de parvulis bapti-
zatis non valet quia sicut deus et non causat ista ipse gratiam et ut sunt membra Christi sic
ipse non tenetur per membra ade lex est qualiter peccatum alle peccatis baptismum
tollitur dico quod solum quod non est per hoc quod remansit quod fuit in ada per baptismum
redditur et baptizatus rebellione ad animam et sensualitatem corporis ad vim rationis
quod existit Ex predictis quia per gratiam ipse tollitur delictum fundi reatum
dicta et sic tamen dicte rationis non remanet ut est culpa qua formaliter
sunt data huiusmodi caritas reatum ut dictum est Sed remanet tamen ut est
sunt datum huiusmodi concupiscentia contra passiones sensualitatis fortiter pugnando
bene et utiliter certando non cum passiones sensualitatis
infirmitates corporis paciendo tollerando in quibus adiuvat ipse gratia in presenti
ad augmentum vite electorum in resurrectione vero finaliter repellit natura
quia resurrectio erit ad vitam immortalem per Christum immortalitate que in statu
innocencie qua homo potuit non mori sed immortalitate glorie qua non poterat
mori sed cum Christo habemus mortem

Utrum ante peccatum homo erat immortalis Sanctus Thomas prima parte questione xcvii articulo primo
Respondeo ante peccatum homo erat immortalis ex deo non ex parte materie sed non sicut angelus
dicit quod angeli dicuntur immortales ex forma sua sicut corpora celestia quod non potest
quia tamen materia quam solum inclinatur ad formam sic non est ad aliam formam incorruptibile ideo non erat
corruptibilis eo quod ipsa materia non potest ad aliam formam ex parte materie sicut quando ex contrariis scilicet igne aqua aere et terra
homo immortalis eo quod ex parte materie sicut quando ex contrariis ignis et passionibus et per degrae dicit quod
que habet contrarias qualitates sed passibilitatem et incorruptibile et mortale Secundo dicit quod immortalitatem
corporibus et corruptio est corruptibile et mortale per naturam inherens aliquam dispositionem formalis
ex forma quia sic esset corruptibile per naturam inhereret aliquam dispositionem formalem
per gratiam totaliter a corruptione fuerat Tertio dicit quod incorruptibilis homo in gloria
tam potens non debet forte anima ut ex eius habitu redundat in corpus
plenitudo forme incorruptionis vigor Tertio dicit quod immortale ex parte cause
efficientis quia sicut a causa effectus procedit totus conservans rem absque
corruptione et isto modo erat homo in statu innocencie immortalis
dicit ibidem quia corpus hominis non erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem
in ipso existentem sed inerat anime vis quedam sensualis a deo data per gratiam
poterat ab omni corruptione preservari quamdiu ipsa deo subiecta mansisset
dicit deus hominem fecit quamdiu non peccaret immortalitate vigere ut ipse
sibi esset auctor ad vitam aut ad mortem Ista immortalitas absolute
peccatum de ut per omnem hominem intravit mors in orbe terrarum et per peccatum
mors et non solum mors corporalis sed etiam spiritualis et eternalis per culpam
vita spiritualis sit in anime ad deum per culpam mors spiritualis seu
separatio anime a deo sicut mors corporalis separatio anime a corpore

De gratia

Vista do in de veritate questione xxvii articulo primo dicit gratia non est aliquid quod sit positum
dicitur in aliquo ipse sensualis et loquitur de ea sicut quod potest aliquid in homine
Sed quod sit ut mors dei dicit sufficit accipi ad quod per aliquod quod gratis datum
et sic dicitur facere hanc gratiam alio modo per acceptationem ipsius quod ab aliquo
acceptatur et sic dicitur iste habet gratiam regis id est acceptus est regi et hec due
sequuntur ordine quodam ad invicem non enim aliquid gratis dat nisi quia hoc
per aliquod ille cui datur est acceptus et sic in deo dicitur gratiam ponimus
quare una dicitur gratis data et donum prophetie sapientie et huiusmodi que
aliquid ponunt etiam in creatura alia vero dicitur gratia gratum faciens
sicut quod homo deo acceptus et ista etiam ponit aliquid in deo vel actum divine

voluntatis acceptate ipsum hominem. Sed utrum possit aliquid in homine acceptato hoc facit diuinum

aput quosdam ambusdam assertibus gratiam huiusmodi intellectualem creatam esse in anima sed solum

in deo. Sed hoc stare non potest. Deum enim acceptare aliquem vel diligere quod idem est

nichil est aliud quam velle bonum aliquod. vult enim deus omnibus creaturis bonum

naturae propter quod dicitur deum omnia diligere Sap. x. diligis omnia que sunt, et omnia approbare

Gen. i. vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. Sed ratione acceptationis et

dilectionis non consueuimus dicere aliquem habere gratiam dei, sed in quantum deus vult ei

aliquod bonum speciale quod est vita eterna ysa [illegible] oculus non vidit absque

te que preparasti diligentibus te. Ro. vi gratia dei vita eterna. Sed hoc bonum non

vult deus alicui indigno esse naturam, homo enim ex natura sua non est dignus tanto

bono cum sit speciale bonum et ideo ex hoc ipso quod ponitur aliquis deo gratus ex

huiusmodi bonum ponitur quod in eo sit aliquid per quod sit dignus tali bono speciali

Cum quidem non moueat diuinam voluntatem ut hominem ad id bonum ordinet sed potius

e converso ex hoc ipso quod deus voluntate sua aliquem ordinet in vita eterna prestat

ei aliquid per quod sit dignus et hoc est quod dicitur ad Coll. i. qui dignos nos fecit

in parte sortis in lumine. Et huius ratio est quia sicut scientia dei est causa rerum et

// ut vera || non causata a rebus, ita et voluntas eius est effectrix boni et non causata

a bono sicut vera. Sed ergo dicitur dei gratiam habere non solum ex hoc quod a deo diligatur

in vitam eternam sed ex hoc quod datur ei aliquid bonum per quod est dignus vita eterna

et hoc donum vel bonum dicitur gratia creatum faciens. Alius enim in gratia posset

dici esse vel exiens in peccato mortali, si gratia sola acceptatione diuina diceretur

cum contingat aliquem peccatorem esse predestinatum ad vitam eternam [illegible]

Circa dignitatem attenditur ex hoc quod ex solo deo est, et non a creatura sicut

declarat [illegible] eterna se [illegible] est per aliquam [illegible] ad

[illegible] sed [illegible] vel [illegible] est gratia nulla creatura [illegible] et ideo

nulla creatura potest gratiam conferre. Et est [illegible] quod nulla creatura gratiam effectiue

causare potest [illegible] aliquid ministerium possit adhiberi ordinatum ad gratiae susceptionem

Cuius ratio est ex [illegible] ex consideratione [illegible] gratiae quae non est [illegible] deus est quod quaedam

perfectio excedens naturam ad quam est speciale, nullus autem effectus specialis potest esse

a creatura [illegible] quae [illegible] dei solius esse [illegible] statum suae [illegible]

[illegible] statu [illegible] quae solius dei per [illegible] nulla

[illegible] creata agere nisi [illegible] vel aliquo modo [illegible]

[illegible] non se extendit ultra [illegible] creatura

aliqua operatione specialiter efficere potest. Et inde est quod miracula sola virtute diuina agente

fiunt, quibus ad miracula [illegible] aliqua creatura cooperatur ut orando vel [illegible]

aliud ministerium adhibendo et propter hoc nulla creatura effectiue causare potest gratiam

Circa [illegible] ex operatione [illegible] per gratiam voluntas hominis immutatur [illegible]

[illegible] voluntate ut bonum velit [illegible] voluntatem [illegible] solius dei est, quibus [illegible]

ad posse intellectum alterius [illegible] quod non est quia [illegible] dei actus est [illegible] potentia

et [illegible] et ergo [illegible] actus dei [illegible] potest immutare [illegible] potentia [illegible]

operatio quae solius dei est [illegible] potest immutare [illegible]

cum potentia potest aliquis operari [illegible] non sunt organicae [illegible] intellectus et voluntas [illegible]

adhibende [illegible] quod moueat [illegible] in corpore organico actum. Aliquo [illegible] obiectum

quod est [illegible] vel [illegible] vel aliquid huiusmodi quod voluntatem non autem mouet intellectum de necessitate nisi

voluntas non [illegible] monet sed intellectum [illegible] mouet, non solum [illegible]

[illegible] quod non sit [illegible] voluntate propter [illegible] ad [illegible] non

[illegible] voluntatis [illegible] desiderati cum [illegible] sed [illegible] ad id bonum

[illegible] desideratum per venire posse [illegible] intellectum [illegible] aliqua creatura potest mouere

[illegible] obiectum non autem voluntatem [illegible] aut [illegible] neque intellectum neque voluntatem

nulla creatura potest immutare nec [illegible] gratiam per quam voluntas immutatur aliqua creatura

conferre potest. [illegible] ex fine [illegible] finis aut [illegible] agentis eo

quod finis et [illegible] commune est unum et idem [illegible] per quam [illegible]

[illegible] sed creata est a solo deo [illegible] creaturam [illegible] et ultimus finis

[illegible] gratiae collatio per quam [illegible] ultimo fini coniungitur est a solo deo

h [illegible]

Nota circumstantia que potest in actu peccati mutat in alterius generis propter deformitatem addit et speciem sic circa luxuriam mon[illegible] dicit quod fornicatio non mutat speciem et dicitur alia deformi[tas] nisi quia ad genus luxurie pertinet est enim soluti ad solutam. Et fornicatio deformis quia [illegible] fornicatio [illegible] templa [illegible] et in aliis locis ubi [illegible] conveniebat congregabant [illegible] et polluebat [illegible]. Stuprum quod est illicita virginis defloratio addit aliam deformi[tatem] [illegible] violate que non est ita apta [illegible] et hec [illegible] inferre etiam per specialem legem prohibitum est. Similiter et adulterium quod est alterius thori violatio addit specialem deformitatem alterius generis que est ex ipsa [illegible] illicito quod pertinet ad genus iniustitie. Similiter etiam incestus, qui est consanguineam vel affinium abusus ab [illegible] vel [illegible] castitatem [illegible] castitatem violat in [illegible] que [illegible] addit specialem deformitatem [illegible] violatum. Similiter etiam raptus qui committitur ex hoc quod puella a domo patris violenter abducitur [illegible] sine [illegible] puelle sive parentibus illata [illegible] puellas deformitatem addit scilicet violentia quam lex in quacumque re prohibet. Unde et circumstantie quibus [illegible] non sunt [illegible] in confessione [illegible] [illegible] fornicatio et ad tombibus [illegible] luxurie [illegible] legitimum [illegible] deformitatem alterius generis [illegible] nomine que [illegible] q non addit aliquam specialem deformitatem alterius generis [illegible] addit [illegible] non alias species [illegible]

Nota species luxurie [illegible] concubitum [illegible] et cum [illegible] [illegible] luxurie [illegible] addit aut non addit aliquam deformitatem [illegible] luxurie [illegible] et sic est raptus qui violentia [illegible] [illegible] et hec [illegible] vel ad [illegible] vel ex conditione [illegible] cum qua luxuria committitur [illegible] vel ad alium aliquem sic consanguinitas et sic est stuprum vel [illegible] vel consanguinitate et sic est incestus [illegible] fornicatio [illegible] [illegible] adulterium [illegible] [illegible]

[illegible]

ad 3 [illegible] fornicatio [illegible] ad consanguinitatem et [illegible] luxuria [illegible] [illegible] ad affinitatem et consanguinitatem et [illegible] [illegible]

ad 4 [illegible] in vij ethicorum [illegible] castitatis [illegible] [illegible] violentia et [illegible]

ad 6 raptus [illegible] stuprum addit specialem deformitatem [illegible] a stupro [illegible] domo patris [illegible]

ad 7 [illegible] sacrilegium [illegible] ad stuprum vel [illegible] ad [illegible] incestum [illegible] [illegible] quem [illegible] committitur cum ea que [illegible] [illegible]

Nota secundum doctores quod coitus est magis peccatum secundum quod magis distat a matrimoniali coitu
vel specie aut hic enumeratis aliqua distat a matrimonio et quantum ad essentiam et quantum modum
ad tempus quod est concubitus scilicet raptus et ideo est maius peccatum inter illa que hic enumerantur
Alie vero distant a matrimonio quantum ad essentiam tantum et hoc dupliciter quia illa cum qua
coitur vel non est matrimonio iuncta sed potest matrimonio iungi vel nec est iuncta nec
potest iungi et hoc magis distat Secundum aut primo modo, aut per coitum perpetratur
aliquod impedimentum scilicet matrimonio aut non primo cum minus distat Si autem non
potest matrimonio iungi vel non potest aliqua condere causa, vel non potest simpliciter
impedimentum et hoc magis distat Et sic hoc patet quod fornicatio simplex est minimum
peccatum aut ista quia illa cum qua coitur nullum novum impedimentum est contra
scilicet matrimonium. Post hoc est stuprum propter quod infert impedimentum
iniuria ut non ita facile per matrimonium nubere possit Et post hoc est adulterium
quod est concubitus ad illam que non potest duci in uxorem dum vir eius vivit
Post hoc est incestus et committitur cum illa que similiter uxor esse non potest
Post hoc est raptus qui contrariatur matrimonio non solum quantum ad essentiam sed etiam
quantum ad tempus. Et hic est ordo eorum secundum genus suum considerando
licet ex quibus hic ordo variatur secundum diversas circumstantias, unde cum sibi invicem
comparantur gravius est peccatum cum ... completa ... quod vir quod male credit
1 ista vicia, quia nobilior est castitas virginalis quam coniugalis secundum adulterium est contra
castitatem coniugalem, stuprum autem virginalem ergo stuprum est gravius peccatum debet
2 proponi adulterio. 2o ratione dispensationis secundum quod aliquis licite coniungitur cum illa
cum qua commisit adulterium, non autem sine aliqua dispensatione quod aliquis coniungitur licite
cum illa cum qua commisit incestum sed per dispensationem potest, accipere uxorem consanguineam
in gradu cum qua ante fuit incestus ergo adulterium ... prius ponendum quam incestus
ergo adulterium est gravius peccatum quam incestus et sic non debet permitti
3 Ad puellam que rapitur potest esse matrimonium quod non fit violentia ...
sed puellis sed ad illam que per incestum violatur non potest esse matrimonium ergo
incestus est gravius peccatum quam raptus et videtur quod male ordinet. Ad primum
ergo dicendum quod adulterium non solum est peccatum contra castitatem sed quia est contra fidem debitam
quam habet vir in uxore, Ad secundum dicendum quod ecclesia non potest dispensare quod
aliquis ducat in uxorem illam cum qua commisit adulterium vivente viro eius
aliqua causa dirimente potest eam in uxorem ducere absque dispensatione sed post mortem
viri quia adulterium per se non dirimit matrimonium contractum nisi in aliquo casu
3 Ad tertium dicendum quod ecclesia possit per matrimonium ducere in uxorem consentientem puellam
et parentibus eius quantum ad hoc plus pertinet incestus a matrimonio distat utrumque ordinet

Benedictus deus servus servorum dei ad perpetuam rei memoriam Benedictus
deus in donis suis et sanctus in omnibus operibus suis qui sacrosanctam
romanam catholicam et apostolicam ecclesiam quam et vineam plantavit
dextera sua quamque ut primam in ecclesiis omnium caput erexit et
rectricem dicente domino ad petrum Tu es petrus et super hanc petram
edificabo ecclesiam meam sua misericordia non deserit per sanctos apostolos
utrumque petrum et paulum singulares eiusdem ecclesie defensores
pia benignitate et continua protectione custodit ut eorum meritis gubernata
in se stabilis maneat fundata supra firmam petram. omnesque fidei christiane
cultores illi obediant illi pareant illi intendant sub illius magi-
sterio degant sub eiusdem disciplina et correctione consistant nemo
illius aliquod dogmatisare improbandum instrat manifestum infide
temeritatem ingerat sed quisque declinet homo a malo et faciat bonum
ambulet per vias rectas et ad meliora perfecta desiderabiliter proficiat
speret in futura eterne vite retributione et timeat malorum in penis
perpetuas calamitates non remotas Nam scriptum est Ecce venio cito et
merces mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua. quod si secus aliquid
fuit attemptatum id protinus sua auctoritate penis et adiectis prout ex-
pedire videlicet proficiens emendat per quam ut in sertam sic sistet aliis re-
formaret et passionis sue tempore salvator noster ihesus christus patre orasse
perhibet dicens Simon ecce sathanas expetivit vos ut cribraret
sicut triticum ego autem pro te rogavi ut non deficiat fides tua et
tu aliquando conversus confirma fratres tuos Sane dudum tempore fe. re. feli-
cis recordationis Johannis pape xxii predecessoris nostri inter nonnullos etiam in theologica facultate
magistros super visione anime in futuro homini post mortem sua in quibus
nihil erat purgandum cum de hoc seculo recessisset vel si fuerat iam
purgatum erat ex toto an divinam essentiam videat ante suorum corporum
resumptione et iudicium generale Et super nonnullis aliis circa ma-
teriam ipsam quam negabatur aquam nec alio vero secundum suas ymaginationes
de visione divine essentie ab animabus huiusmodi diversimode. Unde nostra
prout ex dictis et scriptis ipsorum nostris apparet Et nos eligi vero sub
contrariis quas hic causa brevitatis omittimus quia infra ex nostris
declarationibus apparebunt. inter se etiam disputabatur Cuique idem predecessor
ad que predictarum declarationis pertinebat ad discussionem contrariarum huiusmodi
se pararet in suo consistorio publico tam fratribus suis sacrosancte
romane ecclesie cardinalibus de quorum numero tunc eramus quam prelatis
et magistris in theologia quam multi aderant tunc partes diligendo
discutiendo et mandando ut super materia de visione predicta quam referret
absque deliberatione unusquisque diceret quod sentiret tamen morte preventus
sicut domino placuit perfecere id nequivit Defuncto itaque predecessore prefato Nos
divina dignatione ad apicem summi apostolatus assumpti. diligenter
attendentes quanta extremissent ecce contrariarum non solutis
animae dimitteret pericula quantaque exinde possent scandala
suboriri ut ipsorum pateat et veritatis scholiis enotescat. Hinc
hinc super predicta sollicita examinatione et diligenti deliberatione cum
fratribus nostris dicte sacrosancte Romane ecclesie cardinalibus de ipsorum fratrum
nostrorum consilio hac in perpetuum valitura constitutione auctoritate apostolica

diffinimus quod secundum communem dei ordinationem anime sanctorum hominum qui de hoc mundo
ante dominum nostrum ihesum christum passionem decesserunt necnon sanctorum apostolorum martyrum
confessorum virginum et aliorum fidelium post sacrum ab eis baptisma
susceptum in quibus nil purgabile fuit quando decesserunt nec erit quando
decedent in futurum vel si tunc fuit aut erit purgabile aliquid in
eisdem cum post mortem fuerint purgate. Et quod anime puerorum eodem
christi baptismate renatorum et baptizandorum cum fuerint baptizati
ante usum liberi arbitrii decedentium mox post mortem suam
et purgationem prefatam in illis qui purgatione indigebant. Etiam
ante resumptionem corporum suorum et iudicium generale post ascensionem
salvatoris domini nostri ihesu christi in celum fuerunt sunt et erunt in celo celorum
regno et paradiso celesti cum christo angelorum consortio aggregato
ac post domini nostri ihesu christi passionem et mortem viderunt vident et videbunt
divinam essentiam visione intuitiva et etiam faciali nulla
mediante creatura in ratione obiecti visi se habente sed divina
essentia immediate se nude clare et aperte eis ostendente
quodque sic videntes eadem divina essentia perfruuntur. Necnon quod ex
tali visione et fruitione eorum anime qui iam decesserunt sunt vere
beate et habent vitam et requiem eternam et etiam illorum qui postea
decedent cum eandem videbunt divinam essentiam ipsaque perfruentur
Ens p(er) accns e qn unum accns dicit(ur) de alio ut albu(m) e musicu(m) vel qn accns dicit(ur) de subiecto ut ho(mo) e(st) musicus. Ens p(er) se unus s(ecundu)m decem p(re)dicam(en)ta
Aliquo(modo) dicit(ur) unumquodque rei
Extrema relacois semp(er) sunt diu(er)sa in re vel relatoe
Prius e quod p(ro)pinq(ui)us primo principio est p(ro)pinquius
Potentia activa et passiva mutuo sibi respiciunt unde unus po(ten)cie tuetur tendit po(tenti)a passiva et econverso
Quantu(m) e quod e divisibile in ptes quaru(m) unaqueq(ue) e h(oc) aliquid
Perfectu(m) e extra qd nil e h(oc) e dux
s(ecundu)m p(er)fectu(m) sim(pliciter) ex quod nil e sim(pliciter) et hoc est quod dicit com(mentator)

Commentator

Perfectu(m) simpliciter e dispositio p(ri)mi principii in quo sunt p(er)fectiones et nobilitates om(n)iu(m) entiu(m) nobiliori modo q(ua)m sunt in se ipsis
Aliud e p(er)fectu(m) in g(e)n(er)e s(ecundu)m ex quod nichil e in g(e)n(er)e suo d(ic)tato
Mors metaphorice d(icitu)r finis
Quotiens dicit(ur) principiu(m) totiens dicat(ur) t(ermin)us et e converso
Omne attingens finem est perfectu(m)

Auctes sexti li(bri) methaphisice

Methaphisica considerat causas et principia entium in quantum entia
Substantia et essentia rei non possunt cognosci per demonstrationem
Nulla ars p(ar)ticularis probat suum subiectum s(ed) supponit ipsum esse
Omnis scientia vel e activa vel factiva vel theologica i(d est) speculativa
Naturalis scientia non est practica s(ed) speculativa
Tres sunt p(ar)tes philosophie speculative s(cilicet) naturalis ph(ilosoph)ia mathematica et d(ivi)na i(d est) methaphisica. Naturalis considerat res coniunctas motui s(ecundu)m esse et s(ecundu)m rationem
Idem vult commentator magis expresse qui dicit theologice scie et speculative alijs scientiis delectabiliores sunt et nobiliores et inter theologicas
Si omnis substantia e mobilis ph(ilosoph)ia e p(ri)ma s(ed) si substantia aliqua e immobilis illa est prior et scientia de illis illa e prior philosophia
De ente p(er) accns non est speculatio
Entium quedam sunt ut frequenter queda(m) ut raro et illa sunt entia s(ecundu)m accidens casualia et fortuita
Ex quo habetur quod non omnia veniunt ex necessitate
Bonum et malum sunt in rebus verum et falsum sunt in mente
Ens quoddam e p(er) se quoddam p(er) accns. Ens p(er) se aliud e in actu aliud ex actu. Ens ex actu dividit(ur) in decem p(redicamen)ta que sunt substantia quantitas qualitas relatio

Commentator

con
Naturalia sunt in quaru(m) diffinitione accipit(ur) natura d(ivi)na vel in quaru(m) diffinitione ponit(ur) n(atur)a
Voluntaria sunt in quaru(m) diffinitione ponit(ur) voluntas
Licet omnes scie sunt nobiles tamen scia d(ivi)na est nobilior aliis omnibus quia eius subiectum e nobilius subiectis om(n)ium aliarum scientiarum
Res immobiles divine sunt cause rerum d(iv)inarum mobilium corporum celestium

1i

Au^tes septimi methafte

Accidentia non sunt entia sed sunt entis

Substantia prior est accidente cognitione diffinitione et tempore

Materia non est quid nec quale nec quantum nec aliquod aliorum quibus ens est determinatum

Disciplina fit omnibus nobis per magis nota

Diffinitio est sermo indicans quid est esse vel per essentialia

Diffinitio accidentium fit per additamentum scilicet subiecti unde accidentia diffiniuntur per aliquid extraneum a natura scilicet per substantiam

Compilatione non est diffinitio sed similitudo terminorum

In entibus per se idem quiditas et huius quiditatem

Nomen accidentis concreti duo significat scilicet subiectum et eius formam ut album scilicet albedinem et subiectum albedinis

Omnia que fiunt vel fiunt a natura vel ab arte vel a casu

Prima materia est qua res potest esse vel non esse

Ex sanitate in anima fit sanitas ~~extra animam~~ in materia

Materia non fit forma sed totum compositum

Particulare generat particulare sed Universale non generat neque generatur

Idee non sunt separate a particularibus sed sunt in eis sicut ipse esse ut volunt plato et predicatum de eis predicatione dicente hoc est hoc

Omnis productio fit a forma

Omnes partes diffinitionis sunt forme

Natura humana non fit nisi in hiis carnibus et in hiis ossibus

Generans et generatum conveniunt in specie et sunt unita

Forma facit ad generationem sed ars ad artificialia

Diffinitio est sermo huius partes

Nichil contingit uno nomine diffiniri

Singularium non est diffinitio nec scientia quia qui credunt a philosopho non est manifestum utrum sint vel non sint

Materia per se est incognita

Nichil aliud est in diffinitione quam genus et differentia [differentiam]

Diffinitio est una propter unitatem

Ex duobus entibus in actu non fit unum

Actus separat et distinguit

Forma est causa essendi rebus unde forma dat esse

Commentator

Individuum substantie est suis individuis accidentium

Substantia individualis non est una nisi per formam

Sicut ex duobus non aggregantur due forme simul sic nec in materia

Forma est per quam materia et quam compositum quia nec materia nec compositum est aliquid in actu nisi per formam

Impossibile est ut due forme separate a materia transmutent materiam immediate quia nichil transmutat materiam nisi corpus

Causa multitudinis generabilium ab uno generato est multiplicitas materie in quibus vel inequalitas agentis agit

Proprium est substantie inter
omnia predicabilia ut cum sub una
quantitate sit alia species substantie
Sed non est unde ut cum aliqua
quantitate sit alia quantitas
agentis sed est aliud cum quantitatem
quod est potentia qualitas scilicet materia
Materia non cognoscitur nisi per se
sed per formam
Qui nescit rem nullum nomen
ei imponit, quia nullus imponit
ei nomen aliquod quod nescit
Unde habes quod in rebus nobis
notis tantum nomina imponimus
Forma non est elementum nec ex
elemento sed est substantia addita
elemento Idem dicit Aristoteles 8°

Auctoritas octavi methaphisice

Omnes forme sensibiles
materiam habent
Duplex est substantia scilicet materia forma et compositum
Substantia formalis dat esse
Differentie quedam dantur per formam
quedam per materiam, quedam per utrumque
et ille differentie sunt composite
In separatis a materia idem est quiditas
et habens quiditatem Sed in aliis non
sunt idem sed differunt
Differentie et forme rerum comparantur
numero, quia sicut numero unitate addita vel
ablata non manet eadem species numeri
alia et alia Sic ablato vel addito
aliquo in differentia vel forma rerum
non manet eadem species sed variatur
Et sicut numerus non suscipit magis neque
minus sic differentie et forme rerum
nec magis nec minus suscipiunt
Licet in omnibus eadem sit materia prima
in omnibus est propria materia
Si agens fuerit diversum et materia fuerit
diversa et sub hiis factum fuerit diversum

Forsan quedam naturalia non habent
materiam Et si habent talem qualem
habent generabilia et corruptibilia sed
solum habent materiam ad locum mobilem
Hic dicit commentator quod per hec dicitur
intelligi corpora celestia in quibus non
est materia In hiis ergo esse in potentia ad
corruptionem Sed materia eorum est
aliquid existens in actu scilicet corpus
et dignius habet subiectum quam materia
Non omnium est materia eadem sed quorum
est generatio et transmutatio adinvicem
quia quorum sunt sine transmutatione
eorum non est materia
Causa unitatis diffinitionis est
quia una eius pars est ut materia alia
vero ut forma Sed causa unitatis
materie et forme non est alia nisi
quod unum eorum est in potentia aliud
vero in actu Unde nulla alia causa
unitatis eorum nisi motor qui extrahit
materiam de potentia ad actum

Commentator

Forma secundum diffinitionem separata a
materia est sed non secundum esse quia
impossibile est formam secundum esse a materia
separari
Esse materie est medium inter esse
in actu et inter non esse
Forma dat esse rei
Corpora celestia non habent materiam
que est in potentia ad corruptionem
sed materia eorum est aliquid existens in actu
scilicet corpus et dignius hoc nomen
subiectum quam materia
Sicut transmutatio facit materiam scire
sic operatio facit scire formam
Exitus ergo de potentia ad actum
non largitur ei nullum sed perfectionem

Auctoritas noni methaphisice

Duplex est potentia scilicet activa et
passiva potentia activa.

est primum instrumentorum aliud
incipit aliud

Nichil agit in se ipsum
Nichil patitur a se ipso
Potencia rationalis valet ad opposita
Eadem est scientia contrariorum
Nichil fit quod impossibile est
fieri
Actus simpliciter precedit potentiam
sed in uno individuo precedit actum
Duplex est operatio quedam transiens
in materiam exteriorem ut edificatio et illa
dicitur factio Quedam manens in ipsa
in operante ut visio intellectio
et illa dicitur actio
Sempiternum prius est corruptibili
Non est timendum quod celum stet
id est a motu quiescat
Materia est causa esse et potentia
causa fatigationis
In bonis actibus melior est quam
potentia Sed in malis potentia
melior est actu ut quia actu esse
sanum est melius quam posse sanum
fieri Sed posse fieri infirmum melius
est quam actu esse infirmum
Recipiens non est malum nec corruptio
nec peius
Malum semper sequitur potentiam
Unde circa entia impotencia semper
cadit error
Omne quod cognoscitur secundum quod
est in actu cognoscitur Circa
entia vero in actu id est circa substantias
separatas non fit deceptio
Ignorantia non est qualis est cecitas

Commentator

Nichil agit aliquam actionem circa quam
non habet potentiam
Qui tollit a rebus suas proprias
actiones tollit ab eis suas proprias
essentias
Qui tollit unum agens esse
quod agit omnia et tollit a rebus
suas actiones sive operationes non habet
terebrum aptum nec habet ad bonum
Unumquodque enim venit actione sua
sibi propria Auctoritates decimi
libri methaphisice

In unoquoque genere est dare unum
minimum et primum quod est
metrum et mensura omnium que
sunt in illo genere
Mensura primo debetur quantitati
et per consequens aliis
Mensura debet esse homogenea
mensurato id est debet esse eiusdem generis
Unius est unitati pluralitas
Contraria sunt que sub eodem genere posita
sunt et maxime a se invicem distant
et eiusdem susceptibili vicissim insunt
Privatio et habitus sunt radices contrarietatis
Uni tantum est contrarium uni
Unius est multitudo omne mensuratum
Media sunt in eodem genere cum extremis
Materia neque tote vindit id est materia
cognoscitur per privationem formarum
Homo et femina non differunt specie sed sunt
idem specie
Masculinum et femininum sunt diversi sexus animalis
Contrarietas que in forma facit diversitatem
specierum id est animalium
Corruptibile et incorruptibile differunt
plus quam genere
Accidens non contingit non esse

Commentator

Mensura cuiuslibet rei est sui generis
Primum in genere substancie est primus motor
qui est actus purus sine potentia

Auctoritates undecimi metha[physice]

Natura non agit nisi remota a causis superioribus que sunt deus et intelligentie

Eternitas est in materia i. potentia pura vera est

Et quilibet est in motore primo i. potentia activa est

Opus nature est opus intelligentie

Corpora celestia sunt animata et non habent de virtutibus anime nisi intellectum et voluntatem

In separatis a materia idem est efficiens et finis

Non est idem quod de primo principio intelligitur motor situm in eo quod intelligit de ipso motore primi mobilis

Ultima perfectio perfectitas hominis est per continuationem eius cum intellectu separato

In separatis a materia idem est dispositiones et dispositio

Unus celorum contactus duo consistat scilicet forma et subiectum eius

Scientia dei causat res sed scientia nostra causata est a rebus

Optima dispositio intelligentie consistit in movendo unde si aliqua dispositio esset non movens illa esset frustra et otiosa

Auctoritates duodecimi metha[physice]

Omnis substantia sensibilis est terminabilis

Quecumque transmutantur illa sunt materiam

Omnia fit ex ente in potentia

Tria sunt principia naturalia scilicet materia forma et privatio

Materia non fit forma non fit sed fit totum

Nulla forma est ante materiam quam quedam est post materiam sicut anima sed tamen non omnis sed intellectiva

Motore dicta sunt prima motus celi est eternus

Primus motor est actus sine omni potentia substantia sine omni accidente simplex sine omni compositione et est immobilis impassibilis et eternus

Primus motor movet ut amatum et desideratum

A primo principio dependet celum et tota natura

Speculatio est optima et delectabilissima

Deum dicimus esse optimum animal eternum actus intellectus est vita

Primus motor nullam habet magnitudinem corpoream

Impossibile est in magnitudine finita potentiam esse infinitam

Stellarum natura est eterna

Impossibile est aliquas substantias separatas esse non moventes

Unum tantum est celum et non plures

Primum principium extra se nichil intelligit

In separatis a materia idem est intelligens et intellectum

Bonum universi consistit in ipso principio ad quod omnia ordinantur

Entia nolunt male disponi

Non est bonum pluralitas principatuum unus ergo princeps

Commentator

Relia apud aristotelem sunt collecta a pluribus ab intellectu qui concipit ab eis similitudinem et facit inter ea unam intentionem

phi. 1

Auctes primi libri phisicorum Arestotilis

Quoniam scire et intelligere contingit circa omnes scientias que sunt principia cause et elementa ex eorum cognitione

Tunc unumquodque scire arbitramur cum causas et principia eius cognoscimus usque ad elementa

Innata est nobis via cognoscendi de notioribus nobis ad propria

Pueri primo appellant omnes viros patres et omnes feminas matres postea unumquodque eorum determinate agnoscunt

Contra negantes principia non est disputandum

Uno inconveniente dato multa alia sequuntur

Quod vere est nulli accidit

Finiti et infiniti ratio soli cognoscenti cogenti

Omnes philozophantes ex nichilo nichil fit

Tria sunt principia nature scilicet materia forma et privatio

Subiectum est prius predicato

Principia non sunt ex aliis neque ex alterutris sed ex hiis sunt alia

Oportet semper principia manere

Infinitum secundum quod huiusmodi est ignotum

Intellectus qui querit accidens separare a subiecto est vanus et impossibile querens

In divisione carnis contingit devenire ad carnem minimam que si ultra dividatur non remanebit amplius caro. Similiter est in aliis rebus naturalibus

In rebus naturalibus est dare minimum et maximum

Omne corpus sensibile finitum per ablationem corporis finiti ab eo tandem consumitur

Melius est ponere principia finita quam infinita

Universale secundum intellectum prius secundum sensum notius est ut sunt dicta

Singulare est dum intelligit prius dum sentitur

Materia non cognoscitur per analogiam id est per comparationem ad formam

Formale quoddam divinum et appetibile

Materia cum forma sunt cause omnium accidentium id est substantia composita est causa accidentium in ea

Forma est quoddam divinum optimum et appetibile

Materia appetit formam sicut femina virum et turpe bonum

Privatio est que in malum multotiens imaginatur ad maleficium

Nichil appetit quod sibi contrarium est

Materia secundum se est in potentia

Materia est ex quo aliquid fit cum insit per se et non secundum accidens

Commentator

Dicit in prologo huius libri

Ultima perfectio hominis est ut sit perfectus per scientias speculativas et sibi ultima perfectio id est vita sempiterna

Philozophus perfectus et sapiens naturalis est virtuosus secundum omnes species virtutum moralium que sunt iusticia castitas prudencia et similia

Liber phisicorum est radix et principium philozophie naturalis

Nomen aristotilis est arcles et est filius Nichomachi sapientissimi Grecorum qui scientiam invenit et

compleverunt fuerunt quia quicquid
scriptum invenitur ab antiquo non
est dignum quod sit pars et principium
sue

Compleverunt qui nulli sunt cum
secuti sunt usque ad hoc tempus cum
reliqui addiderit nichil erroris
invenerit in dictis suis quod esset
alicuius quantitatis

Et talem virtutem esse in uno indi-
viduo est mirabile et extraneum

Et quia haec dispositio in isto homine
fuit ergo dignior est dici divinus
quam humanus

Natura quedam est perfecta et est illa
que fit in causa. Quedam im-
perfecta et est illa que fit sine ea
sic exponit hic allegator quod per duas
causas efficientes particulares intelligit causas
similes scilicet materiam et formam

Motu nichil aliud est quam omnes
partes simul sumpte

In informatione autem generatorum hominis non
cessant partes informationis recipi et
partes hominis fieri donec forma huma-
na sit completa et hoc est verum
si forma recipit perfectionem

Sed autem non illud quod accidit in
accidentibus propriis generatione

Transmutatio substantialis et accidentalis
conveniunt in hoc quod sunt mutatio
rei de una dispositione in aliam

Sed differunt in hoc quia transmutatio
substantialis mutat nomen et diffinitionem

Sed accidentalis neutrum horum mutat

Materia prima nullam formam
in se habet sed est in potentia ad
recipiendum omnes formas

Materia non est sua potentia
prima potentia est in genere relationis
materia vero in genere substantie

Consuetudo est altera natura

Materia prima non potest separari ab omni
forma

Auctoritates secundi libri Physicorum

Natura est principium motus
et quietis in quo est primum cum insit
per se et non secundum accidens

Cecus natus non potest disputare
quantum ad rem sed quantum ad nomen

Omnis substantia naturalis est eorum natura

Tota substantia artificialium est
eorum materia

Materia dicitur de natura et forma

Materia et forma non sunt separata secundum
se sed secundum rem et esse sed secundum rationem

Forma magis est natura quam materia
Una magis dicitur esse secundum quod
est in actu quam secundum quod est in potentia

Dubium et sua opposita passio
eiusdem considerationis sunt

Ars imitatur naturam in quantum potest

Forma est finis materie

Finis non solum est ultimum rei sed est
ultimum et optimum

Nos sumus quodammodo finis omnium

Homo generat hominem ex materia et sol

Abstrahentium non est mendacium

Naturalia diffiniuntur cum motu
et materia sensibili

Materia et forma sunt eiusdem con-
siderationis

Quatuor sunt cause

Aliqua sibi invicem sunt cause

Idem aliquando rebus oppositis
causa

Causa et effectus debet
esse proportionata

Causa et effectus secundum actum simul
sunt et non sunt

In celestibus nichil videmus
sine causa

Fortuna est causa secundum accidens

in hiis que fiunt ~~f~~ a proposito et fine
Bona fortuna est quando aliquid boni euenit
Mala vero quando aliquid mali euenit
Sed eufortunium quando aliquid necessarium magnum et bonum euenit
Quod parum distat apud intellectum nichil distat
Fortuna non est nisi in agentibus a proposito et voluntate Sed casus est bene in animalibus irracionalibus et in rebus inanimatis Unde dicitur quod equus a casu venit ad stabulum et saluatus est a lupis et tripes cadit et stetit
Frustra et vanum est illud quod ordinatur ad aliquem finem quem non potest includere
Illud quod peracte est prius est eo quod est peractum
Forma et finis et efficiens saepe coincidunt
Materia finis et efficiens numquam coincidunt
Que mouent non mota amplius non sunt physice considerationis
Natura agit propter finem
Finis imponit hiis necessitatem que sunt ad finem
Finis in operabilibus est sicut principium in speculabilibus
Commentator
Forme artificiales sunt accidentia in substantiis naturalibus
Anima humana est medium inter formas materiales et abstractas
Qui dicunt naturam non agere propter finem tollunt sollicitudinem dei circa inferiora entia
Auctoritates tercii libri phisicorum
Ignorato motu necesse est ignorare naturam Tot sunt motus quot sunt species entis
Motus est actus entis in potentia secundum quod in potentia
Omne mouens naturale in mouendo mouetur
Actio et passio sunt unus motus et sunt in passo sicut in subiecto
Quodcunque sit unum est corpore fine
Infinitus non debet esse a posse
Nullum corpus est actu infinitum
Infinitum secundum quod huiusmodi est ignotum
Continuum resoluitur in ea ex quibus componitur
Idem est locus totius et partis
Continuum est divisibile in infinitum
Infinitum habet racionem partis et non totius et habet racionem materie et non forme
Totum perfectum est cui nichil abest
Numerus causatur ex diuisione continui
Continuum est infinitum secundum diuisionem
Numerus vero secundum appositionem
Commentator
Quidam homines ita fiunt consuetudine quod comederunt ~~venenum~~ venenum quod venenum erat eis cibus
Quidam propter consuetudinem audiendi fabulas negauerunt principia vera et per se nota ut est illud ex nichilo nichil fit
Fides vulgi fortior est quam fides philozophorum
Qui in principio audiuit philosophiam non potest bene audire leges
Sed qui in principio audiuit leges non impeditur quin posset audire philosophiam
Auctoritates quarti libri phisicorum
Quod non est nusquam est
In rebus mobilibus idem locus
Omne corpus est in loco

Vel in omni loco est corpus
Unde dicit philosophus quod corpus non est sine loco
nec locus sine corpore
Duplex est locus communis et proprius
Communis in quo plura sunt corpora proprius
in quo unum est corpus tantum
Locus est terminus corporis continentis
immobilis id est locus est ultima super
ficies corporis continentis in tantum distans
ad verbum Octo modis aliquid est
in loco Primo sicut pars in toto ut digitus
in manu Alio modo sicut totum in partibus
ut domus in pariete tecto et fun
damento Tertio sicut species in genere ut
homo in animali Quarto ut genus in specie
Quinto sicut forma in materia Sexto
sicut res in effectu vel efficiente
Septimo sicut aliquid in suo fine
Octavo sicut locatum in suo loco
Nihil est in seipso per se et primo
Superficies est in corpore
Scientia vero in anima
Locus continet et conservat
locatum
Quamquam quidem sunt pulcherrime demonstra
tiones ostenditur quod ipsum est et cum actiones
propria ostenduntur scientiam et cum opposi
tum ipsum manifestant
Locus est equalis locato
Duo corpora non possunt esse in eodem loco
Unumquodque movetur ad locum sibi proprium
Non est dare vacuum in natura
Vacuum ad plenum et non ens ad ens
nulla est proportio vel comparatio
Necesse est dividi excellens in ex
cellentia et in illud quod excellitur
Unde excedens et excessum semper
debent in aliquo participare
Contrariorum eadem est materia
Tempus consequitur motum et qui
non apprehendunt motum non apprehendunt
tempus sicut patet in hiis qui fabulose
locuntur dormire in sompniis

Tempus est numerus motus secundum prius
et posterius in motu possunt sic numerari
ab anima
Nihil habemus de tempore nisi nunc tempus
Tempus est mensura motus
rerum motabilium
Omnia que sunt in tempore tha
bestunt in tempore
Sempiterna non sunt in tempore
Tempus est passio motus et pre
cipue motus celi

Commentator

Celum non est in loco per se sed secundum
accidens hoc est rem condensatorem
Quantitas est de genere virtutum activarum
Successio motus causatur ex resisten
tia medii vel ex resistentia
mobilis vel ex resistentia virtutis
Tempus est numerus prioris et posterioris
existentium in motu

Auctoritates quinti libri physicorum

Omnis motus capit de
nominationem a termino ad quem
Medium comparatum ad unum extremum
est contrarium alteri extremo ut fuscum
comparatum ad nigrum est contrarium albo
et dicitur album
Motus est transmutatio successiva
que fit in tempore secundum quod mutatio
est transmutatio subitanea que
fit in instanti Et tempore
mutationis due sunt species generatio
Generatio est mutatio a non esse ad
esse
Corruptio est mutatio ab esse
ad non esse
Ad substantiam non fit motus quia
substantie nihil est contrarium
Motus est tantum in tribus predicamentis
que sunt qualitas quantitas et ubi
Motus in qualitate dicitur alteratio
In quantitate augmentatio et diminutio
Et in ubi dicitur locatio vel in loco
mutatio

Omnis motus fit de contrario in contrarium

Continua sunt quorum ultima sunt unum ut caro et cutis altera

Contigua sunt quorum sunt simul ut cutis et camisia

Consequenter se habentia sunt inter que non est medium eiusdem generis licet inter ea sint que non sunt eiusdem generis Et licet inter sunt media alia ut domus consequenter se habent cum domo inter quas non est alia domus necessarie

Duplex est generatio motus

Commentator

Omnes genetes ponunt principia denotata

Vel omnes genetes nunc ponunt principiorum denotatorum esse nomine et verbum Et ponunt tangentes forme quiescentis Et verbum tangentes forme mobilis

Elementa sunt contraria secundum suas qualitates et non secundum suas formas

Qualitates elementorum non sunt eorum forme substantiales licet assimilantur formis substantialibus ut caliditas non est forma ignis

Auctoritates sexti libri physicorum

Continua sunt quorum ultima sunt unum ut cutis et caro

Nullum continuum compositum potest esse ex indivisibilibus ut linea non potest componi ex punctis

Inter quelibet puncta signata in continuo est dare lineam mediam

Punctum non est continuum puncto nec contiguum sed consequenter se habens ad ipsum

Continuum est divisibile in semper divisibilia

Omne corpus est mobile et omne mobile est corpus

Omnis motus est in tempore

Omne quod movetur est divisibile scilicet partim in termino a quo et partim in termino ad quem movetur

Terminus tangentes est indivisibilis rei

Indivisibile movere non potest nisi per accidens

Nulla mutatio est infinita secundum species sed secundum actum vel secundum tempus bene potest esse infinita ut motus celi

Commentator

Indivisibile est tantum indivisibilis

Finis rei est indivisibilis

Generatio et corruptio sunt terminus alterationis

Alteratio est divisibilis

Generatio et corruptio est indivisibilis

Auctoritates septimi physicorum

Omne quod movetur ab aliquo movetur

In moventibus et motis non est procedere in infinitum et sic necesse est devenire in aliquod primum motorem

Movens et motum sunt simul inter ea non est medium

Virtus est dispositio perfecta ad optimum Unumquodque tunc perfectum est quando attingit propria virtute Vel tunc attingit finem sua propria virtute

Ab experientia particularium accipimus scientiam universalium

In quiescendo et sedendo anima fit sapiens et prudens vel sciens

Infantes ita bene iudicare non possunt sicut senes

Alteratio est solum in tertia specie qualitatis

Sola univoca ~~et equivoca~~ non equivoca sunt comparabilia

Equivocationes latent in generibus

Omne corpus est mobile et equivoce

Commentator

Quedam sunt que movent in membris non
autem necessario consequens est, verum tamen cum
sint conservata est recta ut si lapsus
volaret vel manu retentus de collatione
ambulat huc et illuc. Et hoc
non posset esse si principium motus
animalis esset in capite sicut dixit
Galienus
Perfectio rerum consistit in indivisibili
Virtus est quedam perfectio

Auctoritates octavi libri phisicorum

Motus est vita quedam que
omnibus naturalibus subsistit entibus
Peccat voluntarius sciens quam ex contrario
utitur scientia
Ignis oportet esse combustibile antequam
comburatur
Finiti et infiniti nulla est
proportio
Homo dicitur esse minor mundus
Movens ex seipso est proprium animalis
Vitta vitia virtute propria elevat
lapidem
Gravia et levia per se non moventur
a gravitate sed moventur a removente
per accidens
Primum movens magis movet
quam ultimum
In infinitis nichil est primum pendens
Omne quod movetur ab aliquo
movetur
Actus non est necessarium sed contingit
non esse
Possibili posito inesse nullum sequitur impossibile
Quecumque alia duo sunt coniuncta
in unum si unum potest esse sine altero
et alterum sine ipso potest esse econverso
Contingit etiam dare aliquod quod
tantum movetur et non movet et
aliquod quod movet et movetur
ergo etiam est dare aliquod quod tantum
movet et non movetur
Impossibile est omne movens
moveri eodem motu quo movet

Omne quod movetur per se est divisibile
in partem moventem et motam
Primus motor omnino est immobilis
per se et per accidens
Primus motor tantum est unus et eternus
Motus localis primus est omnium motuum
Solus motus circularis est vere continuus
et eternus
Motus reflexus non est continuus
quia intercepitur quiete media
Motus circularis movet ab eodem
in idem
In circulo non est dare principium et finem
in actu
Motus circularis est primus omnium motuum
et est mensura omnium motuum et
solus uniformis
Celum secundum se totum non quiescit
sed continue movetur
Primus motor nullam habet
magnitudinem nec finitam nec
infinitam. Unde ipse est [illegible] incorpo-
reus invisibilis et eternus
Perpetuum prius est corruptibili
Impossibile est in corpore finito
esse virtutem infinitam
Primus motor est ubi est velocis-
simus motus scilicet in oriente. Quare

Commentator

In prologo huius octavi homo
dicitur esse de eo qui est perfectus per
scientias speculativas et de aliis hominibus
scilicet de ignorantibus
Sapiens naturalis est virtuosus
Agens non posse agere impossibile est
de natura agentis
Sed dicere ipsum non posse agere error
est de corpore
Ex nichilo nichil fit
Homo dicitur parvus mundus
Experimentum sermonum grecorum est ut

conveniunt in rebus sensitivis
Ignatus dat ignatis formam
In causis essentialiter subordinatis
non potest iri in infinitum. Sed accidentaliter
subordinatis non est impossibile
Inter omnia accidentia quantitas imme-
diatius adheret substantie
In celo non est infinita potentia
activa sed passiva
Primus motor est
in oriente et propter hoc quedam
leges adorant versus oriente
Primum antiquum nichil agit
in istis inferioribus sine secundo agente

Auctoritates primi libri de celo

Continuum est semper divisibile
in infinita
Nichil perfectum nisi trinitas
Perfectum est cui nichil deest
Totum universum videtur esse perfectum
Natura ut est apta nata facere sic
facit. Ex quo habetur quod ad perfectionem
universi concurrunt tria
scilicet natura virtus et operatio
Mixtis non convenit motus
nisi ratione elementi dominantis in ipsis
Motus circularis est primus motuum
Perfectum naturaliter est prius imperfecto
Celum non est grave nec leve
Totum et pars ad eundem locum moventur
Uni autem inest motus preternaturaliter vni
alius sibi inest secundum naturam
Celum est ingenerabile et incorruptibile
inaugmentabile et inalterabile
Celum elongatum est a contrariis
Celum non potest recipere peregrinas impressiones
Deus et natura nichil faciunt frustra
Parvus error in principio maximus
erit in fine
Principia sunt minima quantitate
maxima autem virtute
Non est dare aliquod corpus
actu infinitum
Finiti et infiniti nulla est proportio
Non sunt plures mundi nisi unus mundus
unde impossibile est esse plures mundos
Mundum dicitur continere omnes species
secundum se, non dicitur
Aliud est dicere celum et hoc celum
Forma est in materia
Non sunt plures mundi quia tota
materia a sua forma est comprehensa
Tripliciter accipitur celum scilicet pro
octava spera, pro corpore quinto
et pro toto mundo
Extra celum nichil est vel nichil corporis
Extra celum non est tempus nec locus
nec vacuum, sed ibi sunt entia
inalterabilia impassibilia optimam
vitam ducentia quod toto evo perseverant
A primo ente communicatum est
singulis esse et vivere, hiis quidem
clarius hiis vero obscurius
Omnia que moventur quando veniunt
ad proprium locum quiescunt
Oportet inquisitores veritatis
non esse in cognitione contrarios
Impossibile est aliquid esse eternum
quod potentiam habet ut sit non ens
Aliquid omne quod est novum a parte
ante non potest esse novum a parte post
Quicquid ingenerabile est et incorruptibile
hoc est eternum et econverso
Omne corruptibile de necessitate
corrumpitur
Virtus est ultimum alicuius quod potest esse
Virtus activa terminatur ad maximum
Virtus vero passiva ad minimum
Materia est causa esse et non esse

Commentator

Celum est quasi ligamentum inter
generabilia et corruptibilia et principia eterna

In celestibus non sunt plura individua sub una specie

Celum non habet materiam que est potentia ad esse sed eius materia est tantum ad ubi

Res est intellectiva preter formam sensibilibus per materiam

Contrarius actu differunt in ultimo augmenti sui

Et parva in ultima sui detrimenti

Auctoritates secundi de celo

Honorabile est a melioribus persuaderi

Celum movetur sine labore et pena

Celum est animatum et habet principium sui motus in se

Cuiuscumque rei aliqua est operatio illa est finaliter propter ipsam

Oportet autem motum celi esse circa aliquod fixum sic est terra

Nullum violentum perpetuum

Si unum contrariorum est in natura reliquum est in natura

Eadem est materia contrariorum

Celum est rotunde figure

Figura sperica id est rotunda est nobilissima omnium figurarum

Primum est prius ultimo et simplex composito

Motus ~~[illegible]~~ celi est mensura omnium motuum

Motus celi est continuus et perpetuus et uniformis

Natura semper ex possibilibus facit quod optimum est

Omnis motus naturalis in principio est debilior in fine autem vehementior et fortior

Motus animalis in principio est debilior in fine etiam debilior in medio intensior

Sed motus violentus in principio intensior et in fine remissior

Omnis imperfectio et defectus est actionis preter unam

Opposita iuxta se posita magis elucescunt

Stelle sunt eiusdem nature cuius est celum

Stelle in inferioribus calorem generant et lumen

Motus aptus natus est calefacere et ignire

Stella movetur motu sui orbis

Luna nihil revolubilis et speculum facit

Omnes stelle rotunde sunt figure

Magis sollicitudo diligentia sunt debemus maxime circa dubium per primas et debiles rationes quam notiora per efficaciores

Mirabilia nature multa sunt

Illud quod per paucas rationes acquiritur facilius acquiritur quam quod per plures quia hoc difficilius acquiritur

Illud quod per pauciores actiones nobilitatem attingit nobilius est quam quod per plures ea perpetrat etc.

Commentator

Necesse est corpus animati nobilius esse inanimato

Anima enim non intendit aliud per suas operationes nisi quod assimiletur primo principio nobili

Absentia materie est causa eternitatis

Prima anima et eterna acquirit per se primam intentionem propter aliud vero secunda intentione

Stella est densior pars sui orbis

Melius est parum scire de rebus nobilibus quam multa de rebus vilibus

3° de celo

Auctoritates tertii de celo

Plurima consideratio scientie
naturalis est de corporibus
simplicibus et componi dicitur ex
indicibus

Ordo est ipsa natura rerum naturalium
Elementa non sunt infinita sed finita
Et sunt quatuor scilicet ignis aer aqua
et terra

Si totum universum de uno elemento
generaretur iuste est vacuum esse
Elementa sunt generabilia et corruptibilia
Igne nichil est levius
Elementa sunt prima corpora ex quibus
constant alia corpora

Commentator

Qualitates prime elementorum non sunt earum
forme
Terra fecerit avicenna errare semper
in naturalibus scilicet inexperientia considerationum
propter ingenium ignorantia ipsius loyce
Si quo ex una parte aliquid fit necesse
est ea esse situata in toto universo

Auctoritates quarti de celo

Extremum celi dicitur esse
sursum sed medium celi dicitur
deorsum leve dicitur sursum quod movetur
Grave vero quod deorsum movetur
Ignis levis est terra vero gravis
Vacuum nichil est
Omnia corpora inferiora habent
gravitatem preter ignem
Medium contentum est extremo
forme est continere
Materie vero est contineri
Gravia et levia moventur de
per se in sua propria loca nisi sit
impedientibus unum est dupliciter quia
non movetur a generante vel
a re movente prohibens

Commentator

Terra non habent agentes nisi formam
similes in ipsis scilicet agentes de finis
et forma conservans

Agens transmutat ad formam
Substantiale transmutat ad ipsam
propria illius forme
Affinitas et vicinitas invenitur
in rebus propter suas formas

Auctoritates primi libri de generatione et corruptione

Omnium transmutationum communiter
se adinvicem eadem est materia
Ex pauca consideratione defacili enunciat
Generatio est quando totum scilicet compositum
ex materia et forma transmutatur
in totum
Nullo subiecto remanente in eo
sensibili remanet
Elementa habentia simbola idest similes
in se per se non in minus eadem
manet in generatione et corruptione
Ex nichilo nichil fit
Passiones inseparabiles sunt a subiecto
Generatio unius est corruptio alterius
et econverso Et propter hoc generatio et
corruptio semper est perpetua
Illud non est cognitum non est eius
vel idest prima materia et propria est
subiectum generationibus et corruptionibus est
materia prima
Materia prima non est quantitas sed
est illud cuius est quantitas
Materia non separatur ab aliqua forma
Omne agens naturale in agendo
repatitur
Agens et patiens non agunt
nisi approximata
Finis non agit nisi metaphorice
Habitis partibus cessat omnis motus
Elementa non manent in mixtis
actu sed virtute
Mixtio est mixtibilium alteratorum
unio

Commentator

Omne ens naturale est cognitum a nobis et quod non est cognitum a nobis non est ens naturale

Nobis non est credendum quod magis [illegible] sit [illegible]

Textus albertus

Quando ego de miraculis [illegible] de naturalibus loquor

Compositio prima presupponit compositionem secundam [illegible] composito prima est causa compositionis secunde

Prima compositio est compositio forme cum materia aut [illegible] in subiecto

Auctoritates secundi de generatione et corruptione

Quatuor elementa activa et passiva sunt [illegible] in subiecto [illegible] sunt elementa activa et passiva sunt ad invicem que sunt eiusdem generis

Calidum est quod congregat homogenea, i. que sunt eiusdem generis et disgregat etherogenea, i. diversi generis

Frigidum est quod congregat tam homogenea quam etherogenea

Humidum est quod est male terminabile termino proprio bene aut termino alieno

Siccum est autem quod bene est terminabile termino proprio, male aut termino alieno

Calidum frigidum humidum et siccum sunt prime qualitates elementorum ad quas omnes alie reducuntur

Quatuor sunt elementa scilicet terra aqua aer et ignis

Terra est frigida et sicca

Aqua est frigida et humida

Aer est calidus et humidus

Ignis est calidus et siccus

In habentibus simbolum facilior est transitus

Facilius est unum transmutare quam multa

Flamma est fumus ardens

Simpliciter est infinita perfusione [illegible]

Necesse est corpora mixta constare ex omnibus elementis et non ex uno tantum

Ex eisdem sumus ex quibus componimur seu ex quibus nutrimur

Materia est causa quare aliqua possunt esse et non esse

Ignis est contrarius aque aer et terre

Ignis sive superiori agente quod est celum agit deterius quam artificium organum sine artifice

Motus solis et aliorum planetarum in obliquo circulo est causa generationis et corruptionis rerum

Contrariorum contrarie sunt cause

Idem manens idem semper aptum natum est facere idem

Generatio et corruptio sunt perpetua

Deum est ordo

Omne tempus et vita uniuscuiusque mensurantur certo periodo, i. revolutione temporis vel mensure sed tamen quia longior quam brevior

Natura semper desiderat quod est melius

Melius est esse quam non esse

Simpliciter est omnia permanere [illegible] in uno propter longe distare a principio

Generatio et corruptio perpetua [illegible] et non sunt continue

Motore substantia deficit non cedente causa [illegible] secundum speciem [illegible]

Commentator

Concavum orbis lune est quasi forma ignis

Tempora anni [illegible] propter motum solis circularem in eclyptica

Auctoritates primi libri metheororum

Mundus constat ex quatuor elementis

Totus iste mundus contiguus est lationibus superioribus ut inde tota

eius virtus gubernetur

Motus celi est perpetuus

Motus celi est primus omnium motuum et est causa omnium exteriorum

Corpora celestia natura sua calorem in istis inferioribus generant ipsa tamen calefieri non possunt quia non recipiunt peregrinas impressiones

Aer et ignis ultra periferiam montium altissimorum moventur circulariter

Cometa non est stella sed impressio aeris

Auctoritates secundi metheororum

Quorum congelantur nubes nix fit eorum dum congelatur vapor fit pluvia

Interiora terre et etiam aqua in estate sunt frigida In hyeme vero calida

Contrarium circumstans suum contrarium ipsum fortificat per antiperistasim i. per resistentiam

Dulce levitudine facit et sursum fertur Salsum autem propter gravitudinem subtus manet ideo pluvialis aqua dulcis marina vero salsum 3.

Auctoritates tertii metheororum

Humidum non est sine sicco et e converso siccum non est sine humido

Aque magis fluunt de nocte quam de die

Ventus est vapor terreus aere superiora transcendens circumque procedendo impellens

Motus terre causatur ex vapore in terra incluso

Tonitruum fit ex vapore igneo in ventre nubis incluso qui cum nubem exire debet ipsam cum violentia rumpit et facit sonum 4.

Auctoritates quarti metheororum

Qualitates prime elementorum sunt quatuor inter quas due sunt active scilicet frigidum et calidum. due vero passive scilicet humidum et siccum

Putrefactio est ultima corruptio

Omnia elementata putrescunt preter ignem

Oppositorum opposite sunt cause

Generantur a frigido componuntur a calido resolvuntur et e converso

Excellentia frigiditatis impedit putrefactionem

Digestio fit a calido naturali

Omnia que liquescunt sunt admodum aque

Omnia corpora ignita et sub igne facta sunt calidum impositum ut cinis cementum

Unumquodque enim naturale est definitum operatione quadam impositum ut dicitur operatio eius tollitur non potest dici operatio non dicitur operatio eius nisi equivoce ut oculus dum potest in operatione sua que est videre dicitur oculus Cum non potest videre non dicitur oculus nisi equivoce ut lapideus oculus vel depictus

Homo mortuus non est homo nisi equivoce   de anima 1

Auctoritates primi libri de anima

Scientia est de numero bonorum honorabilium Una scientia est melior altera quia est de meliori subiecto vel quia est certior altera

Et propter hoc utraque scientia de anima est melior et honorabilior aliis scientiis naturalibus

Cognitio de anima est utilis ad omnem scientiam et veritatem et maxime ad naturalem scientiam

Anima est tanquam principium omnium animalium alia sunt principia

Animal universale aut nichil est aut posterius est. quia nichil est in rerum natura

ut voluit plato vel si est hoc est
postea si intellectus est per se est
ipsa res
Certam magnam partem conferunt ad
considerandum quod quid est id est substantiam
Sic determinationis primum est quod quid est
id est diffinitio subiecti. Omnes passiones
et operationes que sunt in animalibus sunt
tamen coniuncti ex anima et corpore
et non propriis anime tantum unde nulla
est operatio anime in qua non communicat corpus
unde vel ipsum intelligere non est proprium
proprius anime sed tamen coniuncti
Intellectus vel est in fantasia vel
est sine fantasia
Triplex est diffinitio una que
datur per materiam tantum ut cum dicitur domus
constat ex lapidibus et lignis
Alia est que datur per formam tantum ut
cum dicitur domus est cooperimentum
quoddam prohibens nos ab imbribus
et caumatibus
Tertia diffinitio est que datur per utrumque
ut cum dicitur domus est cooperimentum
quoddam constans ex lapidibus et
lignis prohibens nos ab imbribus
et caumatibus
Naturalis diffinit per materiam tantum vel per
materiam et formam simul sed non diffinit
per formam tantum
Impossibile est corpora actualiter esse simul
Dicere materiam textam vel ponderosam simile
est ac si diceret aliquis eam texere
vel edificare
Si senex haberet oculos ut iuvenis
videret utique ut iuvenis
Intellectus est quoddam impassibile
et incorruptibile
Melius est dicere quod homo intelligat
per animam quam quod anima intelligat per hominem
Intelligere vero corrumpitur quodam
interius corrupto id est fantasia
Pluribus sensibus utitur anima organis
autem corpore

Nec qualitas anima sit intrare qualitas
corporis sed quia anima dependet sui
ipsius corporis
Anima sui ipsius est rebus manens
semper movens
Duo corpora non possunt esse simul
et semel in eodem loco unde anima
quia simul est cum corpore non est
corpus
Tertium est index sui et obliqui
Recedente anima corpus marcessit
et expirat **Commentator**

Artes non differunt a se ipsis nisi vel
confirmatione demonstrationis vel no-
bilitate vel utroque modo
Subiectum scientie de anima est nobilius
subiectis aliarum scientiarum et de
mirabilius eius est magis forma
et ideo ipsa magis precedit alias
scientias
Animalia sunt nobilissima corporum
generabilium et corruptibilium
Actus et potentia sunt diverse
valde opposita et secundum magis et minus
Intellectus agens causat uniones
in rebus
Intellectus sive simplex ... et
abstractus a corpore et impassibile
ut ipse intelligat aliquid sibi extrinsecum
Membra leonis non differunt a
membris cervi nisi per diversitatem
anime leonis ab anima cervi et ceteris

Sanctus Thomas
Cum multa sint data anima ubi
quo utique dominus admirabilem magis
omnibus mirabilem coniungit ... nos
de anima vel verius cognitione
valde introductarium est nobis
ad omnem veritatem. Ad omnes enim
partes philosophie sua vis dat occasiones
Anima separata cognoscens dignitas
est aliquis fidem dare. Quod si ipsa
decepta fuit de qua hic fides
putabitur quam dicet de nullo

Nichil est otiosum in natura sed unicuique enti aliquod opus attributum est

Genus est quedam congeries sive comprehensio similium collectus ex omni specie singularium

Poetis permittitur uti ut volunt

Aristoteles. Aliquis qui sunt apparentes poetas despiciunt fabulas nichil risibilius videtur esse sicut nec in hiis qui currunt in eis stultum interitum nichil est divinius

Auctoritates secundi de anima

Triplex est substantia materia forma et compositum. Materia est potentia forma vero actus

Duplex est actus primus scilicet et secundus primus ut scientia secundus ut speculari secundum scientiam

Talia sunt principia artificialium

Anima est actus primus corporis physici organici vitam habentis in potentia

Anima est substantia id est forma substantialis

Non oportet querere utrum ex corpore et anima fit unum et utrum ex materia et forma

Si oculus animal esset anima visus esset eius forma

Animatum differt ab inanimato in vivendo

Vivere dicitur multipliciter scilicet vegetare sentire intelligere et secundum locum moveri. Si unum istorum adsit dicitur vivere

Anima movet corpus ad sex differentias positionis scilicet sursum deorsum ante et retro dextrorsum et sinistrorsum

Animalis est animal propter sensum tactus

Anima est principium quo primo et principaliter vivimus sentimus et intelligimus et movemur secundum locum

Quatuor sunt potentie anime principales scilicet vegetativa sensitiva intellectiva et secundum locum motiva

Hee sic se habent ad invicem quod vegetativa potest esse sine sensitiva ut patet in plantis et econverso

Et sensitiva sine motiva secundum locum ut in quibusdam conchilibus animalibus et non econverso. Et tamen sensitiva et secundum locum motiva potest esse sine intellectiva ut in brutis et non econverso in mortalibus

In plantis est una anima in actu multe vero in potentia et ideo partes eius abscise vivunt

Intellectus separatur ab aliis potentiis sicut perpetuum a corruptibili

Non solum scimus scientiam sed etiam scimus animam et non solum sanamur sanitate sed sanamur corpore. Unde anima separata non solum dependet a forma sed etiam a materia et simpliciter dependet a forma

Actus activorum sunt in patiente predisposito

Sicut trigonum est in tetragono sic vegetativa potentia est in sensitiva et sensitiva in intellectiva

Potentie cognoscuntur per actus et actus per obiecta

Naturalissimum opus est omnibus viventibus quecumque perfecta sunt et non orbata et quorum generatio spontanea non est generare sibi simile ut esse divinum et immortale participent secundum quod possunt

Nichil de uno corruptibili contingit unum permanere numero sed idem specie per generationem

Anima est causa corporis viventis in tribus generibus cause scilicet formalis efficientis et finalis

Duplex est finis. finis cuius et finis quo. finis intra et finis extra

Nichil proprie nutritur nisi animatum 98

Tres sunt potentie vegetative
scilicet nutritiva augmentativa et generativa
Radices in plantis sunt ori
similes in animalibus quia cibum suscipiunt
nutrimentum
Ignis est augens in infinitum quamdiu
deficit combustibile
Omnium animalium communiter positus
est tactus termini magnitudinis et augmenti
Alimentum ante decoctionem est
contrarium alito et dissimile in
medio mixtum sed post decoctionem
est simile
Nihil est de vivis quod dum vivit
nutritur
Nichil generat seipsum sed salvat
Agens et patiens in principio
dissimilia sunt sed in fine similia
Omnia a fine denominari iustum est
Duplex est potentia scilicet propinqua et
remota sive potentia vicina actui
vel distans ab actu remota
quando duo requiruntur ante perfectionem
Passio dicitur dupliciter uno modo est
transmutatio quedam que fit abiectione
contrarii et illa dicitur passio proprie dicta
Alio modo est quod salus et perfectio
alicuius in potentia ad aliquid quod non
est in actu et illa dicitur passio
methaphorice ut sentire et intelligere
Scientia est universalium
Universalia sunt in anima per naturam uero ex
animam
Anima intelligit cum vult sed non
sentit cum vult quia obiectum intellectus
est in anima ut universale
Obiectum vero sensus extra
ut particulare
Duplex est sensibile proprium et commune
Sensibile per accidens est quam filius
Diarii ut dariga filius
Sensibile proprium est dicitur sed proprium et commune
Communia sensibilia sunt quinque scilicet magnitudo
motus quies numerus et figura

Sensibile proprium est quod per se sentitur
ab uno solo sensu ut color a visu
Quinque sunt sensus scilicet visus auditus
gustus odoratus et olfactus quod
idem est et tactus
Sensus non decipitur circa proprium obiectum
Color est motivus per se luminis
est actus dyaphoni secundum quod dyaphonum
Dyaphonum est aliquod corpus
perspicuum sicut aer aqua et corpus
celeste
Lumen non est corpus nec defluxus
corporalis
Impossibile est duo corpora esse in eodem loco
Illuminatio non est successive in tempore
sed fit in instanti
Tenebre sunt privatio luminis
Color non est visibilis sine luce
Sensibile positum supra sensum non facit
sensationem
Sonus causatur ex collisione
corporum aerem vel aere velociter
vel fortiter frangentium
Echo est sonus secundarius audi-
tus in aere ex repercussione soni prius
facti
Vox est sonus ... animati
Vox est repercussio aeris inspirati
ad vocalem arteriam cum ymagine
significandi
Inanimatum nullum vocat proprie
Duo conveniunt opera nature
scilicet gustus et loquela
Homo peiorem odoratum habet
aliis animalibus gustu
et tactu certiorem aliis animalibus
et tactu nullum alium excellit
Unde nullum ... excellit
humanum in gustando et tangendo
Homo est prudentissimus animalium
Molles carne aptos mente
dicimus duros autem ineptos
Nichil est gustabile sine humido
Caro non est organum tactus
sed aliquid intra carnem scilicet nervus

Caro e medium in tangendo
Medium comparatu ad unum extremum e
sz rationem alterius extremi
Omnis sensus est susceptivus
specierum sine materia sicut cera suscipit
signaculum sigilli aurei sine auro
Excellens sensibile corrumpit sensum
Abeuntibus sensibus remanent species
fantasie
Color rationem est omne ens movens
Sensus qui est potentia anime qui
discernit sensibilia diversorum sensuum
in uno et eodem tempore sicut dulce et
album in lacte et similia Sic dicit

Homerus

Talis est intellectus hominis
in terris hominibus qualem inducit
pater deorum et hominum deorum .i. ipse sol
Deceptio et ignorantia magis propria
est animalibus quam scientia quia
plus in ipsis proficit ignorantia
quam scientia
Error est scientia contrarie
Fantasia est motus factus a sensu
secundum actum secundum quod unumquodque
agit et patitur quandoque

Commentator

Anima est substantia et non accidens
Substantia est dignior omni accidente
Forma substantialis et accidentalis
recte dicuntur esse in subiecto
Anima secundum formam substantialis est eius
in prima potentia quod non est actu
nisi per formam
Omnis substantia est aliquod ens materie
sz compositum ex materia et forma
unde homo quod omne quod ad
venit enti in actu est secundum actus
Compositum ex materia et forma
non dicitur unum nisi sua for-
ma est una
Forme rerum artificialium sunt accidentia
Individuum non est unum nisi
per suam formam
Corpora celestia non indigent de
virtutibus anime nisi desiderium et intellectum
Sollicitudo divina non potest dare nec
potuit individuum unum in eo sed
permanet imperfecta est ei dando
virtute per quam idem permanet in specie
Omne ens naturale desiderat permanentiam sempiternam
Natura semper agit propter aliquid tamen
propter finem
Diversitas formarum est causa diversitatis
materiarum
Omnes recipientes debent semper esse
denudatum a natura recepti secundum speciem
Lux non requiritur in videndo propter
ipsos colores et propter ipsum
diaphonum
Ex exemplo non requiritur verificatio
sed manifestatio
Stelle non videntur de die
propter maius lumen quod est sol
Homo bonis tactus semper est
discretus quod non est de aliis speciebus
Locus continet plus esse locato
Odor est in medio intentionalis
et non corporalis
Vultures et griffones venerunt
ad loca propter odorem quod accidit in
terra grecorum a quingentis miliaribus

Dominus albertus

Dicit idem se de facta in terra grecorum al
venerunt vultures et tres tygrides
ad cadavera mortuorum a quingentis
miliaribus
Locus est plus et continentis locato
Sensus semper dicit verum in propriis et
non in universalibus Omnis equus intellectus
dicit in verbis et non in propriis Tho

Sanctus Thomas

Corporalia sunt causae accidentis sunt
effectu realium
Cum bis singulis de ens mortalium
natura dedit intellectum in hiis
prestat deus aliis causis ad
hec administrat intellectum

Sequitur

Sensus non decipitur circa proprium obiectum suum seruatis tribus conditionibus
Que sunt debita dispositio organi
debita dispositio medij et debita
distancia obiecti
Ea que scimus sunt minima respectu
eorum que ignoramus

Tertius liber de anima

Intellectus est pars anime
Intelligere est pati
Sicut se habet sensus ad sensibilia sic
se habet intellectus ad intelligibilia
Intellectus possibilis nichil est in actu
de hiis enim antequam intelligit ea
intelligere nichil vtitur organo corporali
Anima intellectiva est locus specierum
intelligibilium
Intellectus cum intelligit alia etiam
et seipsum intelligit
In omnibus entibus forma et materia
differunt res et rei esse unde aliud est
magnitudo et magnitudinis esse et aliud
est aqua et aque esse
Quiditas rei est proprium obiectum intellectus
Intellectus intelligens est simpliciter impassibilis
et immixtus et nulli habet quid commune
Intellectus noster est tamquam tabula rasa
in qua nichil est depictum possibilis tamen depingi
Intellectus noster intelligit se sicut alia
id est per species aliorum
Intellectus est immortalis et perpetuus
In separatis a materia idem est intelligens et
intellectum
Sicut in omni re natura est aliquid primo potentia
fieri et facere omnia alia aliud quod [illegible] Sic
et necesse est in anima esse hec duo unum
quod potest fieri omnia intelligibilia et capere
ea et hoc intellectus possibilis aliud vero
quod potest facere omnia intelligibilia et hoc est
intellectus agens unde dicitur est [illegible]
anime intellective scilicet agens et possibilis
Intellectus agens est sicut lumen quod sicut lux
facit distinctos colores qui sunt actu ex potentia et visibiles

Intellectus agens facit intelligibilia
potentia actu intelligibilia
Agens est nobilius et perfectius
passo et forma materia
Duplex est operatio intellectus quedam
dicitur simplicium apprehensio
Quedam compositio et divisio sub
qua comprehendit veritas scilicet ratiocinatio
sive discursus sed intellectus est diuturnus
et perpetuus
Primam consequitur per habitum
Intellectus non est ens in potentia
Potentia in uno individuo precedit
actum sed simpliciter actus precedit potentiam
Omnia que fiunt ab uno ente
in actu fiunt
Duplex est intellectus scilicet practicus
et speculativus Speculativus est
qui considerat simpliciter veritatem practicus
est qui considerat verum et applicat ad
opus
Sicut res se habet ad esse sic se habet ad intelligi
Omne quod est vel est intelligibile
vel sensibile
Anima est quodammodo omnia
Convenienter ferantur quemadmodum et desiderat
sunt sic
Lapis non est in anima sed species lapidis
Manus est organum organorum
Intellectus est species specierum et forma
formarum
Necesse est quemlibet intelligentem fantasmata
speculari
Dux est appetitus scilicet intellectus et
dicitur voluntas et sensitivus et ille
dividitur in duos scilicet in irascibilem et concupiscibilem
Natura nichil facit frustra unde nec
deficit in necessariis nec habundat in superfluis
Intellectus practicus semper est rectus
Appetitus semper movet appetitum sub
ratione boni sive hoc sit bonum verum sive
apparens
Tria requiruntur ad motum naturalem scilicet
movens motum et organum motivum

Dux e movens [?] movens i mo^le quod ē appe^le et movens motu qd ē in po^ia appetitiva aīe
Motus ē et organi motus
Motum ē aīalis et organum motus est cor
Vivere ē id qd vivit habere aīam vegetativam a principio generationis sue usque ad finem
Necesse ē id al[iquod] habere sensum
Impossibile ē corpus aīalis esse simplex elementum
Sensus gustus et tactus necessarii sunt aīali
Alii sensus sunt de bene esse ipsius animalis
Non videmus extramittentes sed intus suscipientes
Sensus tactus ē primus inter sensus et sine eo non possunt alii esse
Excellens sensibile corrumpit sensum
Excellens tangibile corrumpit ~~[?]~~ aīal
Lingua habet aīal ut significet alteri aliquid

Commentator

Intellectus non ē corpus nec virtus in corpore
Sermo in principio debet esse longus ut aut plus
Antiqui invenientes intellectum possibilem quandam novam [?] inve adinvenerunt
Quandoque recipitur in alio per modum rei recipientis et non per modum rei recepte
Species humana ē eterna
Probabilia secundum totum non possunt esse falsa
Verum est secundum omnia intellecta abstracta aliquando sunt esse in me et aliquando sunt esse forme s[cilicet] potentia et actu
Nulla forma ē liberata a materia simpliciter nisi prima forma que extra ~~se intelligit~~ in intelligit
Omnis forma separata a materia est intellectiva
Quando queritur hominis [?] [?] sunt
in materia et extra quod materia adinvenerunt ad de [?] virtutes phisicorum materiales
Habitus est per quem habens ipsum potest agere cum vult
Operatio intellectus possibilis est recipere et intelligere sed operatio intellectus agentis est abstrahere
Intelligere est recipere intelligibilia sed abstrahere ē ponere intellecta actu facere intelligibilia dividendo ea a materia et a conditionibus materie
Multa non habent esse extra animam et volunt plus
Intellectus possibilis ē ultimus in ordine intellectuum sine intelligentiarum abstractarum et separatarum
Prima propositio per nihil aliud scitur nisi lumine intellectus agentis [?]
Quando homo copulatus fuerit intellectui agenti tunc recte assimilabitur deo

Thomas de aquino

Impossibile est transire de actu in actum nisi subeunte potentia que demeat illum actum
Ubi ad quem intellectus ē in quo non ē potentia nec intelligit privationes nec mala talis autem ipse est causa prima
Ille intellectus qui plura intelligit non est nobilior sed qui digniora intelligit est nobilior
Intellectus divinus ē ipsa veritas et ideo semper verum intelligit

Auctoritates parvorum naturalium et primo libri de sensu et sensato

Naturalis philosophi est de sanitate et infirmitate prima principia investigare
Naturalis finit considerationem suam ad ea que sunt de consideratione medicine
Et medicus incipit ab hiis que sunt de consideratione naturalis unde ubi dimittit philosophus ibi incipit medicus
Vivere ē animal hominem est animal habere

sensu tactus
Auditus magna parte confert ad intellectum
et ad prudenciam
Sermo audibilis est causa disciplinae
non per se sed per accidens i. inquantum significat
Visus multas rerum differentias nobis
ostendit vel demonstrat
Cecus a nativitate sapiencior est muto
vel surdo

Sanctus Thomas

Omnis surdus a nativitate est mutus
et non econverso
Visus attribuitur aque et aqua terre
quia est perspicua bene potest recipere species
colorum
Virtus visiva non est in extremitate
oculi sita sed intra oculum iuxta cerebrum
Odor est fumalis evaporacio i. fit
cum fumali evaporatione
Cerebrum est pars humidior et frigidior
omnibus partibus corporis
Cor est oppositum ipsi cerebro et est
calidissima pars corporis
Color est extremitas perspicui in corpore terminato
Manifestiores sunt nobis species saporum
quam odorum
Odoratum homo peiorem aliis animalibus
tactum vero meliorem aliis et perfectum omnibus
aliis
Ignis nec agit nec patitur racione qua
est ignis sed racione qua est calidus
Unde a forma substantiali non egreditur
operacio nisi mediante forma accidentali
Anima que nutriuntur dulci nutriuntur
i. pervenienti
Dulcis sapor et amarus sunt sapores
extremi in quibus consistunt alii sapores
sicut ex albo et nigro colores alii
Unde est odorabile unum quod confert
ad nutrimentum aliquid quod nichil confert
ad nutrimentum sed tamen valet ad temperandum cerebrum
Fumositas cibi perveniens ad cerebrum
in frigiditatem propter locum eius facit humores
remanere
Fumus carbonum facit hominibus gravamen capitis
Simplex nutrimentum non nutrit
sed oportet omnem cibum esse compositum
et mixtum ex quatuor elementis
Intellectus non intelligit sine sensu
Superhumidantes et minime partes
corporis separate a toto corrumpuntur in actu
tunc Et unumquodque saporem maris
infusus mari corrumpitur in mare
Illuminacio fit subito et non successive
Omnis sonus unius non potest pervenire
ad auditum plurium sed unusquisque in specie
Motus maiores expellunt minores
Operacio sine virtute nichil est
Unumquodque enim non potest esse nisi virtute motus propria

Commentator

Visus obscuratur in locis frigidis in
quibus sunt nix et multa aqua
Palpebre sunt posite in oculis
hominum a conservacione eorum ab rebus
extrinsecis sicut vagina gladii
Instrumentum auditus est aer impositus
auribus
Instrumentum odoratus est aer impositus
naso
Color causatur ex commixtione corporis
lucidi et dyaphoni
Color albus et niger sunt extrema colorum
Lux est perfectio corporis dyaphoni
indeterminati Sed color est perfectio
dyaphoni determinati est enim in superficie
Ignis per se non lucet dyaphoni est tamen
Corpus adiuvatur aliis corporibus
Ira bestiarum in animalibus existens non impedit
operaciones nec sine acciones
Artifex secundum posse suum intendit opus
familiare nature
Res semper sequitur naturam sensibilium
Forme extra animam habent esse corporale
in anima vero spirituale

Memoria habet esse in medio inter corporale et spirituale

Auditus in homine est via ad disciplinam

Disciplina non redditur nisi per loquelam

Loquela non redditur nisi per auditum

Intelligere quid illa sunt non est auditus sed intellectus

Albertus magnus

Aboraciosissimi medici incipiunt ab hiis que determinat naturalis Medicina enim habet continuitatem cum sciencia naturali eo quod principia sua ab ipsa accipit et est sub ipsa

Sensacio dicitur passio quia cum passione est

Omnes sensus in animali sunt causa salutis animalis

Liber de plantis non fecit Aristoteles sed discipulus eius theofrastes vel tubalcain

Aurum non putrescit

Sanguis in angustis venis circa cerebrum existens subtilis est et purus et de facili passibilis propter extrinseca et auditoris ad eorum propter frigiditatem preparanda est

Aristoteles de memoria et reminiscencia

Memoria non est presencium nec futurorum sed tantum preteritorum

Unde sensus est presencium memoria preteritorum spes vel opinio futurorum

Memoria est alicuius apprehensi sensu vel intellectu creata est species

Intelligere non contingit sine continuo tempore

Species et similitudo rei existens in anima secundum se considerata est ymaginabilis et intellectualis sed considerata ut est similitudo alicuius quod prius fuit sensatum vel intellectum sic est memorialis

Meditaciones frequentes memoriam salvat

Meditari est considerare aliquid intencionaliter non secundum se sed secundum quod est ymaginatum

Reminiscencia differt a memoria quia reminiscencia est tantum in hominibus sed memoria est in aliis animalibus

Reminiscencia non est memoria sed sequitur memoriam quia procedit ab aliquo retento in memoria

Omnis reminiscencia vel sit a parte vel a simili vel a contrario

Que ordinem habent reminiscibilia sunt

Quedam semel aliqua videntes plus memorantur quam alii multociens videntes

Quidam volentes reminisci non possunt dimittere reminiscere et melancolici quia maxime fantasmata movet ipsos cum volle eorum

Pueri et maxime senes immemores sunt propter nimium motum accidentem corporibus eorum

Commentator

Quatuor sunt virtutes sensitive interiores sed sensus communis ymaginativa fantasia quod idem est quod estimativa que in hominibus dicitur cogitativa et memorativa

Ymaginativa est in anteriori parte cerebri

Estimativa in medio vel in medio parte capite

Memoria in posteriori parte capitis

Aristoteles libro de sompno et vigilia

Opus est propria eius est actus

Infirmitas est aliquid operis secundum naturam (?) quod cum excesserit tempus in quo poterit aliquid facere necesse est ea languescere et hoc non posse facere

Necesse est omne quod vigilat et dormire

Sompnus est ligamentum omnium sensuum 4 6

Sompnus et quies quedam data est animalibus propter salutem eorum

Sompnus assimilatur epilenticis et caduco morbo

Omnia animalia sanguinem habencia habent cor

Cor est principium sensus et motus in animalibus

Nutrimentum ultimum eorum sanguinem habencium est natura sanguinis

Locus sanguinis est cor et vene

Cor est principium venarum

Sompnus causatur ex evaporacione cibi que vadit ad cerebrum et ibi infrigidata descendit facit sompnum

Vigilia autem est solucio omnium sensuum

Unde post cibum fiunt fortes sompni
Vinum bibere non competit pueris nec
nutricibus eorum
Partium eorum que in corpore sunt fri-
gidissimum est cerebrum
In sompno fit compulsio caloris
in interiora animalis unde superficialia
et exteriora membra in sompno
sunt frigida interiora vero calida
Animalia magis nutriuntur dor-
miendo quam vigilando
Abeuntibus sensibilibus remanent
species eorum in organis sensuum.
Visus non solum patitur a visibili sed etiam
agit quod visum est patiens. Et ratione
vaporis in oculo exeuntis videndo
In speculis valde puris cum menstruose
supervenientes mulieres speculantur
superficies fit quasi nubes sanguinea
et si novum est speculum non faciliter
est abstergere huiusmodi maculam. Si vero vetus
sit facile abstergitur
Aereum speculum cito demutat quodcumque
recipit
Delectatio maior expellet minorem
Pueri non habent sompnia propter
nimium motum et propter motum
immensum qui est in eis
Quedam sompnia sunt signa futurorum
Quedam cause et quedam accidentia futurorum
Fatui magis provident futura quam
alii quia ipsorum anima non est multum
occupata ut aliorum
Multa consilia et provisa que fieri
expediebat dissoluta sunt propter digniores
inchoationes
Noctes silentiores sunt quam dies
Aer nocte magis est quietus quam aer noctis
Motus notiores sunt motis
Noti de se invicem maxime solliciti sunt
Non omne quod futurum est de necessitate fit / fiet

Commentator

Homo debet esse medius inter sompnum
et vigiliam ut non declinat ad unum
magis quam ad aliud
Sompnus fit ex defectu caloris naturalis
et contractione eius ad cor
Nullus homo est qui non viderit
sompnium quod pro nos enuntiavit
sibi aliquod futurum
Famosum enim tamen non est falsum
Algazel dicit quod sompnia sunt
ab angelis divinationes a demonibus
prophetie vero a deo
Gentes distinguuntur duobus modis
primo naturaliter et sic distincte sunt et
sic etiam eas preparavit per suis regionibus
Data vero sunt leges suas per quas
recipiunt fidem a natura sed de primis
principiis de angelis et de resurrectione

Auctoritates libri de longitudine et brevitate vite

Gentes que sunt in calidis regionibus
longioris sunt vite quam qui sunt
in frigidis regionibus
Corruptis animalibus corrumpitur scientia
que in eis est et sanitas
Contraria corrumpuntur a suis contrariis tempore
Illud quod est de se corruptibile in loco
nullo fieri potest incorruptibile
Impossibile est non habenti materiam non existere
contrarium
Minor flamma consumitur a maiori
paucissima alimenti quod consumit illa
in multo tempore hec maior flamma
in parvo tempore
Longissime vite sunt homo et elephas
Locus continens est vel corruptivus [illegible]
generator vel ad conservator rei vel
contraria compatitur
Eterna nullis sunt contraria
Vita animalis est in calido et humido
Senectus est frigida et sicca
Animalia multum coeuntia subito senescunt
quia sperma est superfluitas alimenti
vel nutrimenti et quo amplius sisten-
tari prius et emissum exsiccat et propter
hoc mulus longioris vite est illo qui
fit ex equo et asino quia hic non generat

Castrati si non coeunt naturaliter longioris vite sunt quam femine Et si masculi multum sunt erunt brevioris sunt vite quam femelle

Labor excitat et senium inducit

Viri multum laborantes subito senescunt

Commentator

Complexio iuventutis est calida et humida

Senium est frigida et sicca

Item multum coeunt parum vivunt

Castrati plus vivunt quam non castrati propter paucitatem coitus

Plus vivunt ~~equus quam mulus~~ mulus quam equus et femina plus masculis

Animalia habitantia in regionibus calidis et humidis longioris vite sunt paucioris propter paucitatem putrefactionis

Auctoritates libri de iuventute et senectute

Sicut cor in homine est simile ad sicut in toto mundo

Cor primo fit in animali unde cor est quod primo vivit et ultimo moritur

Principium sensitivum est in corde locus medius est locus principalis parte

Natura semper ex possibilibus facit quod optimum est

Cor est principium caloris naturalis unde destructo corde et calore naturali destruitur animal

Vita animalis conservatur per calidum Senium et calefaciendi fit in fatuit

Auctoritates libri de respiratione et inspiratione

Quecumque animalia pulmonem habent ista respirant per aerem inspirationem attractionem

Pisces non respirant per aeris attractionem

Et refrigerium cordis fit in piscibus ab aqua quam recipiunt per brancas

Item est principium sanguinis et venarum ita cor

Respiratio fit in animalibus ad refrigerationem cordis vel loca vicina cordi

Unde loca que magis calida sunt magis indigent respiratione

Unum organum tantum oportet est ad unum opus

Natura non videtur frustra operari

Homo est rectissimus animalium omnium

Homo habet pulmonem sanguineum et calidum

Unumquodque naturale conservatur in loco et tempore essentiali et simili et non in loco et tempore sibi contrario

Auctoritates libri de morte et vita

Vita et mors sunt communia omnibus animalibus

Mors senium est sine tristicia quia nullo dolore eius contingente moritur

Vita est unio anime cum corpore

Vita est mansio anime in corpore quia animalia respirantia suffocant humido

Sanguis fit primo in corde quia non dum distincte venis sed plus corde quanto videtur alibi sanguine

Cor semper movetur et vene quam moventur quia orte sunt arterie sunt a corde

Aer ingressus in pectus animalis dicitur inspiratio Exitus autem expiratio

~~Calor~~ Calor cordis humidum quod in ipso est tumescere facit et ebullire facit pulsum cordis

Pulmo habet se circa cor sicut follis

Auctoritates libri de motibus animalium

Omnis motus requirit aliquod fixum circa quod fiat

Celum naturalis est incorruptibile

Virtutes celi sunt impassibiles ad invicem sed corpora excessus sunt patiuntur ad invicem

Illud quod simpliciter est sicut est immobile et a nullo potest moveri unde dixit homerus

Si dii et dee laborarent non moverent Iovem supremum de celo ad terram

Movens est plus subito quanto quanto

Et nichil est plus serpens quam serpens nichil movet et quiescit

Appetibile est plus movens in animali

et est movens non motum
Sz appetitus e q movet et e motu
Quecq non ronantes operant' velox
et operant'
Principium motus in animalibus e i corde
Motus cordis non est voluntari
Estimandum e al constitue tamqz civi-
tate bn ordinata et munitam
quia in civitate q sel stabilitus
e ordo non oz eius principem inter
esse singulis operacionibus civitatis
Sic hec non e est animam existere
in quali parte corpis sz in uno prin
tantum sz in corde et hec e vim
quam ad ponaz materiam d'alih

Auctoritates primi libri de animalibus aristotilis

Quemadmodum plurima est in
avibus ita squama e i piscib
Omnia animalia q generant sibi simila hnt
oculos preter talpam que e privata
oculis sm q apparet q ipsa omnio non
videt Sz si aliquis subtiliter scindat corem
quod est supra loca oculorum eius
Nobilissimum et altissimum apud nos notum
et magis finem animal est homo
Sic omnia metalla et omnia fenestra auri
et argenti ad aurum multissimum mani-
festant' Ita dispositiones omn animalium
disponunt' et manifestant tn ad homines
comparant'
Partes corporis hois sunt create et sunt po-
sita sm creatorem tocaq indi et situ
Umbilicus e radix ventris
In cerebro omnio non sanguis nec vena
aliqua in aliquo animali preterqz i homine
Frons magna sunt ponderosis declinacoz
ad stulticiam
Frons parva sign bonitatem motus
Frons lata sign parvitatem discrecionis
Frons rotunda sign iracundiam
Sic al hiis aures hz eas mobiles
preter hoiem
Aures multum eminentes et magne
significat stoliditatem et garrulitatem
Nasus elephantis est fortis et magnus
ac longus et utit' eo loco manus in
accipiendo cibum et potum et alia qbz
indiget
Os leonis et in collo unum
Splen hois est silis splenem porci
Venter et stomachus hois assimilant'
venti canis
Extremitas vilis dicat' p ponderum
Situs cordis est in medio pectore
sz in hoie declinat modicum ad
sinistrum latus

Auctes secundi libri de animalibus

Dentes canum iuvenum sunt albi et
acuti senum nigri et obtusi
Masculi plures dentes sunt q femine
Dentes equi cum senescunt albescunt
Omne quadrupes gignens sibi sile
habet dentes
Homo respectu sui corpis hz os parvum
Non e utilior totes manu sinistra
sicut dextra
Simea utit' manibus sicut pedibus qz
composite sunt ex manu et pede
Tale avium sunt in eis loco manuum
Simea mixte e nature gemens
nam hois et quadrupedis
Cornua omnium alium sunt vacua preter
cornua cervi que sunt dura et illo
est in eis aliqua concavitas
In mari e quedam piscis qui dicit'
navem tenens qz prohibz navem
procedere potencia naturali

Auctes tercii de animalib

Os post abscisione non crescit
nec consolidat'
Ossa leonum ita dura sunt q collidat'
reddunt ignem
Proprium hois e canescere in senectute
In castratis pubes non barbescunt
Lac animalium habencium multas mamillas
non convenit ad caseum
Omne al multi sanguinis e et multi
seminis Omne corpus sanguinem cito
putrescat

In ossibus leonis et porci medica vel nulla e medulla
Omne al' mitte strutatis e pauca seas
Homo inter aialia pinguie est pedaci semis
Lac ovis vel capre aut vacce est multu pinues ad caseum
Lac nigrarum mulierum melius e et purius qm lac albarum albar albarum mulierum
Coagulum leporis valet contra fluxum sanguinis vel ventris
Multum al' mutat carnem pter terminis
Animal diversi coloris i pilis diversi coloris est in cortes

Auctes quarti li de aialib

Omne al' caret pulmone caret voce Ites pisces audiunt
Omni aialium generatores et ancores habent voces feiem quam masculi pter vacca
Omne aial vocat comparem tpe coytus pter vocem spealit tu hoc facit rana
Vociferatio anim magis e tpe coytus
Gallus vociferat plus post victoriam
Omne amal quod facit habet ea in matrice et no in ventre digerit sicut tibus

Auctes quinti libri de animalibus

Omnia aialia nat' appetunt delectacionem
In annis nubilibus mamille incipiunt ingrossari 14 annis
Aries et capra vnius coeunt sed debile est quod generant
Canis vivit usque ad xiiij annos
Porcus vero ad xv annos
Equus duorum annorum bn coyt sz debile quod generat
Fortis est equus a quatuor anis usque ad x
Coyt usque ad xxx vivit usque ad xxxv
Femina elephantis impregnata a masculo omnio no tangit' post vero quiescat per triennium
Mutatio vocis e signum motus ad coytu
Pediculi generant lendes
Musca vero generat vermes
Columbe generant in omni mense et pullificat si sunt locus nidificationis eis
Calidus e aibus coro prata aliqui no est in estate et pulli meliores sunt in vere

Auctes sexti libri de aialibus

Nulli aialium accidit mestruum sicut mulieri
Galline multum generantes subito moriuntur
Ova longa acutius capitis producunt mares Ova aut rotunda et obtusa producunt femellas
Femelli inveniunt' in omnibus tribus sunt duo coytua
Masculus columbe cubat ova per diem feia vero per nocte
Non est aium uniusque speci ut se mutuo comedant
In omnibus aialibus e appetitus et delectatio coytus
Omne quadrupes magis desiderat in vere coytu
Omnes pisces apud partum impregnate sunt boni

Auctes septimi libri de aialibus

Vultures no apparet nisi in estate quia in hyeme manet in nidis
Ave hyrundines vel iacet in cameris sev tavinis arborum vel transferunt se ad loca magis calida Vrsa iacet per xl dies sine cibo vel transfert subterraneas vel cavitates lapidum et ibi manet
Pisces in pluviosis tpibus impinguantur
Pisces senes mali sunt ad salendum
Lupus gulose comedit sine masticatione et tm in uno die comedit quod sufficit sibi ad tres dies
Vacce diligunt bibere aqua turbidam equi vero claram
Saliua hois ieiuni omnibus aialibus venenum habentibus est toxica

Tempora pluviosa nocent avibus
Tempora vero sicca nocent piscibus
Autes octavi de animalibus
Apes in vere et in autumpno melli-
ficant sed mel vernale melius et
dulcius est quam autumpnale
Vermis creat vermia sua ubi que-
rit ea invenire ut dicitur in x ubis
ubi vermis creat vermia sua
Natura dat unicuique quod sibi conveniens est
Acutis cornibus vermis timet lupos
Et ideo de die latet et de nocte querit
pastum
Mel est melius ex nova cera quam ex
veteri cera
Mel bonum simile est auro
Cibus apum est mel tempore hiemis
Universaliter masculi sunt fortiores femellis
nisi ursa et leoparda
Mulier est maioris passionis et pietatis
quam vir sed est maioris invidie et
diligit lites et maliciosior est et
defacile decipitur
Nulla fera recipit coytum post impre-
gnacionem nisi mulier et equa
Causa masculi est digestio seminis
Femine vero indigestio eiusdem
In crescentibus voces mutantur
Grues rectorem habent qui ceteris dormientibus
excubat capite erecto
Mulier mali mores est scilicet clamorosus
et famelicus ita quod in fine moritur fame
Mortuo delphine multi de specie delphi-
num convenerunt et deferunt eum in profundum
aque et sepeliunt eum ne a piscibus
comedatur
Apes habent regem qui non exit evolare nisi
cum omnibus ~~[illegible]~~ apibus Et cum fatigatur rex
apum volatu fert ipsum turba apum
Autes nonum de animalibus
Generacio filiorum non est conveniens
nisi per tria lustra annorum
Mares multum frequentantes coitum senescunt
Impregnacio accidit mulieribus
naturaliter post menstruum
Femine post partum cito crescunt et
senescunt et efficiuntur vetule
Mulieribus tempore coytus accidit magnus
dolor
Mulieribus cessat menstruum post
xl annos In aliquibus usque ad l annos
Autes decimum de animalibus
Omne quod habet easdem causas
habet eadem accidencia
Oculi qui respiciunt ea alba laudantur
Mulier dolorosa et infirma si im-
pregnatur fetum concepit
Mulieres lactantes omnino non menstruant
vel modicum Autes undecimum
de animalibus
Dicere doctis auditoribus est indicare
super sermones dicere
Debemus inspicere formas et delectari
in artifice qui fecit eas
In omnibus naturalibus et vilibus est aliquid mi-
rabile
Magis concupiscimus de rebus honora-
bilibus et altissimis licet non perfecte
illud sciamus quam multum scire per certitudinem
de rebus minus nobilibus et vilioribus
In quolibet rerum genere natura est prius co-
pulare anima et postea ipsa unicuique
alterius generis rerum
Natura est sicut motor ad complementum
Natura uniuscuiusque rei conveniens est ad
quam apta est
Nullum eius naturale natum est corrupi
Creatio corporis et membrorum est
propter animam Autes duodecimum
libri de animalibus
Principium elementorum sunt calidum
et humidum frigidum et siccum
Et sunt cause mortis vite et sompni
et vigilie iuventutis et senectutis
sanitatis et egritudinis

Corpora que tabescunt dura magis cale-
fiunt quam corpora rara
Ignis infrigidari non potest
In rebus viventibus frigidum non est natura
sed privacio
Instrumentum sensus tactus est caro dicitur
tamen proprie non est instrumentum tactus sed aliquid
infra carnem
Principium sensus omnium animalis est
in corde
Sensus gustus et tactus continui
sunt cordi. ceteri sunt in capite residui
Quodcumque animal habet caput habet cerebrum
Homo in comparacione sui corporis habet
maius cerebrum et caput aliis animalibus
Creacio capitis est propter custodiam cerebri
Generacio lingue est propter sermocinandum
et gustandum humores
Medulla est superfluitas alimenti vel
sanguinis ex quo cibantur ossa et
venis animalium et propter hoc contente sunt
medulle intra ossa
Animal multe pinguedinis cito senescit
et parum generat
Cerebrum est valde frigidum et magis
frigidum omnibus membris
Et calor cordis est contrarius ei quia
non potest esse membrum in aliqua
complexione ipse cum contrarie alterius
Et propter [illegible] est natura ponit cerebrum
in opposito cordis

Auctoritates tredecimi de animalibus

Ubi possibile est esse una radice
melius est esse unum principium quam multa
Natura non facit nisi illud quod melius
est et perfectius in rebus possibilibus
Calor naturalis regit corpus animalis sicut
princeps regnum
Solus homo sentit titillacionem quia
corium eius est valde tenue
Omne animal cornutum caret dentibus
in superiori mandibula
Natura non concessit membra quorum nequit
nisi in animalibus indigentibus sicut aculeos
vngwes et cornua
Fera carnivora non habet dentes superiores
nec cornua
Cornua sunt propter vigorem et iuuamentum
Aves loco dencium habent rostra
Principium vite et omnis motus et sensus
procedit a corde
Vene transeunt per omnia membra corporis
sed non transeunt preter ipsum cor quia cor
est principium venarum
Sanguis non venit ad cor ex aliquo
loco quia ipsum est fons et origo sanguinis
et primum membrorum recipiencium sanguinem
In omnibus animalibus habentibus sanguinem
est epar quamvis cor non tamen epar est
principium corporis nec sanguinis nec
venarum quia omnes vene transeunt ad ipsum
epar ergo inde non oriuntur
Cor solum inter omnia membra interiora
non potest dolorem pati
Magnitudo cordis naturalis est timidum
vt lepus quia calor naturalis non potest implere
totum suum cor et propterea est debilius
In homine declinat cor ad sinistram partem
in ceteris animalibus est in medio
Cor et cerebrum multa indigent custodia
quia in eis proprie virtus vite
Cerebrum est membrum divinum et ultimum quod
est proprium sensus et intellectus
Epar est in animali ad excoquendum et addigerendum
Pulmo est instrumentum ad anhelitum
Pulmo est positus ubi cor est et est
levis mollis et concavus spongiosus
et spumosus
Splen est quasi epar imperfectum
Splen est in animalibus accidentaliter et non
necessario quia [illegible] superfluitati
Ren dexter altior est sinistro
Ren dexter minoris est pinguedinis
quam sinister
Motus pinguedines dissolvit
Aves non mingunt nec habent vesicam

qr parum bibit et qd sup est in piscib
transit in squamas et in auibus
bisit in plumas et pennas
Sudor no fit nisi qn corpus cale-
fit et qn apperiunt pori venarum

Decimi quarti de aialib

Modica alteratio in mebris pa li
i in corde facit multa alteratio
in toto corpe
In animalibus propter timore accidit ex
fusio ventris et urine
Aialibus natatilib natura posuit
tecum inter digitos pedum alijs vero no
Ale vespertilionum sunt membrales
et de coreis et sunt indiffinite
Omnibus piscibus collum e longum
Delphin no hz fel neqz cor
Natura vtitur quibuscumqz superfluis
admuamentu
Carentia fellis e causa bo coloris
Causa ventris e propter cibum ut digestio
Quia ho e prima intellecta super
oia aialia et ideo hz manus
Manus no e instrumentum unum sed
plura qr per ea homo plus potest
habe qz per alia
Plus pt habe ho et astucia sua
vincere qz aialia fortia vi
Digitos manuum e accipe et retinere
Pedum vero sustentare et fugere
Homo non hz caudam ut aial
quadrupes quia no hz anchoras
et cauda caret
Quadrupes non sunt erecti sic ho
vero no propter ponderis capitis quia ho
in capite maior et ponderosior est
suis inferioribus artubus
Virga viri inter oia mebra crescit
et diminuitur sine oi lesione sui

Decimi quinti de aialibus

Causa vite in rebus sunt sz materia
finis et efficiens
Infirmitum natura reponit
In prima etate et in senio et i inf
ancis no e sperma
Homo pigrius raro generat
Sperma est superfluum nutrimenti
seu superfluitas nutrimenti
Sperma fere no est coremes generati
Fetus no fit ex commixtione duorum
spermatum unde et mulier ex
impregnatur sine effusione sui sp-
matis et delectatione unde mulier
e quemes generati sui nunquam mestrum
et no sui natu spermate qd ipa
emittit in coytu propter delectatione
quod vere e humidum sz no est
ve sperma unde no in omnibus
mulieribus vel conceptionibus accidit pro
fluere sperma
Sperma no est materia generati sed
est sicut motor et forma unde
non pt dici qr sperma sit pars concepti
sicut no pt dici qr carpentarius sit
pars materie ligne
Omne aial deuis spe a generanse
vel a generantib naturaliter sterile est
sicut mulus et pardo
Ex mare i masculo e principium
motus in generatione
Femina vero sit mea vel poris qd generat
ab alio
Mas sin diffinitionem e qui generare pt
in alia femina que pt generare in se vel
que generat ab alio
Mas dat formam et principium motus generationis
Femina vero corpus et materiam
Mas in capitulo ex mare et femina facit
unum ideo ex eis fit unum et
Femina no generat per se si indiget principio
motus quod fit ex mare
Castratorum corpus no solum effeminatur
sed et anima eorum parum distat a mulieribus
Ledo abscindantur testiculi te...
vene testiculi a superiorib Et propter
hoc aial castratum no e aptum nasci facere filium

Decimi sexti de aialibus 16

Perfectius aial e illud qd e natur

in actu et humiditatis et quod non est terrestre humidum est causa vite

Anima est nobilior corpore et animatum inanimato et vivum mortuo et ens non ente

Anima intellectiva est in corruptibilis et ipsa nunquam corrumpitur sed non est in eo actu

Quia anima sensitiva est in eo de potentia et idem semper est impossibile quod anima intellectiva et sensitiva intrat in nos ab extrinseco

Solus intellectus intrat in nos ab extrinseco quia ipse solus est divinus

Cum spermate exit quidam spiritus vel ventus qui est spiritus aeris principalis et separatus a corpore et talis dicitur intellectus

Calor solis et animalis est in spermate et in generatione alia superfluitate nature

Calor naturalis non est ignis nec igneus quia calor naturalis generat alia ignis vero ea consumit

Corpus animalis est ex femina

Anima vero ex mare

Anima est substantia id est forma substantialis corporis

Femina est vir occasionatus

Cum homo fuit multi coytus debilitatur visus eius

Caput causatur in generatione per accidens cordis

Natura est sicut rectificator vel rector

Semius mulierum totum est sterile

Mula non generat omnino quia non potest tibar conceptum quo usque compleatur

Embrio primo vivit vitam plante deinde vitam animalis postea vitam hominis

Decimi septimi de animalibus

Quantum natura diminuit in multitudine tantum augmentat in magnitudine

Res emit superfluum a suo corpore per se et natura

Omne quod facit natura est secundum ordinem

Natura humidi convenientior est ex aere quam terra

Semen quod generatur ex membris est corruptibilis

Tamus primi corporis est multi coytus et multorum ovorum quia semen eorum transit in sperma

Arbores que multum fructificant cito desiccantur quia cibus eorum transit in semine vel in fructum

Avia non conveniunt conceptum sine semine maris

Ova avium duos habent colores scilicet album et rubeum et citrinum

Ova piscium tamen unum colorem habent

Principaliter generatio pulli est ex albo ovi quia principium anime est in calido cibus autem est ex citrino id est ex vitello

Natura posuit avibus album id est ovis in quo vitellum quemadmodum in aliis aliis lac in mamillis

Creatio animalium ex sua specie est diversa

Quedam animalia generant animal completum ut animalia habentia plantas Quedam animalia animal incompletum ut animalia scissa sive fissa pedum id est animalia fissura habentia

Quedam animalia generant ova completa ut aves Quedam ova incompleta ut pisces Quedam generant vermes et paulatim complentur in sua specie ut aves apes

Accidit hominibus et quadrupedibus desiderantibus coytum ante actum admissum subito spermatizare

Quod in animalibus magis est intelligentia magis habet assimilationem circa filios

Non est consuetudo quod mares solliciti sint circa fillos sed femine

Decimi octavi de animalibus

Natura dat instrumentum et operationem simul quia non potest esse oculus sine visu nec visus sine oculo

Omnia mora et debiliora tarde veniunt ad complementum tamen

Sol facit estatem et hyemem omni anno

Spacia impregnationis et vite animalium sunt secundum revolutionem lune

Pueri multorum pilorum apud tempora et inferioribus pedibus sunt multi coytus

Cibus animalium non est nisi dulce et valde digestum

Quod medium est cito digeritur

Materia ex qua fit generatio est eadem cum materia cum

qua cibatur
In homo habet plus mentem maris et fere
unum morem est puerile et aliud magis puerile
Mulier et fetus seu equa super omnes
famellas diligunt coytum valde
In hominibus citius formantur mares
in ventre quam mulieres
Femina est contraria mari naturaliter
Talia magna corporis unum generant
filium tantum
Parva animalia multos fetus generant
quia in magnis animalibus cibus transit in
incrementum corporis et ideo modicum
de spermate remanet in eis
Ex uno coytu quo spermatizabitur
multum sperma et cum dividitur sperma
multum generabuntur et multi filii
Menstruum mulieris magis accidit
in diminutione lune quia illi dies frigi-
diores sunt aliis diebus mensis propter
diminutionem lune
Femine sunt debiliores maribus quia
sunt frigidioris nature
In animalibus generantibus multos filios plus
accidunt filii monstruosi et maxime in avibus
Complexio in corpore in prima sui creatione
et non vigilia quia illud non est de complexione
sed est res plus composita

Decimi noni de animalibus

Embrio in prima sui creatione vivit
vita plante
Pili de calvatis non redeunt ~~quia cal-
vities est propter mutationem etatis~~
Folia arboribus et plume avibus redeunt
quia calvities est propter mutationem etatis
que irremovabilis est Casus vero foliorum
et plume est propter mutationem temporis quorum
reditus est circularis
Homines tantum calvescunt et non alia animalia
quia habent cerebrum multum frigidum
et humidum
Homo tantum calvescit in anteriori parte capitis
quia habet cerebrum valde et multum frigidum
Non fluunt folia ab arboribus in
quibus est pinguis humor

In animalibus aliis color pilorum est secundum colorem
cutis In homine vero non, quia quidam
homines habent cutem valde album et crines
nigros Causa huius est quia cutis hominis
est valde tenuis respectu aliorum
animalium ideo non mutat colorem pilorum
Animalia comedentia multos cibos
diversificantur in coloribus
Multa animalia in infirmitate mutant
colores suos vel ex alia causa ut
corvus albus visus est et passer albus
Digestio fit ex calore
[illegible] ut [illegible] non vident
bene a remote Qui profundos oculos habent
bene quia motus eius non dividitur nec
consumitur
Acumen et bonitas sensus dicitur duobus
modis scilicet in sentiendo remotum vel
in discernendo subtiliter differentias sensibilium
Visus auditus olfactus in hominibus debiliores
sunt quam in aliis animalibus quantum ad hoc in
sentiendo remote Sed in discernendo differentias
istorum sensibilium longe meliores sunt
eo quam in aliis
Sompnus videtur esse medium inter
vivere et non vivere
Iuvenes magis delectantur in coytu quam
cetere etates Quanto plus appropinquant
tanto plus appetunt
Coytus infrigidat cerebrum et totum corpus
Cerebrum est magis frigidum quam totum
corpus

Auctoritates libri de substantia orbis

Illud quod movetur per se corpus
est ex duabus naturis scilicet ex compositione
motum et agente motum
In individuis substantie duplex est transmutatio
Una est substantialis que transmutat eam
nomine et diffinitione que transmutatio
dicitur generatio et corruptio Alia est transmutatio
accidentalis que non transmutat eam nomine nec
diffinitione sed tamen transmutat eam secundum dis-
positiones accidentales que sunt qualitates quantitates etc.
Quod impossibile est fieri non fit

Impossibile est unum secundum numerum habere unam formam
Materia substantia infinita
Et hoc est quia recipit omnes formas per posse
Unde materia nichil est in actu nec
aliqua forma in sua natura
includit sed est in potentia ad recipi-
endum omnes formas
Forme substantiales dividuntur secundum divisionem
materie
Divisio non competit substantie nisi
quod habeat quantitatem
Divisiones interminate precedunt
formam in materia
Sed divisiones terminate sequuntur formam
in tali materia
Omne quod advenit enti
in actu est sibi accidens
Omne quod substat in ratione
primi substantie ante substat in ratione
prime materie
Impossibile est formam esse sine materia
et econverso
Materia non recipit dimensiones simul formas
nisi prius recipiat dimensiones interminatas
Anima celi non coniungitur celo secundum
esse sed secundum operationem ad motum
In celestibus est idem efficiens motus
et finis motus
Impossibile est illud quod est per se incorruptibile
quod recipiat eternitatem ab alio
Materia celi est aliquod ens in actu
et non in potentia et dicitur digniori nomine subiecti
quam materia
Finis sit agens sufficiens via sicut
motus sufficiat ipsum motum
Corpora convenientia cum corporibus celestibus non
conveniunt eis pure equivoce vel analogice
id est secundum prius et posterius
Transmutatio arguit materiam
Operatio rei formam
Primus motor dat omnibus esse
entibus
Virtus infinita duplex scilicet infinita
in vigore et infinita in duratione
Virtus celum movens est infinita in duratione non autem in vigore

Incipiunt auctoritates libri de causis

Omnis causa primaria plus influit super
suum causatum quam causa secundaria
Quod facit causa secunda hoc facit causa
prima nobiliori modo et altiori
Quod est causa cause vel est causa
causati in formalibus sed non in materialibus
Omnis anima nobilis tres habet operationes scilicet animam
quia ea est operatio animalis, intellectualis
et divina
Prima causa rerum creatarum est esse
Causa prima est superior omni narratione
Cause secunde illuminantur illuminatione cause prime
Intelligentia est substantia que non dividitur
Omnis intelligentia fixa est essentia per
bonitatem puram que est causa prima
Unde causa prima est pura bonitas
Causa prima non habet ylyatim id est aliquid materiale
Omnis intelligentia est plena formis
id est speciebus intelligibilibus
Quanto aliquid est propinquius cause prime
tanto simplicius
Quod recipit ab alio recipit per modum
rei recipientis et non per modum rei recepte
Omnis virtus unita fortior est quam separata
Prima causa regit omnes res creatas
preterquam quod commiscetur
Prima causa infundit bonitatem suam
omnibus rebus una influxione sed res
non recipiunt bonitatem suam equaliter
sed secundum suam capacitatem sue nature
Prima causa est dives per se et non
est dives magis ipsa
Prima causa est supra omne nomen
quod nominari potest
Omnis intelligentia intelligit esse suum
Omnis intelligentia divina facit res per
hoc quod ipsa est intelligentia et regit
eas per hoc quod est divina unde habet
quod regere est divinum
Causa prima consistit in omnibus rebus

secundum unam dispositionem. Quia omnes res
non consistunt in prima causa secundum unam
dispositionem sed secundum multas

Auctoritates primi libri ethicorum

Omnia bonum appetunt
Cognitio finis utilis est in vita
Unusquisque bene iudicat illa que
cognoscit
Nichil differt etate puer et moribus
iuvenalis
Bonum quanto communius tanto
divinius
Consilium proprie ignorantie animat
homines scientes
Sermones inquirendi sunt secundum
materiam de qua sunt
In fortunis virtus refulget
Duobus existentibus amicis sanctum
est prehonorare veritatem
Honor magis est in honorante
quam in honorato
Felicitas est operatio animi secundum
virtutem perfectam
Sicut una hirundo non facit ver
nec modicum tempus calidum estatem
sic nec una dies nec modicum tempus
facit hominem felicem
Principia magne valent ad sequentia
Principium est plus quam dimidium totius
Bona vite sunt inquantum bona
Omnia vero consonant
Unicuique istud est delectabile quod amat
Melior est usus rei quam possessio
Impossibile est indigentem bona operari
Non omnino felix est qui specie turpissime
Felicitas est premium virtutis
Felix est sine vituperio sicut thetragonus
Fine laudamus sed ea que ad finem sunt
honoramus
Felix non debet annuere nisi perditionem vite
Nullus est bonus vel malus in sompno

Auctoritates secundi libri ethicorum

Ex actu multotiens iterato fit
habitus
Non parum differt sic vel sic a iuvenibus
vel male inmixti a senio iuventute
In obscuris apertis testimoniis utimur
Exercitium temperatum firmat sanitatem
Fortiter comedere facit fortiter bibere
Circa voluptates et tristicias est
moralis virtus
Medicine sunt per contraria
Circa difficilia semper fit ars et virtus
Tria sunt in anima passiones potentie
et habitus
Virtus non est passio quia secundum passiones
nec laudamur nec vituperamur
Virtus non est potentia quia per
naturam sumus potentes bonum aut
vel mali per naturam
Virtus est habitus electivus quo
habens se perficit et opus eius bonum
sive laudabile reddit
Virtus est habitus electivus in medietate
consistens quo ad nos determinata ratione
quod virtus speciebus differt habitu
Omnis virtus consistit in medio
Virtus certior et melior est arte
Malum autem est facile, bonum
difficile
Non est facile attingere medium
Sed difficile est ipsum attingere
Operationes sunt circa singularia
Difficile est aliquem esse bonum
Medium in omnibus est laudabile

Auctoritates tertii libri ethicorum

Melius est mori quam facere contra
bonum virtutis
Ignorancia excusat peccatum
Consilium non est de fine sed de hiis
que sunt ad finem
Quod primum est in intentione ultimum est
in executione
Homo est principium suarum operationum
Bonum voluntarium est quod simpliciter bonum est
Bonus singula recte iudicat

Nullus est bonus qui non gaudet operacionibus virtuosis nisi
volens
Nos sumus domini operacionum nostrarum
a principio usque ad finem
Qualis unusquisque est, operatur tales
videtur esse finis
Terribilium omnium est mors
Fortitudo est aggressio terribilium
ubi eminet propter bonum quod salvatur
Milites primo fugiunt, timida vero
innumerabilia sunt et moriuntur
In repentinis cognoscitur habitus
Desiderium oportet esse pauci oportet esse
sicut preceptum doctoris
In malis desideriis pauca peccat
Auctoritates quarti ethicorum
Liberalis et magnanimus accipere debet dare
et non accipere
Maior virtus est bonum operari quam turpia non operari
Virtuosus bene vivit quocumque
Dare et non accipere liberalitas est
Pulcritudo semper est in magno
corpore unde homini formosi dici possunt
non autem pulcri
Maximum bonorum exteriorum est honor
Pravus non est honore dignus
Honor est premium virtutis
Omni veritate plus bonus est laudandus
Virtuti perfecte non est condignus honor
Non irasci in quibus oportet insipientis est
Iniuriam sustinere et similem dissimulare
servile est
Malum seipsum destruit
Malum si integrum fuit importabile erit
Qualis unusquisque est talia dicit
et talia operatur et taliter vivit
Mendacium pravum est et fugiendum
Verum bonum est laudabile
Verax est laudandus
Mendax vero vituperandus
Iactator maxime est vituperandus
Requies et ludus in vita videntur
esse necessaria
Verecundia est timor ingloriacionis
Verecundia non convenit etati omni nisi
iuventuti unde iuvenem verecundum
laudamus. Senem vero timidum
nullus laudabit
Auctoritates quinti ethicorum
Si unum oppositorum dicitur multis modis
et reliquum
Que sunt simpliciter bona omnibus
prohibuerunt et illa querunt ipsi
Preclarissima virtutum est iusticia
Principatus virum ostendit
Pessimus est ille qui solum non utitur
malicia ad se sed eciam ad alios
Optimus est ille qui non solum utitur
bonitate ad se sed ad omnes
Duplex est iusticia totalis et particularis
Particularis est duplex scilicet commutativa et distributiva
Commutativa est duplex scilicet voluntaria et non
voluntaria. Non voluntaria est duplex
occulta et manifesta. Occulta est ut furtum
et adulterium. Manifesta ut vadere
vincula
Minus malum magis est eligibile
maiori
Ubicumque reperitur maius et minus ibi reperitur
medium et equale
Denarius est mensura omnium rerum
quia est fideiussor nobis in omni
necessitate futura quando indigemus
Principes iusti custodie debent
Duplex est ius legale et naturale. Naturale
est quod ubique habet eandem potenciam
et apud omnes homines habet eandem potenciam
Legale est quod est institutum a lege
Sacrificale deus similiter est naturale
Lex prohibet seipsum interficere
Nullus potest proprie sibi ipsi iniustum facere
Auctoritates sexti libri ethicorum
Non sufficit ad scienciam aliquam operari scienciam
in vita et consuetudine sed oportet debite scire et distincte
Omnis cognitio fit per similitudinem
Possibilium dicitur esse de hiis que possunt
se aliter habere vel non possunt non esse semper
Verum bonum est intellectus

Quinque sunt in anima quibus anima dicit verum scilicet scientia, ars, sapientia, intellectus et prudentia
Scientia est de hiis que non possunt aliter habere, id est de eternis
Omnis doctrina est ex preexistenti cognitione
Ars est recta ratio rerum factibilium
Prudentia est recta ratio agibilium
Sapientia est certissima omnium scientiarum
Sapientia est cognitio rerum divinarum habens caput inter omnes alias scientias
Intellectus est cognitio principiorum
Iuvenes non possunt esse prudentes quia prudentia requirit experientiam que indiget tempore
Multitudo temporis facit experientiam
Principiorum non est ratio
Consiliata oportet velociter operari
Consiliari autem tarde
Impossibile est indigentem bona operari vel prudentem esse
Non facile est civitatem permanere compositam sine legibus et bonis consuetudinibus

Auctoritates septimi libri ethicorum

Sicut bestie nec est vitium nec malitia sic nec dei est aliquis honorabilitas
Bestie autem est aliquid peius malitie scilicet bestialitas
Homines dicuntur dii propter virtutis excellentiam
Homo pessimus est deterior bestia
Difficile est consuetudini resistere quia assimilatur nature
Facilius autem est consuetudinem transmutare quam naturam
Consuetudo est altera natura
Fama quam omnes homines famant non omnino deperit
Non solum oportet verum dicere sed et causam falsi assignare
Delectationi intellectuali non est tristitia admixta
Operationes bestie precavent sicut a natura operationes prudentis hominis sicut a consuetudine

Homo indiget semper aliqua delectatione scilicet quadam recreatione propter multos labores qui ei occurrunt
Maior est delectatio in quiete quam in motu
Deus semper una et simplici gaudet delectatione
Fortuna semper excellens reddit felicem

Auctoritates octavi ethicorum

Nullus eligit vivere sine amicis habens reliqua bona omnia
Quanto maior est fortuna tanto magis est socia
Duo simul venientes scilicet intelligere et agere sunt potentiores
Infortuniis refugium est ad amicos
Omnis homo omni homini naturaliter est amicus
Quantum ad quantum naturaliter est amicitia
Homines eiusdem generis et eiusdem gentis naturaliter se magis amant quam alios
Idem diligit sibi simile velut est ipse et non contrarius
Amicitia est benivolentia mutua de contrapassis non latens
Triplex est amicitia scilicet propter bonum utile, delectabile et honestum
Amicitia propter bonum utile est et maxime videtur esse in senibus quia tales non curant delectabile sed tantum utile
Amicitia propter bonum delectabile est in iuvenibus
Sed amicitia propter bonum honestum permanens est et stabilis
Nulli cognoscunt se invicem nisi simul consumant mensuratam salis
Sola amicitia bonorum honestorum intransmutabilis est
Non facile est credere malum de amico suo cum multo tempore probatus est ab eo nec unquam iniustum sibi fecit
Loci distantia non separat amicitiam simpliciter sed operationem
Natura maxime fugit triste et appetit delectabile
Mutua concordia et colloquia faciunt amicitiam
Perfecta amicitia non est nisi ad unum

No.

quia quod habundans est et propter hoc non pertinet ad plures sed ad unum

Unusquisque naturaliter sibi vult bona

Amicorum omnia bona sunt communia

Pessimum est contrarium optimo

Regimen bonum est optima policia

Malus rex tyrannus dicitur

Rex debet se habere ad subditos suos sicut pastor ad oves

Pater tria beneficia dat filio scilicet causam essendi nutriendi et intendendi educandi et causa disciplinae et essendi

In quibus nichil est commune in hiis nec est amicicia nec iusticia

Omnis est in communicatione amicicia

Parentes amant filios suos ut aliquid sui existentes

Filii autem amant parentes ut aliquid ab eis existentes

Parentes plus amant filios quam econverso quia magis sciunt quod filii ex eis nati sunt quam filii

Matres plus amant filios suos quam patres quia certiores sunt de eis et plus de labore habent circa eos

Melioribus datur honor indigentibus autem lucrum quia honor est retributio virtutis et beneficii lucrum autem auxilium indigentie est

Retributio debet esse possibilis et non condigna ut patet de parentibus et de diis quibus non possumus reddere equivalens

Pater non potest abnegare filium et econverso non

Nonum ethicorum [illegible]

Magistris diis non potest reddi equivalens et parentibus

Magis oportet mutuum dare cui quis reddere debet quam amicis dare

Amici existentes propter bonum utile et delectabile hiis cessantibus cessat amicicia

Qui fingit se amicum et non est peior est eo qui facit falsam moneta

Diligit plenum amat et in bonis maximum amari non potest

Magis tenemur amicis largire bona quam extraneis

Amicabilia que sunt ad alterum veniunt ex amicabilibus que sunt a seipso ad seipsum

Unde unusquisque sibi maxime ipsi est amicus

Amicus debet se habere ad amicum sicut ad seipsum quia amicus est alter ipse

Benivolencia non est amicicia sed principium amicicie unde ex diuturna benivolencia fit amicicia

Pravus nichil delectabile habet ad seipsum nec ad alium

Concordia pertinet ad amiciciam

Benefactores plus amant [illegible] beneficiatos quam amantur ab eis

Omnis artifex diligit opus suum et etiam plus diligit opus quam ipse diligitur ab opere ut patet de parentibus respectu filiorum

Quod cum magno labore acquiritur plus diligitur quam illud quod sine labore acquiritur ut de hiis qui acquisierunt pecunias per laborem

Mater plus amat filios quam econverso

Amicus debet se habere ad amicum sicut ipsum ad se

Quemadmodum civitas et omnis alia congregatio maxime videtur principalissimum in ipsis esse et homo quod principalissimum in homine est intellectus ideo homo maxime videtur esse intellectus ex quo habemus quod deliberatio semper fit a principaliori

Homo est animal politicum aptum natum convivere suum conceptum

Amicicia est maxima virtus bonorum exteriorum

Melius est cum amicis et maxime cum amicis commorari quam cum extraneis et quibuscumque aliis

Felix amicicia honestis indiget

Polliciatas est difficilis ita et vivere

cum bonis
Consociatio quedam fit in operatione
virtutis
Contristatione ... vita
Amicitia ... delectabilis tam
in bona fortuna quam in mala In mala
quia tristitiam alleviant amici
condolentibus ipsis In bona quia
delectabile est conversari cum amico
Et quod homo intelligit amicos suos
convivere et delectari in ipsis bonis
Amicus consolatur amicos visione
et sermone
In quibus omnes imitantur meliores sive
meliora et istud quod melius est
Amicicia bonorum augetur bonis
colloquiis et operibus quibus ipsi virtutibus
Unde a bonis bona procedunt

Auctoritates decimi ethicorum

In actionibus humanis magis creditur
sermonibus quam operationibus
Quando sermones dissonant ab operibus Dicta
sensibilibus tunc contempnuntur
Et quo res ... in illud ...
Hec vita corpore existens ... est
Quedam delectant vana ... que postea
non delectant
Unusquisque maxime operatur circa illud quod diligit
Delectatio crescit operantem in opere
... delectationes ... expellit
Unde amantes ... attendere
ex ...
Non ... potentes optime laborare ...
que indigent
Philosophia habet delectationes miras puritate et firmitate
Ultima felicitas hominis consistit in optima operatione
optime ... respectu optimi sui obiecti
Speculatio veritatis est ipsa felicitas
Vita contemplativa melior est quam vita
activa que est ... hominis quia vita contemplativa
est vita divina
Duplex est felicitas contemplativa scilicet et
politica sive ... contemplativa est melior
quia ipsa est divina alia vero humana
Unusquisque opera sua diligit ad bene vivendum
secundum optimum eorum que sunt in ~~homine~~ scilicet ipso
Optimum quod est in homine est intellectus
quia licet intellectus sit quantitate minimus
tamen est magnus potestate et preciositate
maximus
Unusquisque maxime debet esse suum ipsius
principalissimum Et ergo homo dicitur potest
intellectus quia intellectus est principa-
lissimum hominis Ex hoc ergo habemus
quod denominatio fit a principaliori
Ipsa operatio rei est speculatio
Homo felix sive sapiens indiget
aliqualiter rebus exterioribus quia natura non
est ipsa sufficiens speculari sed oportet
quod habeat corpus sanum cibum et re-
liquum famulatum Tamen non indiget
magnis et multis rebus quia non oportet
... vel felicem terre et maris esse
dominum Moderate ditati sunt feliciores
... magis agunt bona quam potentes
... unde dicit Salomon
moderate ... sunt feliciores quia magis
agunt secundum intellectum
Homo secundum intellectum operans et
hunc curans optime dispositus
est et Deo amantissimus esse videtur
Homo sapiens maxime felix videtur esse
Sermones consonantes operibus maxime
sunt acceptandi Dissonantes vero
despiciendi
Non facile est homines ex antiqua consue-
tudine transmutare per sermones
Multi plus obediunt timori quam sermoni
Quidam sunt dispositi ad virtutes
Quidam ex natura Quidam ex consuetudine
Quidam autem per doctrinam Et ad hoc quod
doctrina habeat efficaciam in auditoribus
oportet animam auditoris dispositam esse
et bene preparatam sicut terra antequam se-
men inseratur
Oportet bonos provocare ad virtutes
per premia
Malos autem per penas
Insanabiles totaliter exterminari

Auctoritates libri de bona fortuna

Sine bonis exterioribus quorum domina

est fortuna non sufficit hominem esse felicem
Ubi plurimus intellectus ibi minima fortuna
Ubi vero maxima fortuna ibi minimus intellectus
Deum magistratum dominum existentem ut dignis tribuat bona, malis vero mala
Deum respectu est curam providere non habere
Appetitus naturalis naturaliter tendit ad bonum
Isti hic sunt fortunati tam directe et in ratione agunt
Quid melius est intellectu et scientia nisi deus
Deus hic cognoscit vel videt presentia preterita et futura
Bona fortuna est appetitus naturalis facta ideo movente totam naturam

Auctoritates libri yconomicorum

Civitas est domorum pluralitas prediis et possessionibus sufficiens ad bene vivendum ordinata
Coniunctio viri et femine in animalibus irrationabilibus est solum gratia prolis procreande
In hominibus vero non solum gratia illius
Sed etiam gratia alterius utilitatis
Cum parentes existentes potentes fecerunt filiis impotentibus hoc oportet a filiis senio confectis
Natura fecit unum aliud coniugalium forte scilicet masculum ut ulciscatur pro fortitudine sibi illata
Aliud vero fragile scilicet feminam ut magis custodiat se propter timorem
Vir non debet nimium ferre ne femina iniuriet ei
Convenientius viro est feminam cum converso viro copulare et equali
Convenientius femine est virum cum convenienti muliere copulare
Oportet virgines et puellas in uxores ducere ut doceat bonos mores
Dissimilitudines morum inter virum et feminam nequaquam sunt amande
Due sunt species servorum scilicet procurator et operator
Oportet servis dare opera victum sufficientem quia sine mercede impossibile dominari
Victus est merces servorum

Mens aliena et propria simile ornat
Persa interrogatus quid impinguat equum respondit oculus domini
Afer interrogatus qualia esset vestigia agro optimum dixit: domini vestigium. Ipse est negligentibus dominis suos sollicitos esse
Neque oportet domum esse sine custodia sicut nec civitatem
Surgere de nocte ad sanitatem et ad philosophiam et ad dispositionem bonam est utile; de nocte id est mane
Nec questus nec vestimentorum prosperitas nec forma nec auri multitudo tanta est ad mulieris virtutem quanta est modestia in quolibet opere et desiderium honeste atque composite vite
Quanto quis diligentius obsequitur tanto maiorem gratiam obtinebit
Nisi parentes exemplum vite filiis dederint, puta inexcusabilem ad invicem habere non poterint causam
Maximus est honor pudice mulieris si videt virum sibi castitatem observare et de nulla alia muliere curare sed se pre ceteris propriam et fidelem ostendere
Si mulier cognoverit virum sibi esse iustum ac fidelem, ipsa etiam erga ipsum iusta et fidelis erit
Multo gravius aliquis fert si honorem suum perdat quam si bona sua sibi auferantur
Non debet homo sane mentis ubique ad quamcumque mulierem mittere semen suum

Auctoritates primi libri politicorum

Homines intellectu et ratione vigentes naturaliter sunt domini aliorum et rectores
Natura non facit unum ad unum instrumentum ad diversa opera
Bos a pauperibus est pro servo
Homo naturaliter est animal politicum et civile
Natura nichil agit frustra
Nullum animal habet sermonem nisi homo
Homini natura sermonem dedit
Pars separata a suo toto non remanet

pacis inst[illegible] corrupte
Homo solitarius vel est deus vel bestia
Sicut optimum animalium est homo lege perfectus sic pessimum omnium est homo a lege et iustitia devians vel separatus
Iustitia civilis virtus est hominum civilium
Servus naturaliter non est homo sui ipsius sed alterius
Semper quod fit a melioribus semper est melius
Quaecumque ex pluribus rebus constituuntur unum, inter illa unum est regens aliud vero rectum sicut ad constat ex corpore et anima, in quo anima est regens, corpus vero rectum
Anima naturaliter dominatur corpori despotice sive dominative
Sensitivum est corporeum ergo ab anima
Vitale est omnibus animalibus ergo ab homine
Regens naturaliter est dignius recto
Masculus dignior est femina
Virtus et malitia determinant servos et liberos, nobiles, ignobiles homines et liberos, nobiles ignobiles; indignum reputatur ex bonis fieri bonos et ex filiis fieri homines
Duplex dicitur servus unus per legem positivam, alius secundum naturam
Non est possibile vivere sine cibo
Ut plurimum genus hominum ex terra et fructibus domesticis vivunt
Natura fecit omnia alia propter hominem
Duplices sunt divitiae scilicet naturales et artificiales. Naturales sunt possessiones verae, naturales sunt possessiones ferme
Desiderium divitiarum tendit ad infinitum
Officiale est dictum philosophi sic praedicare
Magnus et minus non diversificant speciem
Consilium mulierum est invalidum
Pueri autem imperfectum
Silentium mulieri praestat ornamentum

Auctoritates secundi Politicorum

Omnes cives sunt socii unius civitatis
Quod pluribus est commune minus in quantum curatur, quia de propriis maxime curant homines, de communibus autem minus
Multi servi quandoque deterius serviunt quam pauci
Optimus civitatis est ut sit una quantum possibile
Civitas dicitur quasi civium unitas
Amicorum omnia sunt communia
Putare aliquid proprium esse inenarrabile est ad delectationem
Unusquisque naturaliter amat seipsum
Amicis auxiliari delectabilissimum est
Bonum est a muliere abstinere propter temperantiam
Penuria malignitatem efficit et seditionem importat
Populares homines dissentiunt propter inaequalitatem possessionum. Generosi vero propter inaequalitatem honoris
Qui delectari velit sine tristitia ad philosophiam recurrat
Omnis civitas artificialibus indiget
Leges inhonestae licet maxime sint in usu possunt tamen aboleri
A mulieribus regitur civitas male
Melius est mulieres vere esse mediocres et mediocres quam magnas
Melius est iudicare secundum leges et legibus quam ex propria sententia
Magnorum dominorum instituta sunt vitia fuerunt maxime laedunt civitatem
Impossibile est indigentem bene philosophari et studio vacare
Unum opus maxime fit ab uno

Auctoritates tertii Politicorum

Civitas est quaedam multitudo civium
Civitas non est una propter eosdem muros sed est una propter eandem amicitiam sive politicam
Politica est ordo quidam inhabitantium civitatem in principando et subiciendo
Non est idem bonus vir et bonus civis
Non attingit cum bene principari qui numquam sub principe fuit
Propria prudentia recti est
Optima civitas non facit banausum

i. vilem artificem civem
Quecumque enim sunt utiles ministrantes dicuntur servi. Item aut sunt ... a pluribus dicuntur mercenarii et banausi
Quicumque politice intendunt ad utilitatem communem iuste et recte dicuntur
Quicumque autem intendunt ad propriam utilitatem vitiose sunt et recte politice transgressores unde
utrosque melius principari quam malos alios
Oportet bonam civitatem de virtutibus politicam esse
Omnem iustitiam impossibile est in huiusmodi civitate
Melius est civitatem regi ab uno optimo viro quam ab una optima lege vel lege
Turba multa melius iudicat quam unus
Pars non est apta nata excellere suo toti

Auctoritates quarti politicorum

Non oportet solum a principe politiam instituere sed etiam corrigere
Civitas non constabit ex una parte sed ex pluribus quarum una pars sunt agricolarum. Secunda artificum manualium. Tertia huius qui negotiabantur ... Quarta mercenariorum. Quinta pugnatorum et armigerorum quos necessarium est in civitate existere quod non debent fieri minimum
Cui alteri sunt non est per se sufficiens nec satis sibi ipsi
Omnem principibus impossibile est esse
In omni civitate sunt tres species hominum scilicet divites pauperes et mediocres
Unde medium semper est optimum
Media possessio bonorum exteriorum est optima quia facillima est rationi obedientie
Quod nimis est pulcrum nimis forte nimis ingenuum nimis divites huius contrarium est nimis
fetidum nimis debile nimis ignobile nimis egenum
Qui nimis fuerint potentes et divites nolunt subici
Qui autem sunt nimis egeni et viles nesciunt principari
Mediocres cives maxime salvantur in civitate quia ipsi non desiderant aliena quia non subdunt pauperum nec fraudes faciunt quia propter hoc sine periculo vivunt
Maxima fortuna est cives mediocres habere substantiam tamquam sufficientes quia per tales bene regitur civitas
Quanto aliquid plus attingit medium tanto melius est
Quanto aliquid plus distat a medio tanto peius est
Magne civitates magis sunt sine seditione quam parve quia multum est ibi medium
In magnis negotiis oportet verbum ordinare ad unum opus melior est cura que est intenta circa unum quam circa multa

Auctoritates quinti politicorum

Quod plus est inequale est ubique propter inequalitatem fit seditio
Nobilitas virtus et divitie sunt principia et sedes seditionum
Nobilitas et virtus in paucis inveniuntur quia nobiles et boni nusquam centum sunt alii autem multi in multis locis
Quod parum vel parvum est nichil debet abesse quod non est vel nichil est
Hic civitas videtur facere seditionem
Seditiones parve fiunt primo quam sunt inter duos invalescunt
Principium dicitur videtur esse dimidium totius
Pater et filius non debent principari nec senior nec iunior nec minor frater si plures sunt fratres semper frater senior debet principari
Homicida contrario semper sunt facta
Parve expense facte sepe consumunt pecuniam
Periculosum est dare principi subdito in magnos honores
Lex iniusta debet conservare statim
Lex est causa ne

Virtus volunt potestatem aequalem omnia
Regnum salvatur per amicos
Nullus ponit manum ad impugnandum
Non defacili fit invasio in eum qui sobrius
est, vel qui est vigil, sed in eum qui est
dormiens, quapropter non sunt inve-
stibiles ebrietatem et somnum
tyranni debent vitare
Contemptus despicabilis dicitur esse quia
nec timet nec honorat inimicum pati
a principe si despicabilis putatur ipsum esse
Oportet principem bonos honorare
et punire malos honores eorum distri-
buere per se vel per alios
Contemptus multos perimit magnorum tamen
dominium dicitur facere custodiam
Si princeps aliquem de potestate sibi
tradita velit deponere gradatim debet
hoc facere et non simul totam auferre
potestatem. Auctoritates sexti politicorum

Opus libertatis est vivere ut
quilibet vult quod servi non vivunt ut volunt
Pluralitas personarum in electione prae-
fertur paucitati. Multitudo magni-
tudine praefertur dignitati
Optimus populus est qui vivit agricultura
est scilicet agricola
Agricolae magis appetunt lucrum
quam honorem et sunt delectabilius
est ipsis laborare quam principari
Non facile est civitatem permanere
compositam sine legibus atque consuetudinibus
bonis
In dato aliquo peius est tanto maiori
indiget cautela
Necessarium est in omni civitate aliquid
emi vel aliquid vendi
Non est sanum pravos facere dominos quia qui
magis indiget custodia quam qui possit
alios custodire
Oportet in civitate aliquos esse sacerdo-
tes habentes curam deorum
Auctoritates septimi politicorum
Triplex est bonum scilicet bonum animae
bonum corporis et bonum exteriorum scilicet divitiae
Omne quattuor virtutibus scilicet fortitudine
temperantia prudentia et iustitia nemo
dicit esse beatus
Qui est expressus terrore vel morte
vel nihil proficit
Anima est praeciosior omni possessione
et corpore
Bonum animae praecipuum est omni bono
Testis deus in bonis exterioribus non
est felicitas quod ipse est felix qui nullo
bonorum exteriorum utitur
Duplex est felicitas scilicet contemplativa
et politica sed quod contemplativa est
melior
Bene agere est optimum eligibilissimum
Non est possibile politicum esse operantem
sine moderata abundantia
Felicitas est usus et operatio virtutis perfectus
Providere est in iuvenibus prudentia
vero in senibus
Omnium animalium solus homo est rationalis
Non est futurum principium subsistere
Finis generandi in viris in pluribus
est in LXX annorum, in mulieribus
quinquaginta annorum
Mulieribus convenit si coniugant
coniugari circa aetatem XVIII annorum
viris autem circa aetatem XXXVII annorum
Iuvenum corpora pugnant et ad procreandum
procreatorum proles est senium
Lactis alimentum maxime familiare
est corporibus puerorum
Bonum est pueros esse sine vino
Iuvenes custodiendi sunt ut non dicant
nec audiant aliquid malum quia
ex malo audire et dicere aliquid turpe
fit prope
Iuvenes maxime sunt ab ebrietate
custodiendi
Omnia amant primo deum quia
magis quae supplent defectum naturae
Auctoritates octavi politicorum
Consuetum quae debent esse studium
Disciplina laborandi quae indiget
Musica valet ad recreationem et ad de-
ductionem operis et delectationem et ideo pueris
studere valet in musica
Non sunt solum pauca erudiendi sed

in arte utili et necessaria scilicet in
artibus liberalibus et honestis ut
quis bene erudiatur et in artibus
delectabilibus ut in musica

Requies de nocte est delectabilis
quia est medicina laboris que
consistit in labore

Musica est parens letitie hominis

Musica delectat naturaliter in musicis
melodiis

Melodia iratos homines et quos
alie passionibus occupatos sepe
alleviat ipsos letos faciendo

Auctoritates primi libri rethorice Aristotilis

Rethorica est assecutiva
dyalectice

Litiganti nichil aliud est nisi
ostendere quod res est vel non est vel
quia facta est vel non est vel
utrum causa sit iusta vel iniusta

Oportet ipsum iudicem cognoscere
et non addiscere a litigantibus

Facilius est habere unum vel paucos
bene sapientes quam multos insipientes

Amor et odium et proprium commodum
sepe non faciunt iudices iudicare verum
vel cognoscere verum vel dicere veritatem

Ratio docet iusta et vera preva-
lere et contraria eorum superari

Sicut inconveniens et turpe est
se non posse defendere corpore
multo magis inconveniens est et
turpe est se non posse defendere
sermone

Nulla ars considerat particularia quia
particularia sunt infinita et non sta-
bilita nec probabilia vel non scibilia

Non sufficit homini scire loqui sed
debite et ornate scire loqui

Si plura sunt dicta magis
planum est quod dicitur

De necessariis et impossibilibus non consiliamur
sed de contingentibus que possunt aliter se habere
que in potestate nostra maxime sunt

Consiliabilibus fieri sola nata sunt

Nobilitas gentis et civitatis est
suos viros antiquos esse et pri-
des primos insignes et multos
insignes ex ipsis prodiisse

Nobilitas singularis est quod a viris
aut a mulieribus sit vel divitias
vel virtutes aut per aliquid aliud
per quod aliquis honoratur

Honor est beneficentie opinionis signum

Iuste illi maxime et iuste honorantur
qui beneficia prestiterunt et non solum
illi sed illi qui beneficia possunt dare

Consilium non est de fine sed de hiis
que sunt ad finem

Omnia bonum appetunt

Exercitium ut in pluribus conservat
sanitatem

Quecumque sunt superhabundantia et magis
quam esse debent hec est mala

Omne tamen impossibile est ad quod est vel fieri

Subtiliter videre melius quam subtiliter
odorare quia visus melior est odoratu

Pulcrius est esse amatorem virtutis quam
amatores pecuniarum

Laus est sermo elucidans magni-
tudinem virtutis

Multa sunt que naturaliter non sunt delectabilia
tamen si assueta fuerint delectabilia fiunt

Quod consuetum est velut innatum
est quia consuetudo est altera natura

Diligere est delectabile quia nullus
amat nisi delectatur in eo

Omne consuetum est delectabile

Addiscere aliquid est delectabile

Iustum est ei facere gratiam qui gratiam facit

Iustum est auxiliari amicis

Auctoritates secundi libri Aristotilis

Oblivio est signum parvipensionis

Mansuetudo est quietatio ire

Nullus se ipsum parvipendit

Ridentes negantes et contradicentes
magis flagellamus

Manifesta negatio est irreverentia

Tempus quietat iram

Amare est alicui velle bona
Amicus est qui amat et e converso
qui amatur
Amicus gaudet de bonis et contrista-
tur super malis de contrariis sui amici
Signa voluntatis sunt delectaciones
et tristicie
Ira est fractura immunitatis et adv[ersitatis]
Presentem laudare adulatoris est
Aliena facta sua propria narrare de-
iactancia esse
Turpe est ignorare quod sibi sic contingit
De malo erubescere est
De bono opere nullus erubescere debet
Sepius ab amicis correctus est iniuste
Magis tristantur qui nuper ditati sunt
propter divicias perditas vel magis
affectat qui nuper ditati sunt ut propter
divicias prinpant quam qui divites fuerunt
ab antiquo
Divites sunt invidi si in hoc quod stetit sed vix
excedit alium ut sigillus adit sigillum
Nobilitas est progenitorum
Nobilitas attenditur penes virtute generis
Generosum vero non sunt secundum quantitatem maturam
Peyores sunt qui nuper ditati sunt quam qui ditati ab antiquo
Ubi philosophi fuerunt possides felix fuit civitas
Nichil est sine causa
Deus furor est malignus
Auctoritates tercii rethoricorum
Quod innatum est delectabile est
Contraria iuxta se posita magis apparent
Honestas vel turpitudo nota vel est
in signo vel in opere
Qui mortuos spoliat assimilantur canibus
qui mordent lapides
Infinitum non est scibile Una claus unus
Quod breve est delectabilius
Intellectus est lumen quod deus infundit anime
Item differentie ostendere differre a plibus
manifestis
Prohemium est principium oracionis
Prohemium sic se habet in oracione sicut preludium
in fistulis
Oportet viam facere future oracioni in
animo auditoris quod fit per prohemium
Cum aliquid magni dicturus est
debet prohemizare debet
Prohemia auditores facere debent
benivolos dociles et attentos
Laus est sermo elucidans magnitudinem
virtutis
De futuris non est narracio Sed
de futuris acta oportet credi poetrie
Auctoritates primi libri poetrie
Aristotilis
Omnis ars poetica vel est laudacio
vel vituperacio
Ars poetica est logicalis
Composicior rethorice in naturalibus
poeta est denominandus autor simbolis
quam poeta
Omnis compositio et omnis motus considerat
vel circa virtutes vel circa vicia
Homo naturaliter delectatur in metro
et in symphonia
Exemplis utimur in docendo ut facilius
intelligatur quod dicitur
Doctrina naturaliter procedit de homine ad
hominem secundum operacionem quam habet doctor
ad discipulum
Anime virtuose et nobiles naturaliter
adinvenerunt artem carminum ad laudandum
Anime vero deficientes ab hiis in no-
bilitate adinvenerunt carmina ad
vituperandum
Bonitas artis laudandi consistit in
medio prolixi et non in curto
Auctoritates secundi libri poetrie Aristotilis
Notum et completum est quod habet
principium medium et finem
Omnis sermo si brevior fuit quam esse opor-
teat obscurum habet intellectum Et si longior
difficilis est retencionis et discipulis
oblivionem inducit
Unum multa attendit
Oportet ut ars imitatur naturam ut hoc
quod agitur fit secundum unum propositum
et unum finem

rebus nō existentibꝫ in natura
nō imponit nomē nisi raro

Commentator

Damnū est homini quod consueuit
tota vita sua **Arestotiles**

Ira est tristicia et prouocacio quedā
in vehementi appetitu vindicte
Quod nō credit qz nō mouebit
ipsum nec ad timendū nec ad miserandū
Non extat aliquis inimicus nec
leditur propter malū qd infert sibi ab
inimicis quātū contristatur et
leditur propter malū illatū sibi ab amicis
In qualibet genere nō ē aliqd bonū
licꝫ conueniunt aliqn nō bona propter
visus et consuetudines moralis nō lau-
datur quicqz Amor infinitus ignis
ē tristicia et amor insaciabilis

Tituli Epistole arestotilis ad allexandrū

Allexander bene age
Multo melius ē habere mag habun-
dantem sensus quā hitum corpus bñ vide
indutum Sic vita siue tristicia
delectabilis ē ita racionacio sermo magis
anima¹ ē vel laudabilis
Compescenda quidā et ira et aliqs
seruitutibꝫ vel possibilibꝫ reliquit virtutes aliqualiter
aut nullū ad virtutem nisi homo
Suadeo tibi attende racionibꝫ philosophie
Sic conseruatio corporis ē sanitas ita
consuetudo aīe est erudicio
Erudicione prudentie nō attingit paruitas
ita etas Sic oculus vide de-
lectabile ē ita oculus aīe acute in-
tuendi mirabile ē
Sic dux ē saluator et exercitus
sic racio cū erudicione ē dux vite

Auctes de regimine principum

Olto mchil ē difficile et sic
ē michil possibile efficit vel possidet
Cum dat indignus perditur
Summa bonitas in rege est
abstinere a pecunijs et a possessionibꝫ
subditorū

Sicut hoīes solent time regem sic
ipsum time deū
Summa sapiencia i rege ē sapiens rege
honorificum ē in rege semper a multis
quo abstinere
Nimia familiaritas contemptum parit
Noli apprehende quod destitutū est
sed prepara tibi diuicias immortales
Dirige semper cogitaciones tuas in bonū
Noli te inclinare ad coytū mulierum
qz coytus ē quedā proprietas porcorum
Que gloria ē tibi si exerceas vitā viciū
aliorum et brutorum actum
Coytus ē destructio corporis et abreuiacio vite
Caue effunde sanguinem humanum
Facta scripta ita documenta dat de futuris
Amore ne contempseris qz maior ascende
pt ad honores et tunc potencior est
ad vitandū Noli penitere de re pre-
terita qz hoc ē proprium debilium mulierum
Deus gloriosus michil otiose fecit sine
racione in natura Apud potenciam
intellectus michil est difficile
Futura si presciantur lenius tollerantur
et prudencius amantur
Conseruatio sanitate melior ē om
medicina Abstinere a comestione
nimia summa est medicina
Necessitas nō habet legem Consuetudo
ē altera natura Mutacio consuetudinis
nō est subita sed successiua
Desideria de superioribꝫ veniunt
Iusticia regnantis melior ē subditis
qz fertilitas temporis Consilium ē oculus futurorum
Nobilissimum animal est homo

Auctes de pomo et morte

Secundus plura visa ē michi credendum
Mors michil aliud est qz recessio aīe a corpore
Sapiens de morte sua letari debet et non
dolere Philosophia docet hoiem cognoscere
suum creatorem Docens alios michil nō
debet lingua ē sicut scorpioni in creatura
qui licꝫ det sit venenū tamen tyriaca

existens remedium prestat dolori parentis
Beata est anima que non fuit inserta
pluribus operibus huius mundi
Ve anime peccatrici que non habet posse
redeundi ad locum suum quia turpia opera
et delectaciones corporis impediunt ascensum
eius sursum Auctoritates epistolarum Senece

Ad lucillum

Turpissima est iactura que fit
per negligenciam
Fastidientis stomachi est multum devorare
vel degustare Vbi sunt diversa
cibaria inquinant non alunt
Peregrini multa habent hospicia et
nullas amicicias
Nusquam est qui vbique est Non prodest
cibus corpori qui sumptus statim emittitur
Nichil impedit tantum sanitatem sicut
crebra remediorum temptatio vel mutatio
Non enim venit vulnus ad cicatricem
in quo medicamenta sepius temptantur
Nec convalescit planta que sepius transfertur
Vnde nichil tam vtile est quod in
transitu prodest Honesta res est leta
paupertas Non qui parum habet est pauper
sed qui plus cupit
Cum amico omnia delibera sed de amico prius
Duplex est vicium omnibus credere et nulli
Nullius rei possessio est iocunda sine socio
Cum illis conversari debes qui te me
liorem facturi sunt Illos autem admitte
quos tu meliores facere potes
Quid refert qualis aut cuius status sit
si tibi videtur esse malus
Sic vive cum hominibus tamquam deus videat
Sic loquere cum deo tamquam homines audiant
Quid est turpius quam senex qui vivit
insipienter Omne studio philosophie exercet
est animus Non iubeo te semper
insistere libris et calamis scripture
pusillanimiter Laxandus est enim intellectus
animus tuus ita ut non dissolvatur ut non opprimatur

sed ut magis acuatur prosit
Scio neminem bene vivere sine
studio philosophie vel sapiencie aut scientie
Beatam vitam efficit sapiencia perfecta
Nichil sit quod vos a philosophia removeat
nec alicuius rei indigencia
Nemo dignius deo est nisi qui opes
contempserit Philosophia facit doctos non divites
Magnus est ille dives qui comparatus sibi pauper
est Nemo dives nascitur
Si quis precepit philosophum ita secum vis
moriturum sicut nascitur Incertum
est quo loco mors te expectat tu
eam in omni loco expectes Sola virtus
prestat gaudium perpetuum et securum
Bona mens non accommodatur nec
emittitur ymmo si venalis esset non
habet emptorem Si res mala
cottidie emitur Summa salutis est cognoscere
peccata Cum pectore senescit corrigi
non vult Generosus animus citatur
ad honesta Nichil animi est magna
contemptione Non faciunt equum meliorem
aurea frena Lauda hominem de illo
quod nec dari nec eripi potest et quod
est proprium hominis et hoc non est vestis pulchra
vel domus vel familia formosa sed
animus et ratio perfecta Si aliquid
bonum habet philosophia hoc est quod stemmata non
respicit Philosophia platonem non nobilem
recepit sed eum nobilem fecit
Philosophia neminem reicit neminem eligit sed omnibus lucet
Nichil est quod non pertinax opera et diligens
cura non expugnat
Si vis amari tunc ama
Virtutis inventum est animum nobilem arte
vinci Ille beatissimus est qui est securus
sui ipsius possessor et qui crastinum
sine sollicitudine expectat
Nobilitas animi corporalia opera impeditur
Natura modicum petit
Naturalia desideria sunt infinita
Tempori parce satis satias si intellexit

illa esse bona quibus virtus est
admixta sive admixta et turpia quibus
malitia est admixta
Nichil est bonum nisi recte factum Nichil
vero malum nisi recte imperitia
Devotio nichil aliud est quam dei
in humano corpore hospitatio
Ad philosophiam te transferes si vis esse sanus
si beatus si securus si liber
Si vis omnia tibi subicere subice te rationi
Multos enim reges si ratio te rexit
Non refert quam multos libros habeas
sed quam bonos
Fuga omne malum sed minimum quod preest
Philozophia hoc mihi promittit ut
me parem deo reddit
Deum et solitudo non docet honestum bonum
Singulis rebus modum adhibeas
Non ex difformitate corporis defendatur
animus sed ex pulcritudine animi ornatur
corpus Nulla victoria maior
quam vitia domare Sapor pa-
puli manet in lacte Vis vini
macto quod nulla res est quam non sapit
naturam eius ex qua nascitur

Auctoritates de moribus Senece

Omne peccatum est actio voluntaria
Disciplina bonos mores facit
Illud sapit unumquodque quod docuit
Bona consuetudo excutere debet
quod mala instruxit
Bene decet loqui Bene decet tacere
Dolor patientia vincitur
Libentius audias quam loquaris
Quod tacitum esse nulli dixeris
Monstro similis est avaritia senilis
Priusquam aliquid promiseris delibera
sed tu promiseris statim facias
Nil petas quod negaturus iniuste
Pacem habeas cum omnibus
Bonum est laudari sed prestantius est esse
laudabile Nullum est maxima egestas
nisi avaritia Opes premium solacium
est laboris

Decime usum habe oris sed et finem non optes
Divitiis utendum est sed fugiendum abuti eis
Fortior est qui cupiditatem vincit quam qui
hostem vincit Ubi est confessio ibi est
remissio Temeritatem vitam agentes
homines in terris si hec duo pronomina tollerentur
scilicet meum et tuum
Nichil crede non potest esse dives et felix
Luxurie frequentius vite quam lingua
Quicquid dicturus es antequam dixeris aliis
tibi dicas Qui nescit tacere nescit et
loqui Vivere cum paupertate maxima
libertas est Nullum scelus scelere
vincendum est
Peiora sunt odia tecta quam aperta

Auctoritates de beneficiis Senece

Nullum beneficium datum est negligendum
Qui beneficium non reddit magis peccat
quam qui non dat citius
Unum beneficium bene datum multorum amissorum
dampna solvunt Beneficiorum memoria
senescere non debet Non refert quid ut
quantum detur sed quo detur quia beneficium
non consistit in eo quod datur sed in ipso
dantis animo Primo necessaria danda sunt
deinde utilia deinde honesta et iocunda
Semper debes quod velles accipere
Ingratum est beneficium quod diu inter manus
dantis adhesit Gratissima sunt
beneficia que sunt preparata occurrentia
in quibus nulla mora fuit nisi accipientis
verecundia Ille non tulit gratis
qui cum rogasset accepit Unde te preveniendi
desideria rogantis
Illud beneficium est iocundum quod alicui
obvia venit Tarde velle dare nolentis
est Celeritas multum facit Mora autem
multum aufert Qui dedit beneficium
taceat narrat qui accepit
Nichil ita vitandum est in dando beneficia
sicut superbia Da egenti sed non ut
turpiter egeat Beneficia plena sed
non tu exposcere perpera
Referre gratiam de beneficiis facile est

Et non esse gratum debuisse turpe est
Ingratus est qui beneficium se negat accepis-
se. Ingratus est qui se accepisse dissimulat
Ingratus est qui non reddit gratias
Ingratissimus omnium qui beneficii oblitus est
Nichil sic carum faciendum est
Non est aliquod beneficium quod non ratione facti
sit dandum. Considerandum et considerandum est quid
cui quale, quando et ubi dandum sit
Turpissimum genus beneficii est insulta donum
In dando beneficia magis eligendus est
vir simplex minor gratus alieni.
Multo plus prodest si pauca precepta et
illa in usu et in promptu habeas quam
si didiceris multa et non habeas ad manum
Stultitia est morbus anime

Auctes Senece de forma vite

De dubiis non diffinias sed sus-
pensam teneas sententiam
Mendacium sepe specie veritatis occultatur
Prudens falli non vult, falli aut non potest
Singulorum factorum causam inquire
Lauda parce, vitupera parcius
Laudes et vituperatio immoderata. Illa quidem
adulatione ista aut a malignitate suspecta est
Testimonium veritati non amicitie reddas
Cum consideratione promitte quod promiseris
plenius presta
Non semper in actu sis, sed medium animo tuo
regimen dato. Non te moveat dicentis
auctoritas nec quis dicat sed quid dicat
attende. Honestum et magnum genus
vindicte est ignoscere. Non assume tibi
quod non es nec maior quam es esse
videri velis. A verbis turpibus te
abstineas. Risus tuus sit sine cachinno
Esto fugax vitare vitiorum. Aliorum vero
scrutator. Non extollas quemquam nec opprimas
Clemencie esto cultor. Sevicie aute
detestator. Cunctis esto benignus nemini
blandus, paucis familiaris omnibus
equus. Ad iram tardus. Ad misericordiam pronus
In adversis firmus in prosperis
cautus et humilis
Infideles suspicando non tolere provocas
Cupiditate vite vivendo non timeas
Mulieribus minime sis credulus
Sapientie cupidus sis et docilis
Cave ne parcus sis
Deum amabis et eum opere imitabis
Si non velis omnibus prodesse non
velis et nocere

Auctes de remediis Senece

Morieris. Ista natura hominis est et
non pena. Morieris. Hac
condicione intrasti ut exires. Morieris
peregrinatio tua vita est cum multum
ambulaveris denique redeundum est
Morieris. Gentium lex est quod accepisti
redde. Morieris. Ergo pater sum quando
debeo reddere quod debeo. Morieris
stultum est timere quod vitari non potest
Nemini offert quam multa sunt venena
non potest amplius quam unum esse
mortiferum. Peregre morieris. Non
est gravior foris quam domi somnus
Iuvenis morieris. Hoc est unum quod
premit eque ad iuvenes et ad senes
Iuvenis morieris. Optimum est mori
antequam optas mori. Peregre morieris
Nulla est terra a morte aliena
Insepultus iacebis. Quid aliud dicta
quam illud vigilare ferculis iactura
sepulcri. Excogitabis veniet tempus
ut exprimeret meum corpus in eo
Non in phano ubi vir forte apparet
sed in lectulo et divus phibet
Male de te opinantur homines. Male
si in tali morieris. Quam damnatus
est de te mala loquitur de te. Male
vel mala loquuntur de te homines quia
loqui bene nesciunt. Omni enim
una patria est. Exul hic enim nemo
fieri potest. Exulabis. Non in patria
nascitur sed locus. Quamvis terra venio
in mea patria venio. Nulla terra
est exilium sed altera patria
Non eris in patria. Patria est

voluntas bona est. Natura infamiae
non ipsa enim nos fortes genuit
Nichil iniuste fecit et cadaverali lupi
Femineta formice ista turba sequitur
quedam non hominem
Pecuniam perdidi. Ac te felicem si tu cum
ea avariciam perdidisti. Pecuniam per
didi et illa quam multos perdidit. Ex
tunc sine ea in via expedicior domi
tutior. Pecuniam perdidi. Sed te forte
illa perdidisset. Pecuniam perdidi sed
habebis inde periculum minus
Oculos perdidi quam multe cupidi
tatibus est via sublata quam multis
rebus carebo quas si viderem habere
vellem. Hinc enim adulterium oculi
monstrat. Hunc incestum hunc do
mum et cetera concupiscentie
incitamentum enim vicorum est duces
oculorum. Oculos perdidi et nos suas
voluntates. Liberos amisi. Stultum
est deflet casus mortalium. Naufragium
fecit. Cogita non quod amiseris sed
quod evaseris. Omnia perdidi. Sed
cum omnibus perire potuisti. In latrones
incidi. Alii incidunt in consortes. Alius in
fures. Alii in fraudatores incidit
Plena insidiis est via. Noli cogitare
quod incideris sed gaude quod evaseris
Amicum perdidi. Alium quere et ubi eum
queris ibi eum invenies
Uxorem bonam amisi. Sed tu in illa
probabas pudiciciam quam multe sunt
que pudiciciam perdiderunt. Quam
multas enim ex optimis coniugibus
pessimas videmus. Ex diligentissimis
negligentissimas. Ex liberalissimis
rapacissimas. Nichil tam mobile
est quam voluntas mulieris nichilque tam
vagum. Soror bona est. Optima non est
nec mater. Uxor adventicium bonum
est

Sequuntur auctoritates Boe
cii. Et primo auctoritates primi
libri de consolatione philozophie

Carmina qui quondam studio florente
peregi. Flebiles heu mestos cogor inire
modos
Mors hominum felix que se nec dulcibus annis
inserit et mestis sepe vocata venit
Quid me felicem totiens iactastis amici
Qui cecidit stabilis non erat ille gradu
Beata est res publica ubi sapientes principes
dominantur. Philozophia omnium virtutum est magistra
Imprudentia rerum merita non mutat non pre
vidorum exitus licet immodestior sapiens
tamen non est. Quem a nullo duce regitur
secundum errorem suum temere reciperatur(?)
Detrimenta velle mei est defectus
Iurnit(?) se quoadmodum prudentis
conscie secretum quotiens ostendendo se
quis defendit factum recepit fame precium
O stelliferi conditor orbis. Qui perpetuo
nixus solio. Celum turbine versas
legemque pati sidera cogis
Omnia certo fine gubernans
Hominum solos respuis actus
Non solum quod tu oculos sentis quod intra

Auctoritates secundi de consolatione philozophie

Rerum exitus prudentia metitur
In omni adversitate fortune infelicissimum genus
fortunii est fuisse felicem
In rebus infortuniis est beatitudo
quam numquam fortuna auferri possit
Sed beatitudo est summum stabile
Beatitudo est summum bonum nec racione indigens
Natura modicis minimisque contenta cuius
sacietate si in superfluis urgere volueris
aut in iocundum erit quod infuderis aut noxium
Homines deo mente similes sunt
Ceteris animalibus se ignorare est a natura
hominibus vero ex vicio venit
Hoc illud nego esse bonum quod nocet habenti
Vidimus quam multos gladios sollicitos
pertimescis. Si lunaris vite callem viator
intrasses vacuus coram latrone cantasses
O quam pulcra est beatitudo mortalium que
cum adepta fuerit secura desistit
Felix nimium prior etas
Contenta fidelibus arvis

Nec in divitiis nec in gemmis nec in
agrorum nec in pediorum possessione
nec in pulcritudine nec in fama
nec in gloria beatitudo consistit
Finiti et infiniti nulla est comparatio
Quis terre ambitus ad celi spatium comparatus
puncti rationem obtinet. Amicos habere
preciosissimum genus divitiarum est. Auctoritates
tertii De consolatione philosophie

Philosophia est summum lassorum animorum
solamen
Quos mortalium cura que multiplicium studiorum
labore exercet diverso quidem calle procedit sed
ad unum tamen beatitudinis finem nititur pervenire
Illud est summum bonum quo quis adeptus
ulterius nihil desiderare queat
Nec beatitudo est status omnium bonorum aggregatione
perfectus. Humanis hominum mentibus insita
est veri boni cupiditas sed ad falsa
semper eos devius error inducit
Amicorum genus quod sanctissimum est non
in fortuna sed in virtute numeratur
Bonum quidem est quod homines in diversis studiis
appetunt. Nulla pestis ad nocendum
efficacior est quam familiaris inimicus
Nobilitas est laus ex meritis parentum proveniens
Aliena pulcritudo si propriam non habes
te splendidum non efficit. De hominum genere
par cunctis sibi surgit ab ortu. Unus enim omnium
rerum pater unus cuncta gubernat. Ille
dedit et cornua lune. Ille dedit phebo
radios. Ille homines et terra dedit et sidera celo
Ni viciis peiora fovens proprium deserat ortum
Ut Platoni placet in Thimeo in minimis
rebus auxilium divinum debet implorari
Invocandus est pater rerum omnium quo
pretermisso nullum rite fundatur exordium
O qui perpetua mundum ratione gubernas
Terrarum celique sator qui tempus ab evo
Ire iubes stabilisque manens das cuncta
moveri. In quorumque genere est aliquid imperfectum
in eo necesse est aliquid esse perfectum
Deum bonum rerum rectorem principem esse ac bonum
Quod beatitudo sita est in deo et ipse est
idem quod divinitas ipsius in adeptione
beatitudinis homines sunt beati
Omnis beatus est deus
Natura quidem unus est deus participatione
vero nihil prohibet plures esse deos
Ob ac salutem civium laborare mortem
et periculum vincere demerat
Natura dat unicuique quod sibi congruus
est. Omnia bonum appetunt. Omnia obediunt
regi deo. Deus est summum bonum
quod regit cuncta fortiter suaviterque disponit
Deum omnipotentem esse nemo dubitat
Deus facere malum non potest sed nihil est
quod deus facere non potest. Ergo malum
nihil est. Auctoritates quarti
De consolatione philosophie

Nullum malum impunitum est
nullum bonum irremuneratum pertransit
Duo sunt in quibus humanorum actuum
constat effectus scilicet voluntas et potestas
quorum si alterum desit nihil est quod
fieri possit quia nullus aggreditur
quod non vult. Et si potestas absit frustra
est voluntas
Cum sit tam boni quam mali ad bonum
pervenire nituntur. Et mali ad hoc pervenire
non possunt bonum autem pervenit. Ergo manifestum
est malos esse impotentes bonos autem
potentes. Omnes mali sunt non sunt homines
simpliciter sed secundum quid sicut dici homines
sicut cadaver hominis non potest dici homo
mortuus homo
Beatitudo est premium humanorum actuum
Sic probitas ipsa metet probitas est premium
Ita malis ipsa malicia seu nequicia
est supplicium. Premium bonorum seu
bonorum est ipse deus
Omnis a probitate cadit homo esse desinit
cum in divinam condicionem transire
non possit necesse est ut in beluam vertatur
Unde avarus homo est lupus ferox
vel canis dolosus vulpes etc.
Mali puniti feliciores sunt quam
mali impuniti quia pena malorum
bona est ratione malicie
Punire malos iustum est sed evadere
impunitos iniustum est
Quidam qui nesciunt de tenebris

affectos oculos ad lumen prospicere recte
attollere non potest. Tales sunt scelestes
animus quare intuitu nox illuminata
dies excitat. Infelicior est et
miserior iniurie illator quam iniurie
acceptator. Boni sunt felices mali
vero miseri. Apud sapientes
nullus odio relinqui debeat.
Sicut languor est morbus corporis sic
vitiositas est morbus animi.
Quid aliud animorum salus esse
videtur vel inest quam probitas.
Quid vero egritudo quam vicia.
Cum aliquis videat esse confusionem bo-
norum et malorum expulsionem nisi deus
qui ex alta providencie specula respiciat
quid unicuique conveniat agnoscit
et quid convenire novit accomodat.
Non est phas homini cunctas divini
operis machinas vel ingenio
apprehendere vel sermone explicare.

Auctoritates Boetii de consolatione philosophie

Casus est inopinate rei
eventus. Operare et orare est plus
modus quo vides homines loqui videntur.
Divina providencia rebus quandam
necessitatem non imponit, quia si omnia
eveniret ex necessitate premia bonorum
et pene malorum periret.
Frustra esset arbitrii effectus si
omnia coacta manerent.
Eternitas est interminabilis vite tota
simul et perfecta possessio.
Si digna rebus nomina imponere
volumus. Dicendum est deum esse eternum
mundum vero creatum secundum platonem.
Deus omnia futura scit que iam
generantur et in sua simplici
considerat cognitione. Ut futurum
divinus prenoscit intuitus.
Non frustra in deo posite sunt
spes precesque cum recte sunt inefficaces
esse non possunt.

Auctoritates Boetii de disciplina scolarium

Diligencia enim cunctis operis difficultas
permollitur. Logica est sciencia veri falsique
indagatrix. Sicut prudencia parum vel
nil prodest sine iusticia. Sic iusticia
sine prudencia nihil.
Sicut sciencia parum vel nihil prodest
sine usu, usus aut sine sciencia inutilis.
Ardua sciencia veritas licet ardore sit
tediosa, non tamen infructuosa.
Beatitudinis fructuositas illatum est
delinquenda per eam enim cunctis sue commen-
dabilis redditur possessio.
Qui non novit se subici non noscet
se magistrari. Miserum est eum esse magistrum
qui numquam novit se esse discipulum.
Discipulus debet esse benivolus docilis et
attentus. Benivolus animo, docilis in-
genio. Attentus in extra. Attentus ad au-
diendum, docilis ad intelligendum, benivolus
ad retinendum. Discipulus non debet esse
discolus. Discolus dicitur ille qui circuit
per vicos et plateas per tabernas et mentem
in cellulas per publica spectacula per pom-
pas et choreas et similia. Sibi huius scola
est postposita. Discipulus non sit bibulus.
Non est dignus sciencia qui se ingurgitat poculis.
A fervore luxurie studeat se discipulus
alienare. Meretrix est novacula inferni,
via iniquitatis, scorpionis potus,
tussio, viperarum fovea, puteus interitus.
Omnem modum superat acuit ingenium
sine ratione. Quod immoderate sumptum cerebrum
perturbat, intellectum ebetat, memoriam
enervat, oblivione demittit, errorem in-
fundit, ignoranciam producit. Ubi enim est
ebrietas ibi nulla sapiencia sed insipiencia
